Que in hoc volumine continentur.

Acta generalis octauę Synodi sub Eugenio quarto Ferrarię Inceptę: Florentię uero peractę, e greco in latinum nuper traducta, Interprete Bartholomeo Abramo Cretensi, Pręsule Ariensi.

Magni Basilii contra Eunomium de Spiritu sancto liber tertius interprete Georgio trapezuntio Cretensi.

Bessarionis Cardinalis tunc niceni Archiepiscopi, oratio ad Grecos habita, quę inscribitur dogmatica uel de coniunctione, eodem Bessarione interprete.

Eiusdem Epistola de successu ipsius Synodi ac de Spiritus sancti processione ad Alexium lascari eodem interprete.

Benedicto de Accoltis Rauennati Archiepiscopo, Bartholomeus Abramius Creteñ. Presul. Arieñ. S. D.

COgitanti mihi Presul humanissime quo nam pacto tibi sacrarum litterarũ studiosissimo ac omni uirtute predito pro tuis in me maximis meritis aliqua ex parte grãs referre possem: Tu sane longe aliud molienti, quasi obuiam prodiisti: utq; gñalis octaui cõcilii iam pridem Florentie habiti acta e græco in latinũ sermonẽ uerterem: mandasti. que quidem nescio qua de causa latinitate donata non extẽt: cũ memorie proditũ sit: duos scribas grecos, totidemq; latinos: qui eidẽ interfuere cõcilio: ea ipsa græcis, latinisq; litteris diligẽtissime cõscripsisse. Sed id alii uiderint: mihi aũt græco homini litterisq; latinis non satis erudito, onus tantũ subiisse, non mediocris negocii uisum fuit. presertim nõ inscio multa scientiarum gña in ipsis actis disseminata esse: que nisi quis mediocriter saltem calluerit, acta ipsa nequaq̃ intelligere, ne dum latinis bene tradere possit: Quis. n. summã in ipsis theologiã desiderabit? Vbi primo subtilissime disputatur: An purgatorium sit? Et quidnam sit. Et An anime sanctorum felicitatẽ suã absq; corporibus suis assecute sint: deinde An posteriores œcumenice synodi priorũ actis quicq̃ addere, uel ab eis auferre possint. Et an Romane ecclẽe absq; generali synodo particulam illam ex filioq; symbolo licuerit addere: quod quidem & ipsi facere licuisse: Necnon ad Romanum Pontificem rite pertinere ambigua in fide abstrusaq; declarare: ac œcumenicam synodum iniussu eiusdem Romani Pontificis celebrari non posse: Romanã deniq; Ecclesiam caput. & principem ceterarum ecclesiarum existere probatum ac susceptum ab ipsa synodo est. Vbi preterea perq̃ subtilissime disputatur: An sanctus spiritus ex patre, nulla facta de filio mentione, ut greci: uel ex patre filioq; (ut ecclesia Romana asseuerabat) procedat. Postremo An grecis liceat pane fermentato sacrificare. Preterea quis uel naturalem philosophiam: uel metataphysica in eisdẽ actis desiderabit? in quibusdc Dei filii generatione, de diuinarum personarum distinctione, ac ipsarum relatione, subsistentiaq; acutissime pertractatur. Quis deniq; sine dialectices ac rhetorices arte luculentissimas illas orationes bene percipere posset? quas & Iulianus ille Cardinalis Amplissimus ex nobilissima Cesarinorum familia oriũdus, pro Romana ecclesia, & Bessarion tũc nicenus Archiepiscopus: quem deinde ob diuinũ eius ingenium, multiplicemq; doctrinam Eugenius. iiii. Pontifex maximus amplissimorum. S. R. E. Cardinalium collegio consensu omnium cooptauit: in eodem ipso concilio habuere. Tantam ergo prouinciam aggredi meus animus mirum in modum extimescebat. Verum quid facerem: cum nisi tibi saltem obsequio satisfacissem,

acerbam mihi uitã uiuere uiderer. hinc factum est Antistes humanissime, ut iussa tua, quibus apud me nil est ualidius: animum meum impulerint: ut audacia quadam rem tantam meis uiribus imparem sim aggressus: qua tamen in re summo studio, uel potius spiritus sancti, de quo agebatur, benignitate, mihi uideor effecisse: ut quamuis elegans stilus ab elegantissimo ingenio tuo desiderari possit: quę tamen gręcis litteris nõ minus barbare q̃ cõfuse relicta fuerint: ita ut uix intelligi possent: ea fideliter explicauerim: ac dilucide litteris latinis (quantũ gręco homini licuit) mãdauerim: ut quisq; uel mediocriter bonis litteris eruditus, acta ipsa sine ulla difficultate intelligere possit. multa quoq; superuacanea, & nihil ad hanc diuinam rem facientia uolens prudensq; pręterii: ne lectoribus fastidio essent. Nam gręci scribę ludos singulos, & honores, quibus Constantinopolitanum Imperatorem, primo Magnificentissimi ueneti: Deinde Ferrarię prudentissimus ille Marchio, postremo nobilissimi Florentini prosecuti fuerint, testatos litteris reliquerunt, & actis diuini concilii ineptissime seruerunt. his igitur atq; nonnullis priuatis ipsorũ graecorum inter se disceptationibus, & controuersiis ad rem neutiq̃ pertinentibus (ut prædictum est) prætermissis, publicas tantum eorum cum latinis disputationes, & controuersias fideliter, ac fere de uerbo ad uerbum (ut tute utriusq; linguę studiosissimus æquus Iudex poteris esse) ẽ græco in latinũ sermonem conuerti. Necnon tertium magni Basilii in Eunomium de spiritus sancti processione sermonem, olim ã Georgio Trapezuntio Cretẽ. conuersum: quo synodus ipsa uehementer innixa fuit, et quandã ipsius Bessarionis orationem ab eodem dogmaticam nuncupatam: ac eiusdem nominis epistolam: quas ipsemet post multos annos in latinum traduxerat, ut ipsa eadem acta clarissima redderentur: huic operi addidi. In quo quidem doctissime Pontifex & tuum erga sacras litteras studium summopere laudabitur, q diuinum hoc opus obliuioni iam traditũ, te autore in lucem prodierit, & summa mea in te obseruantia cæteris quoq; mortalibus innotescet: q te iubente oneris tantum subierim, ac te efflagitante ad metam usq; peruenerim. Rogo Igitur te: ut meas huiusmodi lucubrationes quale scunq; sint, tuis auspiciis inceptas, atq; confectas, ac tuo nomini consecratas, suscipere amplecti fouereq; non dedigneris. Vale.

Ad lectorem.

Res noua, res uetus est, res græca est, resq; latina est,
Sancta refert, Sed non omnia sancta refert.
At dices, quonam hæc tendunt pugnantia? nempe huc,
Hoc unum, Ne unum hoc esse putaris opus.

Bartholomeus Crotus, Regiẽ.

ACTA GENERALIS OCTAVAE Synodi e græco in latinum traducta: interprete Bartholomeo Abramo Cretensi Præsule Ariensi.

ANno Domini nostri Iesu Christi M.Quadringentesimo Trigesimo octauo, Die uero quarta mēsis Martii Pōtificatus Eugenii Papæ quarti Anno septimo, Ioānes Palęologus Serenissimus Constātinopolitanus Imperator ad celebrādam octauam œcumenicam synodum, ad Francolinum Ferrarię uicum triremibus inuectus est. quo statim Nicolaus ipsius Ferrarię Marchio una cum suis pręstantioribus ciuibus, ac pontificibus omnibus qui cum summo pontifice Imperatorem ipsum Ferrarię expectabāt, obuiam prodiit: ac ipsum equo insidentē una cum sedis Romanę legato, qui cum Imperatore Constātinopoli uenerat, ad urbem & palatium, ubi ab ipso summo pontifice, omnibusq; Cardinalibus expectabatur, magna pompa deduxit. Quem cum summus Pontifex iam aduentare sensisset, surrexit, & lento gradu inambulare cœpit, ac ipsum paulo procul a sede sua excepit, & uolentem genu flectere minime permisit, Sed stātē amplexus fuit, ac ei dextrā osculandā dedit, ipsumq; a sinistra proximū sibi consedere uoluit. Postea uero Imperator surrexit, ac sua in sede stās a singulis amplissimis Cardinalibus honorificentissime fuit salutatus. habitoq; in cōsessu cum summo Pontifice breui secretoq; colloquio, uterq; surrexit. Et Pōtifex summus in eodem pallatio, ubi habitabat, remāsit. Imperator uero ad aliud ornatissimum pompa eadem iuit. Porro autē quatuor post dies Iosephus sanctissimus Constantinopolitanus Patriarcha cū maiori parte suorum pontificum (Nam cęteri cum Imperatore fuere) cymbis multis ornatissimisq; Venetiis Ferrariam aduenit. Cui quidem e cymba exeunti quatuor amplissimi Cardinales & ipse Marchio, necnon ad.xxv.occidentalis ecclesię pręsules obuiam iere, ac ipsum equitem, mediumq; inter duos amplissimos Cardinales magna etiam pompa ad palatiū comitati fuere. ubi Pontifex summus stans in sua sede, ipsum amplexus, & in gena osculatus est. Ipsis deinde consedentibus, orientales antistites dextram simul & genam summi Pontificis, Ceterorum uero grecorum alii dextram, alii pedem tantum osculati fuere. Qua quidem salutatione facta, Pontifex summus in Cubiculum se re-

cepit, Patriarcha uero eodẽ quo uenerat ordine ac pompa, domũ sibi paratissimam uenit. Proxima uero dominica.xv.gręci sacerdotes domi Imperatoris, iussu eius missam soléniter celebrarũt. Vbi etiã ipse Marchio cũ suis ciuibus adfuit, & panem benedictum per Patriarchę dextram more gręcoꝝ accepit, atq; libauit. Nonnullis deinde post diebus Imperator a summo Põtifice cõtendere cœpit, ut quẽadmodũ ei promiserat, non solũ pontifices & Abbates, uerumetiã reges, & duces, ac cęteros Christianoꝝ principes ad synodum cõuocaret. Quod quidẽ tametsi summo Põtifici ꝓpter ipsoꝝ principum discordias factu difficile uidebat̃, ut ad synodũ ꝯueniret, se tñ operã datuꝝ promisit, ut principes ipsi ꝯuocarent̃. Cõtinuoq; nũtios & lr̃as ad eos misit, ut intra mẽses quatuor siue ipsi adessent, uel suos uicarios mitterẽt. Porro autẽ post aliquot dies tã gręcis q̃ latinis maius operępretiũ uisum fuit, ut edicto publico synodus ipsa ꝯuocaret̃: hac ꝯditione, ut nisi principes ipsi uenirent, uel suos nũtios mitterẽt, synodus tñ ipsa celebraret̃, ac in ea de quibusdã dogmatibus agerẽt̃, & siue gręcoꝝ & latinoꝝ cõiunctio fieret, siue nõ, adhuc tñ synodus summa pace dimitteret̃. Dum autem hęc gerunt̃, quęsitũ fuit, quonam ordine sedes in synodo disponi deberẽt, qua de re nõ mediocris inter eos ꝯtrouersia fuit orta. Nã summo Põtifici uidebat̃ ꝯueniens esse, ut Imꝑator ac Patriarcha cũ suis hoĩbus a sinistra tẽpli parte, & occidẽtales põtifices a dextra, ipse uero in capite medius inter utramq; partẽ sederet. At imperator dicebat locũ ipsum sibi potius q̃ summo põtifici ꝯuenire. Post longas autẽ disceptationes, lectis cęteraꝝ synodorũ gestis, oẽs in unã sentẽtiã iuere, ut summus Põtifex, ac oĩs occidẽtalis ecclesia a dextra tẽpli parte, Imperator autẽ cũ orientali ecclesia e regione a parte altera cõsederet. Igit̃ in basilica diuo Georgio ꝯsecrata a dextra parte, apud maius altare põtificia sedes, & proximã ei paulo tñ inferior Romanorum, uel ut gręci dicebant germanorũ Imperatoris sedes disposita fuit: quę semper propter eius absentiã uacua stetit. Apud autem ipsam amplissimorũ Cardinalium, deinde Archiepiscoporũ, & Episcoporum occidentalis ecclesię, qui ad centum & quinquaginta pręter protonotarios & Abbates ac alios clericos q multo pluresfuere, locus ordinatus fuit. e regione uero summi Pontificis, ut paulo ante dictũ est, Cõstãtinopolitani Imperatoris eminẽs quidẽ ut põtificia, & illi ꝓxima a sinistra, paulo tñ inferior patriarchalis sedes collocata fuit. Et apud eam eodẽ ordine legatoꝝ triũ cęteroꝝ patriarcharũ, deinde alioꝝ occidentaliũ patrũ, ex q̃bus duo, ex

Iberia uenere, sedes fuerũt dispositę. Nã a dextris ipsius Imperatoris, Demetrius despotus frater eius infimo gradu subsedit. Añ uero maius altare aliud altare fuit erectũ, ac sup eo inter beatoꝝ apostolorũ Petri & Pauli capita sanctoꝝ Euãgeliorũ liber, ac ante ipm duo accẽsa cãdelabra fuere posita. Quibus ita dispositis, ac oĩbus pręparatis ad diẽ nonã mẽsis Aprilis, quę qdẽ feria quarta maioris eudomadę fuit, Cardinales ac oẽs Antistites uestibus sacris induti una cũ summo Põtifice ac Imperatore, tẽplũ illud introiere, ac suis in locis absente ob ualetudinẽ Patriarcha paululum consedere, deindeq; surrexere: summusq; Pontifex orare cœpit, quibusdã deniq; psalmis, hymnis, ac precibus hinc inde decantatis, oẽs iterum ꝯsedere iussit, ut consentiente Imperatore absentis Patriarchę cõsensus, & suum edictum ex suggestu recitarentur. Itaq; scriba quidam alta uoce consensum ipsum in hac forma perlegit.

Consensus Patriarchę Cõstantinopolitani, ut œcumenica synodus Ferrarię celebraretur.

IN nomine sanctissimę uitęq; principii trinitatis Patris, & filii, & spũs sancti, duo christi mẽbra latinorũ uidelicet & gręcoꝝ, ad sanctam & œcumenicã synodũ cõuocandã, hodie cõuenerũt. Ita ut beatiss. ac summus Põtifex, & sancta Romana ecclesia ex una, & sereniss. Imperator cũ tota orientali ecclesia ex altera parte concordes sint, ut hic Ferrarię in diui Georgii tẽplo, in loco sane tutissimo, gñale Cõciliũ celebret, edicẽtes ut infra quatuor mensiũ spaciũ ab hoc die cõnumerandoꝝ oẽs Christiani, q cõuenire uelint, presertim Reges & Principes, ac oẽs põtifices, & cęteri clerici, qui basileã uel Romã ad celebrandũ cõciliũ ꝓfecti iã sint, uel imposteꝝ proficisci uelint, huc debeãt cõuenire. Qui uero uenire neglexerit, nisi huius futura decreta Cõcilii susceperit ac approbauerit, Anathema esto. Doctores aũt, uel alicuius dignitatis hoies nisi cõuenerint, uel suos uicarios miserint, uel saltẽ lrĩs ipsa eadẽ futura decreta laudauerint & approbauerint, anathemate sint deuincti. Quæ qdẽ pœna summi Põtificis iussu de Regibus & Ducibus, ac cæteris Christianoꝝ Principibus intelligi quoq; debeat. His tñ liceat si uoluerint locum aliũ noĩare, ubi synodus hæc celebret. Ita tñ ut ipsa synodus de tali loco cõsiderare ac decernere ualeat. Dat. Ferrariæ. M.cccc.xxxviii. Die uero nona mẽsis April. Post hæc Põtificis summi decretũ a pręsule Gradeñ. latine, a Dorositheo uero Mitylenẽ. græce fuit recitatũ ĩ hoc tenore.

Decretum summi Pontificis.

EVgenius seruus seruorum dei Ad æternam rei memoriam magnas omnipotenti Deo gratias oportet nos agere, qui antiquarum suarũ misericordiarũ nõ immemor, ecclesiam suam continuo reddit ampliorẽ. Quã quidem & si laborare multisq; tempestatibus fluctuare permittit, nunq̃ tamen submergi patitur, uerum a fluctibus & magnis æstibus maris reseruat, & pro suo erga gñs humanũ amore inter multos & uarios casus & calamitates, uirentem semper fouet, ac magis uigentem reddit. Ecce.n. orientales & occidentales populi iam diu inter se dissidentes atq; disiuncti, ad pacem atq; coniunctionẽ conuenire festinãt. Quippe qui discordes iam & inimici, tandem post multos annos fauente Deo, ex quo omne datum bonũ, sanctę coniunctionis desiderio affecti, in hunc conuenere locũ. Nostrę igitur seruitutis, ac totius ecclesię opera est & esse credimus, tentare pro uiribus, ut hęc principia tam felicia studio nostro ita felicem exitum consequantur, ut Dei gratię cooperatores esse diciq; mereamur. Cum itaq; dilectiss. filius noster Ioannes Palęologus Cõstãtinopolitanus Imperator una cũ piissimo fratre nr̃o Iosepho Patriarcha Cõstantinopolitano, necnõ cęterorũ Patriarcharũ legatis, ac multis amplissimis metropolitis, & Ep̃is, ac aliis ordinibus ecclesiasticis, & uiris nobilibus ad octauã diẽ proximi mẽsis Februarii Venetias aduenerit, nobis id, quod aliis etiam ex locis antea fecerat, continuo litteris suis significauit, se quibusdam de causis non alienis a ratione Basileam, ubi synodus celebranda erat, ire non posse. Idq; his, qui ibi iam essent, scripsisse, notumq; fecisse, uolens propterea, & contendens, ut ipsa synodus huc Ferrariam transferretur: & hic tam piũ negotiũ cõcluderetur. Nos igit̃, q̃bus sancta Christianorum cõiunctio cordi miruminmodum est, quiq; ipsam celerrime conficere cupimus, decretum Basileeñ. concilii de celebrando generali concilio, gręcis uolẽtibus promulgatum, ac ędítum, & a nobis postea Bononię pręsentibus ipsius Imperatoris ac Patriarchæ oratoribus, susceptum & approbatum: quæq; ad presens sanctę coniunctionis negotiũ spectent, pro nostra seruitute uolentes exequi, ut debemus: ac cupientes ipsum ad conclusionem perducere, omni modo & forma, quibus possumus & debemus, pręsentibus & cõsentientibus Imperatore ac Patriarcha,

& cęteris hic ad celebrandam synodum congregatis, notum faci/mus & declaramus prędictam synodum hic Ferrarię, qui quidem locus liber & tutus est, celebrandam esse & sic ab omnibus existi/mari, ac dici debere, sperantes hic absq; discordia & contentione, aliqua ue mestitia, sed potius amore summo diuinam ipsam pacem, & cętera sancta opera pro quibus synodus conuocatur, tractari Deoq; placato ac fauente, feliciter confici posse. Datum Ferrarię Die nona mensis Aprilis. M.cccc.xxxviii. Pōtificatus nr̄i anno. vii. Quo quidem decreto recitato, unus ex latinis, & alter ex gręcis surrexit, & quisq; suos interrogauit, An eis placerent quę recitata fuere. Qui cum eadem sibi placere respondissent, partium amba rum consensum litteris mandarunt, ac Deo peractis gratiis discesserunt. Elapsis autem diebus pascalibus, occidentalis ecclesia, ne tempus frustra contereretur, incepit contendere, ut priuatim de Spiritus sancti processione leuiter agerent, donec qui essent uen/turi conuenirent. Orientali uero ecclesia respondēte alienum esse a ratione, ut absentibus his, qui Basileam ad celebrandam synodū iam conuenerant, quicq̄ tractaretur, post multam contentionem decreuerunt de purgatorio ac aliis quibusdam ecclesiasticis quę/stiunculis disputare, donec tempus synodi celebrandę ueniret. Itaq; latini duos amplissimos Cardinales & duos Archiepiscopos, & duos Episcopos, & duos Abbates, & duos Monachos, ac duos Notarios. Gręci uero, pōtifices sex, & duos Abbates, & duos Crucesignatos, ac duos Notarios eligerunt, qui bis ebdomada quaq;, ad diui Francisci templum ad disputandum conuenirent. Qui cū ad diem quartam mensis Iunii conuenissent, latini questionem de purgatorio proposuerunt ac Ita dixerūt.

Questio de Purgatorio.

Latini. NOs ignem. P. A. in hoc mundo credimus esse, quo qui/dem animę peccatis leuioribus, uel (ut uulgo dicitur) uenialibus obnoxię coadiuuante ecclesia, sacerdotum precibus, missis, ac elemosinis expiantur. Nam san/ctorum & iustorum animas in cœlo esse, ac trinitati assistere, suam deniq; fęlicitatem consecutas esse, nemo dubitat. Animas uero eo rum qui sine pęnitudine mortem obierint, in inferno una cum Iuda pœnas ęternas luere profitemur. Ita ut tria mortuorū loca sim/pliciter sint. Vnus quidem sanctorum, quod cœlū creditur esse.

Alter delinquentium, qui sunt inferi? Qui uero confessi sacratissimum Christi corpus absque tamen pœnę pręuia satisfactione sumunt, continuoque moriuntur, hi dubio procul in supradicto igne, quod purgatorium appellari solet, purgantur. de quo quidem igne Paulus ad Corinthios scribit. Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Et paulo infra, Ipse autem saluabitur, sic tamen quasi per ignem. Hęc latini. Gręci autem ita responderunt.

QVęcunque. P. A. protulistis atque citastis, orientalis ecclesia profitetur, quamuis inter gręcos & latinos parua sit differentia. uestram ergo sententiam litteris tradite, quod ipsi quoque facturi sumus, ut in quo nam a uobis differamus, palam fiat. Quę cum audissent latini, magno affecti gaudio gratias Deo egerunt, & datis litteris discesserunt. Ad .xiiii. autem diem eiusdem mensis iterum conuenerunt. Et gręci Pauli dictum longe aliter exposuerũt, ac suam expositionem ita litteris mandarunt. Gręci

Paulus. PAulus ad Corinthios scribẽs? P. A. Siquis autem superędificat, supra fundamentum hoc, aurum, Argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam & reliqua, hominum uitam & opera intellexit, uidelicet An prauę studiosę ue sint: ita ut cuius opera in igne combusta permanserint, is bonus cẽseatur, ac operum suorum mercedem accipiat. cuius autem opus arserit, Idest cuius opera friuola fuerint combusta, ipse detrimentum patietur, hoc est damnabitur. Et saluus erit, Sic tamen quasi per ignẽ, idest in igne semper saluabitur, in eo luens pœnas ęternas. Ita ut ignis ipse, de quo Paulus loquitur non purgatorius, uerum ęternum suppliciũ sit. de quo etiã inqt Euãgelista, Discedite a me maledicti in ignem ęternum? Nam ipsi purgatorium non ignem, sed obscurum quẽdam locum, ac laborũ plenum esse censemus. in quo quidem existentes animę lumine diuino priuantur, donec coadiuuante ecclesia ut supra dictum est expientur ac liberentur. sic ergo sentimus de purgatorio. Sed in alio quoque differre uidemur, ipsi namque tenemus obnoxias animas, & grauioribus, ac ut dicitur mortalibus peccatis affectas non satis perfecte in pręsentia mulctari. Sed postea q̃ cũ suis corporibus resurrexerint, fore ut perfectissimas pœnas pro suis delictis luant, quemadmodum etiam iustorum, & sanctorum accidit animabus: quippe quę bono quodam imperfecte fruantur, post uero suam resurrectionem fęlicitatem sibi debitã cõsequentur, ut Paulus inquit, Et hi omnes testimonio fidei probati Gręci

non acceperunt repromissionem. Vos autem non ita sentire ui/ demini, Iccirco uestram si lubet sententiam dicite.

Latini ℭ Nos animas ualde delinquentes absq; corporibus suis. P.A. non perfecte puniri, ut ipsi quoq; tenetis credimus, ita ut in hoc bene conueniamus. iustorum autē ac sanctorum animas, quatenus ani/ mę sunt perfectam suam felicitatem assecutas esse censemus. Ita tamen ut aliam cum suis corporibus perfectionem expectent, qua quidem perpetuo fruantur. Tum grę corum alii cum latinis, alii contra ut supra dictum est sentientes partes in duas diuisi fuere, quorum omnium sententiis hinc inde litteris traditis cōuentū sol/ uerunt. deinde ad .xxv: & ad.xxvii. diem mensis eiusdem iterum conuenerunt, ac eadem met repetierunt. Nā latini dictum Apo/ stolici sic exponebant.

Latini ℭ Nos q̄ plurimis aliis autoritatibus. P.A. adducimur ut creda/ mus illud Apostoli, Saluus erit quasi per ignem, pro purgatorio, non autem pro igne perpetuo capi debere, iuxta illud prophetę, Salua me Domine qm̄ defecit sanctus, Et alibi Salua seruum tuū Deus meus sperātem in te. Et dn̄s deus uirtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam, & salui erimus. Petrus autē timēs ne submer geretur, dixit Dn̄e salua me, Christus uero extendens manum ac/ cepit, & saluauit ipsum. Et salua Deus populum tuum. Verbum ergo saluare. P.A. semper ad bonam partem accipitur, nisi huius oppositum demonstretis. Gręci uero tergiuersantes se suas sentē/ tias litteris daturos responderunt. Nolebant .n. suam sententiam explicare, Sed ita leuiter disputabant, ut tempus protraherent, donec frequens synodus conueniret. Ad.xvi. uero diem mēsis Iu/ lii Imperatoris iussu Patriarchę domum conuenere, ut decernerēt, quid nam latinis de quęstione secunda respondere deberent. ubi diuersa ut paulo ante dictum est sentire uisi fuerunt. Tandem post multa Imperatore ac patriarcha pręsente, omnes in eam sententiā fuerunt, Iustorum ac sanctorū animas perfecta frui felicitate, per/ fectiori tamen cum suis corporibus cū resurrexerint fruituras. Cū etiam ut sol uel lumem resplendent, quemadmodum Iesus Chri/ stus dominus noster in thabor monte resplenduit. Dum autem hęc agerentur terror magnus gręcos inuasit. Nam morbus quidam ue hementiss. ferrariam affligere cœpit. Ita ut mortem fere subitam Ferrarienses obirent, quo magis etiam græci territi fuere, ꝙ mor/ bo eodem Dionysius prestantiss. ille sardensis pręsul non sine gręcorum omnium luctu obiit, Dei tamen benignitate nemo alius ex

grecis,tum mortuus fuit. Porro autem iam mensibus quatuor ela/psis, urgebant greci ut Synodus celebrari, sessionesq; fieri incipe/rent, tametsi nemo eorum quos expectarent conuenerat. qui/bus quidem grecis summus Pontifex æquo animo satisfecit, dicēs. Vbi ego & Imperator, ac Patriarcha sumus, ibi Christianorum omnium synodus esse creditur: presentibus presertim ceterorum Patriarcharum legatis, nostrisq; Cardinalibus. Timebant autem greci multitudinem latinorum, propterea q suas sententias suffra giis declarare solebant. hoc tamen metu solutis grecis, ut nō suf/fragiis uterentur, uerum quisq; suam sententiam proferret, cō/muni omnium sententia fuit decretum,ut sessiones inciperent ce/lebrare, ac in primis de duabus questionibus agere: an fas sit diui/no symbolo quicq̄ addere, & an additio iā facta: ex filioq;: pia sit. Porro autem qm̄ summus Pontifex laborabat podagra, & ad basi/licam, ubi synodi locus, ut supra dictum est, paratus fuerat, ne/quaq̄ ire ualebat: iccirco decretū ab ipsa synodo fuit, ut in sacello palatii,ubi summus Pontifex habitabat, sessiones celebrarentur,& octaua die mensis Octobris inciperent. In eo igitur loco non ali/ter q̄ in cathedrali ecclesia sedes fuere dispositę: quarum equidem ordinem breuitati studens non repetam, silētio tamen neutiq̄ pre/teribo, Duces, Marchiones, Comites, Equites, ac ciuitatū cum Aristocraticarum, tum democraticarū oratores ante summi Pon/tificis & Romanorum Imperatoris sedem subsedisse. E regione au tem apud Patriarcham trium œcumenicorum Patriarcharū lega/tos paulo inferius, reliquos deinde pontifices græcos consedisse. Crucesignatos uero,&reliquos grecos nobiles a dextra Imperato/ris uersus sacrariū subsedisse.Nam Demetrius despotus Imperato/ris frater prope dextram eius, multo tamen eo inferius consedit. sedem autem Patriarchę quāuis pontificię Imperatorięq; sedis,quę quidem æqualiter eminentes fuere, paulo inferior fuerit,simili tñ ornatu decoratam fuisse. Patriarcharum uero legatos fuisse Anto ninum Heracliensem, & Gregorium uenerandum, ac magnum confessorem pro Alexandreo. Et Marcum Ephesium, & Isido/rum Rhutenum pro Antiocheno. Dositheum uero Monēbasieñ. ac Dionysium Sardeñ.qui mortem obiit, pro Hierosolimitano.ce/terorum autem grecoꝝ pontificum ,& aliorum clericorum ,nomi na hic pretereo, quandoquidem ipsa in unionis litteris subscribā. Ante uero maius altare,quod,ut supra dictum est,dispositum fuit, a latinorum parte sex eorum doctores, a parte autem altera sex

alii ex græcis cōsederunt, qui quidē ad disputandū a suis selecti fuere, uidelicet ex græcis Marcus Ephesius, & Isidorus Rhutenus, & Bessarion Nicenus, & Theodorus Xanthopolus cognominato Sideropha magnus sacrista, Et siluester balsamō magnus bibliothecarius, ac Georgius gemistus. Ex latinis aūt Nicolaus tituli sanctę Crucis presbyter Cardinalis & Iulianus Cęsarinus tituli sanctę Sabinę Itē presbyter Cardinalis, & Andreas Archiepūs Colossēn. Et Foriliuiēn. antistes, ac duo monachi in theologia pręclari. Quibus oībus ex ordine ut prędictū est cōsedētibus, latini ꝓ sua in gręcos beneuolētia cōcesserūt ipsis, ut primi exordirent. Bessarion itaq; facundissimus orator impetrata prius ab Imperatore, ac Patriarcha facultate dicendi gręcam luculentissimam orationem habuit.

¶ Die Mercurii. viii. mensis octobris Anno. D. M. ccccxxxviii.
Sessio prima Ferrarię.

Bessarionis tunc Archiepi Niceni, deinde uero. S. R. E. Cardinalis oratio in octauo concilio Ferrarię habita eodem Bartolomeo Antistite interprete.

Nauates in rebus arduis operā, nō mō cū ex eoꝝ animi sñia rerū ipsaꝝ exitū assecuti sunt: uerūetiā cū res ipsas aggrediunť ac in earūdē initiis uersanť, magnā capiūt uoluptatē. cuiusuis. n. rei principiū nō paꝝ posse forsan necesse est. Idq; ꝑpterea totius facti dimidiū cōi doctoꝝ sñia esse dicit. q̄ si q̄spiā qcq̄ icęperit facilius finē eius cōsequať, q̄ ꝓrsus hoīes pigri rē ipsam auspicētur. Porro aūt nr̄um diuini huiusce muneris pincipiū aliis cuiusuis rei principiis multo magis cōducere posse sperādū, ac exitū bonū ꝓcedere credēdū est. Id qdē diuinę credētibus ꝓmissiōi, Deū ipm̄ nobiscū esse, quo qdē p̄nte ne qcq̄ nobis desperādū est. hoc aūt ab his est cēsendū, q ex rebus pręteritis magnā de futuris faciūt cōiecturā. Mēbra. n. ecclię tādiu ita disiūcta fuere, ut nō mō cōuenire, uerūetiā cōiūctiōis nōmē sentire, mirūinmodū abhorrerēt: ac potius eligerēt, in ꝓprio incōmodo ꝑmanere. Nūc autē eadē tāto affecta desiderio sunt, ut tāctsi multę res ipsis sint impedimēto remotis nihilominus oībus summo studio in cōficiēdā pacē incūbāt. Quis igiť hęc nō cēseat diuino numini adscribēda? Quis deinde nō speret ex his magnum cōmodū posse cōsequi? Hęc igitur dies iucunda & leta est, & nobis conuenit exultare, ac in Spiritu

gaudere. Nã illustriũ reɋ exitus illustria solẽt habere principia, uber rimarũq; frugũ multę primitię sunt. Machinationes iã, & insidię, ac doli, qbus noster hostis acerrimus nos ita cõplicuit, ut amici fratresq; immo unius ipsius capitis mẽbra, partesq;, necnõ illius pastoris grex inter nos certaremus, dissolui, & explicari, ac destrui uidẽtur incipe re. Ipsa uero seiuncta, confractaq; mẽbra cõiungi, atq; uniri & uno, ac eodẽ angulo fulciri cupiũt, atq; cõtendunt. Proptereaq; hi Patres unanimes, pariq; studio frequẽtes huc cõuenere, nõ plane curãtes quauis in causa uictores euadere magisq̃ uicti succũbere, quandoquidẽ si eo animo essent, Christi discipuli, ꝓbi ue uiri nõ cẽserentur, uerũ hoĩes seditiosi, ac sibi suisq; uoluptatibus tãtũmodo indulgẽtes. Maximo sane ueritatis cognoscẽdę desiderio sunt affecti, etiã si cedere debeãt. Nã sine ueritate nullo pacto uictoriã uellẽt consequi. quapropter necesse est, ut ueritas oĩbus pateat, ac cęteris rebus prestet, & dominet, & se perturbãtes cõculcet, atq; cũctoɋ mortaliũ insideat animis. Mendaciũ aũt cũ his, qui ab ipso dependent malis, procul ab hoĩbus latitet, & iis tm̃ dominetur ac imperet, a quibus ut parẽs colitur, quiq; ipso duce oĩa dicũt, & audent. Quis obsecro quicq̃ aliud huius nostri muneris simile ꝓferre? uel preteritoɋ aliqd presentibus his rebus ęquiparare poterit? recedãt igit̃ uetera, & noua sint oĩa: oẽs exultemus, ac gaudeamus in Spiritu: oẽs seruatoris hymnũ canamus, & ꝑ his rebus gratias ei agamus, eumdemq; religiosissime imploremus, ut exitũ initii hmõi cõgruũ cõcedat. Porro aũt oportet ut quisq; nostrũ quę ad huiuscemodi finẽ pertineãt, & sacrę ecclesiaɋ cõiunctioni expediãt, pro suis uiribus cõferat. Sane oĩa sunt tentãda, atq; tractãda, nil prorsus ommittẽdũ, nõ studio, nõ diligentia, nõ officio, nõ deniq; laboribus est deficiendũ. repetendũ preterea nobis memoria est, nõ tm̃ oportere Deum ipsum pręcari, uerumetiam ei ministrare. non. n. omnia ab eo nobis speranda essent, nisi ipsi quoq; insũdaremus. Namq; nostris precibus prorsus contrarium uideretur, si Dei auxilium implorantes nil dignum operaremur, quare id agere, ac nobis auxilio esse deberet: quod si fecerimus nobis profecto fauebit, ac se se benigniorẽ, alacrioremq; fautorem ad finem usq; prestabit. Seruator Deus utinam fiat, ut in eã diem uiuamus, ac diem triumphalẽ & celebrem hymnum tibi canemus, atq; a te uno eodemq; patre custoditi, idem tibi melos canamus, ac una eademq; harmonia coniũcti sub te solo capite uiuamus, spiremus, moueamur, ac illud idem unumq; uelle & nolle

Ad Deũ Patrẽ.

Ad Christum.

sentiendo, ac proferēdo unū simus. Christe Rex oīm te ipsum solū regē nostrū esse uolumus, ac obtestamur, qui te ipsum ꝓ nobis reis & obnoxiis redēptionis pretiū dedisti, tuoq; pretiosissimo sanguine a tyrāno nos redemisti & eripuisti: fac igit̄ ut unū tuū ouile simus, ac ne patiare ut tui cū simus oēs, disiūcti inter nos dissideamus, neq; decertātibus nobis te ducē prebeas, nec deniq; parti decertare uolē ti faueas, ueꝶ utriq; simul parti auxilio sis, qñquidē pro utraq; parte te ipsum tradidisti, effusoq; tuo sanguine partē utranq; redemisti. nobis obsecro cōiter annue cōmunēq; nobis te prebeas adiutorē, ac nos proportione quadā in te, relatiōe uero ac habitudine inter nos dispositos ad te ipsum unū eūdemq; nostrū institutū finē adducito, neutiq̄ permittēdo, ut inter nos diuisi atq; seiūcti maneamus. Ex eo namq; necessario id acciderit, ut simul cū cęteris mortalibus tāto ac tali frustaremur fine.

Ad Spm Sanctum.

Sancte Sp̄s gratiaꝶ fons, Sp̄s sapiētię & intellectus ac timoris Dei, de quo & cū quo hoc ecclesiaꝶ certamē ꝓpositū est: utinā superba mēte nos liberes, ac Dei timorē nostrū oīum animis ingeras, nobisq; prudētiā ac sapiētiā largiare, & nobiscū certamē hoc, quod pro te gerimus iniēs, ueritatē ipsam oībus patefacias, quia nō modo ueritatis Sp̄s es, & appellaris, uerūetiā ad te spectat secundū uerā & nunq̄ fallacē illius ueritatis uocē, omnē nobis ueritatē ostēdere.

Ad Trinitatem

Deus Trinitas, quę cūcta ineffabilr̄ ꝓuides, producis, cōtines, regis, atq; gubernas, tuum opus est homo, post cūcta alia in lucē creatum, quod cū oībus uisibilibus prępstet, illud etiā eximiū, ac abs te regale priuilegiū habuit, ut prępparatis suisq; pręordinatis cōmodis ad uitā prodiret, cui quidē sępe, quinimmo sēp corporea hęc, & p̄ntis uitę rōni cōducibilia: ne dū ea, quę ad optimum animi statū ptineāt, prospicis. Cuius precipuū bonū est ueritas, ac circa letalia nō decipi, qđ sane rerū oīm, quas habemus, uel imposterū habere poterimus, optimū ac diuinū esse censet. Nobis ergo cōcedas posse ueritatē agnoscere, cognitamq; complecti. Et si in aliquo in his presertim, quę de te facimus uerbis, quicq̄ committimus, nobis indulgeas, qñquidē ipsa nō modo incōprehensibilis, ac imperscrutabilis es, uerū etiā plura eoꝶ quę a diuina tua emanāt imagine, obstrusa ualde, umbręq; simillima, & ut similitudines quędā existūt. Nostris precibus quęsumus annue, ac uiā, quę ad te solū uerū Deū dirigit gressum, nobis te ducē sequi uolētibus ostēde. ac quēadmodū ipsa ex tribus cōsistēs personis tali ternario numero non obstante unicā substātiam & naturam cōtines, ita etiā nos, tametsi multi,

diuersorumq; generum, Immo iã autore maligno hoste uariç opinionis, ac fidei sumus, hãc istã tñ differentiã e medio nñi tollas, & ita facias, ut unã fidẽ colẽtes, unã sñiam habeamus: nõ generum nñorum diuersitate, uel nostrorum corporum numero, ac multitudine obsistẽte, quominus unũ in te prorsus simus, ac illud idẽ de te sentiamus: sed de precibus hactenus. ¶ De uobis aũt. P. A. quid dicã? qui sacrã hãc synodũ celebratis, q tãtç rei estis autores, qui plurimũ elaboratis, q multa sępe numero uota effudistis: ut diẽ hũc uideretis. quippe q dies futurarũ clarissimarum rerũ nuntius, ac earũdẽ initiũ, exituſq; preco prẹclarus est. Quis igit uobis satisdigne bñdicere poterit? uosq; satis laudare decẽter? qui iã laborum uestrorum fructus pullulare, germinareq; cõspiciatis. Pater beate nũc beatus existis uere, ac eris dubio pcul beatior: cũ dei benignitate ad huius diuini muneris exitũ peruenerimus, ad quẽ deus ipse nos duxerit. a quo quidẽ si ecclĩas eius cõiunxeris, amplissima tibi premia pponunt. Prẹclarum pfecto facinus erit, si ad finẽ usq; pseueraueris, & scãdalis ac offendiculis e medio sublatis, pacẽ ac cõiunctionẽ ecclĩarum cõfeceris. ut pote q uehemẽti zelo, cura eximia, lõgis deniq; uigiliis, ac cogitatiõibus Christi filios terrarum undiq; cõgregaueris, iã pridẽ cogitãtes, ut illustrata ueritate fraterne spiritaliq; coniungant. Idemq; uelint ac sentiãt. quç Pater sanctissime quis obsecro poterit inficiari? quç quidẽ cũctis mortalibus patẽt: & quorum ego, ac oẽs hi patres testes sumus. oportet igit te finẽ ipsum aspicere, ac quçcunq; ad deũ spectẽt ita puidere, disponere, cõficere, ut quã nũc ex his capimus uoluptatẽ, eadẽ prosequẽdo uires augeat, ac multo magis aucta prope finẽ ultimã tandẽ attingat lineã. si namq; principia hęc & exordia sunt prẹclara, exitũ his congruum qualẽ fore putas? qbus pfecto bñdictionibus dignus fuerit? quãtã laudẽ & honorẽ suscipiet? quot deniq; merebit laureolas? is qui cũ tot mortaliũ excusationes abstulerit, q̃ plurima etiã alia impedimẽtã in futurum euertet? qua in re Pater sanctissime filiũ Imperatorẽ adiutorẽ habebis, te quoad opus fuerit cõsecuturum, ut pote qui pius, religiosus, uehemensq; christicola est, quiq; cũ pluribus uirtutibus prẹditus sit: in deo tñ colẽdo, & pro religione pie certãdo plurimũ excellit. & q quãuis cõfectus etate sit, coniũgendarum tñ ecclĩarum desiderio semper affectus, summo studio quçrit oportunitatẽ, prudẽtia uero prospicit, & amplectit oĩa, quç ad hãc rẽ opus sint. quiq; ad hoc tm̃ taleq; bonum aspiciẽs, ac ei uehementer incumbens, pericula omnia adiit, & ocium paruipẽdens maximos maris çstus, ac in cœlũ

Ad patres.

Ad summum Pont.

sublatos fluctus nequaq̃ extimuit: uitã deniq; suã simul cũ patria maximo rex discrimini obiecit: ut Christo deseruiẽs, ecclię pacem conficiat. cuius se se ministrum, nedum accerrimum defensorem obtulit. Pręterea perbeate Pater, pius ac sacer Patriarcha tibi pari studio presto est. qui licet ad extremam iam peruenerit senectutem, confectoq; corpore sit, eius tñ animus semper multis prędictus bonis uiget, feruetq;, ac magno afficitur desiderio, uotaq; plurima adit, ut sibi liceat tibi in hoc diuino munere inseruire, cuius gr̃a his rebus, quę modo fiũt, mirũ inmodũ oblectatur, simulq; labores libentissime sustinet, ut pręclarũ hoc facinus ad optimũ exitũ perducat: quo sine ne uiuere quidẽ uellet. Amplius beatissime pater oẽs hi patres amplissimi in hac tibi puincia auxilio erũt. quippe qui nil aliud magis desiderãt, q̃ hũc optatissimũ finẽ assequi, ad quẽ quidẽ oẽs spectamus atq; ipsius desiderio ueheměter affecti sumus: & cuius cã huc de longinquo spatio frequẽtes cõuenimus, ac in extera terra moramur. Cũ alii e media terra gręcię, alii ex ultimis septem trionibus, alii uero ex orientalibus, subsolanisq; regionibus ad hanc Italię plagã nauigauerimus. Tot igitur ac tantoꝝ hominũ studiũ ne uincat hostis malignus. nequaq̃ fiat o seruator ac oĩpotens Deus, ut tot clarissimoꝝ uiroꝝ conuẽtus cura eximia, longo tẽpore, summo labore, maximo deniq; studio cõuocatus sua uota, spemq; frustretur. nõ. n. id esset sapiẽtũ, ac diuinoꝝ uiroꝝ, neceoꝝ, quis uos sermones in iudicio disponũt. Alios igitur is hostis in uadat, & aliorũ hoim uictoria gaudeat. Nos autẽ nullo pacto uexet. Ipsi spiritalibus armis uestiamur, ut ei pro uiribus obsistamus. Ipsi iustitię loricã, spũsq; galeã induamur, ac duce uerbo Dei in nostros irruamus hostes, & quocunq; nos illud duxerit, ibi finẽ imponamus, & nulla cõtra Deũ arrogãtia, & superbia, uanaq; mẽte, in certaminibus nostris utentes, atq; Deũ ipsum prę oculis habẽtes ad eundẽ ipsum deũ festinemus. Porro autẽ fit ut non nulli bene succũbere malint, q̃ semper uincere male, ut nõ solũ bonũ sit uincere, uerũetiam q̃nq; uinci, seruata tñ semper boni rõne ac mensura nõ magis in uictore q̃ in uicto. Et si quispiã forsan dixerit, semper uincere magis expedire, quẽadmodũ etiã cuiuis magis cõducit, aliquo se ipm afficere bono q̃ aliis benefacere: & audire melius est, q̃ aliis rẽ aliquã patefacere: necnõ aliquem non errare, q̃ quominus alii errore ducantur, agere.

Ad Imper. ¶ Inuictissime Imperator in Cardine iã res est, quod q; iam diu desiderabas adest. Deũ ergo glorifica, & extolle, cuius hoc opus est, ut

pote qui id tibi uenire fecit in mentē, ac ut eius desiderio caperere, necnō eodē autore, res ad hūc statū puenit. Si igit̄ ꝑ rebus peractis maximas ipsi Deo grās habebimus, pro futuris uero eidē ex corde preces effundemus, rē profecto dignam nobis, necnon pñti nostro muneri necessariam faciemus; quinimmo misericordiam ab ipso consequemur, si de preteritis quidem non ingrati, inposterum uero nos, ac totum ipsum negotium ad eundem Deum referentes, & omnem spem, curamq; nostram in ipso reponentes, nostris precibus dignos nos ostenderimus, qui quidē deus diuino nos ac cœlesti cibo nutriet, absq; quo nemo uiuere potest. Vt ergo nunc usq; fecisti, cum eum obtestando, & auxilium eius implorando, tū per te ipsum quę opus essent, conficiendo, ita etiam in futurum, quo magis ad exitum appropinquamus, eo alacriorem, promptioreq; te ostende, in hoc negotium incumbendo, die noctuq; uigilando, quousq; ad perfectum finem peruenias, atq; curis & cogitationibus animum tuum leues. Et quoniam natura comparatum esse uidetur, ut ea quę ui mouentur suiq; motus causam extrinsecus habent: cum prope metam sint, tardius cientur, quā illa, quibus eiusmodi causa intrinseca est, quę cum propius uident metam, eo fieri uidentur uelociora. Icciro tu, qui in his bonis rebus uersaris, quorum caput ecclesiarum coniunctio est, quiq; ab intrinseco ac naturali motu moueris, caue obsecro ne illud accidat tibi, ut in finem tardior euadas. Sed ipsum tuum optatissimum finem pro uiribus tuis assequere, quandoquidem bona omnia bonum sibi rebus in omnibus finem conciliant. Ergo tu factus semper alacrior, nos etiam cum adhortatione tum summo tuo Imperio diligentiores reddas. Beatissimum autem Patrem nostrum quia senex, ac inualidus est, ętati, & eius ualetudini prius consulens, ut hęc omnia memoria repetat; cum ipsum exortando, tum etiam tuam ei operam nauando, excita. Tantum. n. ac talem hortatorem reuerebitur, quem nactus non lentum una cum sacro Patriarcha nostro, necnon amplissimis his. S.R.E. Cardinalibus, cęterisq; pręsentibus Reuerendis Patribus, duce deo finem his rebus imponet, quem utinam assequamur, ac letiores, spiritaliq; gaudio plenius affecti, beatissimo Patri laudem, tuo uero sacro Imperio summum habeamus honorem, extollentes, ac maximis uos laudibus efferentes. Sanctissimus autem Patriarcha, & horum sanctorum patrum cōuentus utinam posteaq̄ deo dignum hymnum cantauerint, uobis

etiam laureolam orationibus suis contexant. mihi denique reliquum utinam sit extremum id oneris subire, ut simul omnes communi laude extollam, ac meo munere magno honore afficiam: ita ut mea extrema & communi oratione, quod equidem uehementissime cupio, uos sub uno eodemque Deo, ac uerbo nostroque domino existentes, exornem. quod quidem summum eorum creditur esse, quę deo afferre possumus & debemus, cui gloria conuenit in ęternum. Cum autem Bessarion perorasset: Synodus sancta decreuit, ut sessio dimitteretur, & ad. xi. diem mensis eiusdem sessio secunda celebraretur.

Sessio Secunda.

Sessio secunda Ferrarię die Sabati. xi. mensis Octobris celebrata, in qua Reuerendus Pater Andreas Colossensis orationem copiosissimam habuit, qua quidem in omnibus Bessarionem imitatus: in primis beatissimum Patrem, deinde serenissimum Imperatorem, ac sanctissimum Patriarcham, totam denique synodū laudauit, & benedixit. Cum autem iam aduesperasceret, sessio dimissa fuit decreto, ut ad diem sequentis martis tertia sessio conueniret. Interea quęsitum priuatim inter ipsos disputatores fuit: quisnam primus negotium aggredi, & quonam genere disputandi uti, & de qua quęstione agere prius deberet. post multa uero placuit eis, ut gręci prius exordirentur, & argumentis breuibus, ut assolēt dialectici uterētur: et an diuino symbolo quicq̄ liceat addere prius agerent. Tertia igitur sessione cōgregata, Marcus Ephesius prę clarus theologus Imperatoris ac Patriarchę iussu, negotium ipsum aggressus, pro grecis sermonem hunc habuit.

¶ Die Martis. xiii. mensis Octobris tertia Sessio Ferrarię.

Mar. Quoniam omnipotentis Dei benignitate huc frequentes cōuenimus, ut summo studio Ecclesias coniungamus, ac summam pacem, quod quidem opus diuinum est, conficiamus: iccirco summopere conuenit, ut nostris in disputationibus ac omnibus controuersiis mutua nostra beneuolentia semper seruetur. Et si uobis cōtigerit aliquid proferre, quod uestras offenderit aures, id opinionum ac rationum nostrarum uarietati ascribatis: quandoquidem amicitia uera ex hominum uultu magis q̄ ex uerbis percipi credi/

tur. Scire autem uos Patres amplissimi uelimus nos de symboli additione uerba esse facturos, q̄ neq; uera neq; prorsus conueniēs sit. quam sane costat nostri schismatis ac dissidii pręcipuam causam fuisse. Si quidem igitur uobis placet, rem nunc aggrediemur, sin minus in sessionem sequentem differatur. Videtur autem nobis sic semper fieri oportere, ut quod sequentibus sessionibus tractaturi simus, id prius omnibus pateat, ut parati ad differendū ueniamus. cum Andreas pręsul colossensis pro Romana Ecclesia ita respōdit.

Nos quidem a uobis mutuo diligi, ac uobiscum deum esse censemus: propterea si quicq̄ prolatum fuerit (ut a uobis dictum prudenter est) quod cuipiam displicuerit, id uitio nemini uertendum: sed nostrę potius disputationis naturę concedendum est. operępretium autem est ut ad singulas interrogationes non ambiguis & obscuris, uerum apertis & claris orationibus uicissim respondeamus. Quoniam uero ex nobis quęsistis cur Romana Ecclesia additionem ad symbolum fecerit: iccirco quid ipse sentiam paucis respondebo. meam tñ responsionē nolim nunc ut perfectam susci/piatis, sed consultis prius patribus his, alias accuratius respōdebo. An.

Responsione aliqua pater Reuerende pręsertim tua, quam nobis pollicitus es, nequaq̄ in pręsentia indigemus: nondū.n.in medium protulimus ea quę ad hanc rem pertinerent. ex ipsorum igitur patrum sententia suo loco, ut a te dictum est, respondebis. Mar.

Dixi equidem pater Reuerende nolle me responsionem meam tanq̄ perfectam admitti: puto tamen q̄ maxime conuenire, ut, ne beatissimus sacrę sedis huiusce pręsidens, necnō mitissimus Imperator, ac patriarcha sanctissimus, cęteriq; pręsentes patres hinc hodie: ut ita dixerim, ieiuni abeāt, ipse nōnulla prout tēpus hoc mihi uidetur cōcedere uerba nunc faciā: maturius tñ imposterū responsurus. An.

Additionis uestrę rōnē quęrentes, ut hi qui causas agunt in foro actores esse uidemur. Iccirco nobis uisum est petiisse, si uestro cōmodo possit fieri, hāc nostram accusationē audire, ut nobis rem ipsam nūc aggredi cōcederetis: uestrā deinde rñsionē libēti aīo audituris. Mar.

De his igitur hactenus, & pferas quodcunq; libuerit. Nos autem suo loco sigillatim ad omnia respondebimus. tum idem Marcus Pręsul Ephesius, impetrata prius ab Imperatore & patriarcha dicendi copia, ita exorsus est. An.

Iesus Christus Deus noster suā prospiciens mortem patres Amplissimi suis discipulis dixit, pacem meam do uobis, panem meam Mar.

relinquo uobis. quę quidem uerba testamentum ipsi conueniēter appellare solemus: quo eis ueram optimam hęreditatem reliquit. quę cum Christi propria esset, meā ideo protulit: pro qua nil aliud ab ipsis petierat, q̄ ut se se mutuo diligerent. Ita ut certa cōditione non autem libere ipsa frui deberent hęreditate. quidam.n. ueteres homines certa conditione sua bona legare solebant, qua quidem nequaq̄ seruata hęredes illico exheredabantur. Haud aliter ergo seruator noster testamentum suum signauit. ita ut si eius discipuli uel hęredes mutuam inter se beneuolentiam non seruassent: eadē ipsa hęreditate: hoc est pace Christi priuarentur. Cuius quidem pacis ac mutuę illorum beneuolētię gratia seruator noster multa bona uerba hisdem suis auditoribus fecit, modo inquiens, hęc mādo uobis, ut diligatis inuicem: modo autem ita: hęc locutus sum uobis: ut in me pacem habeatis: a quorum quidem altero bono: idest a mutua erga sororem suam orientalem ecclesiam beneuolentia, Romana Ecclesia iam defecerat: dogmaq; sibi proprium finxerat, ac sibi perpetuo conseruauerat, quod neq; litteris sacris relictū, neq; ab uniuersalibus conciliis celebratum, neq; a maioribus nostris susceptum & probatum fuerat. Idq; propterea soluendę nostrę amicitię causa simultatumq; nostrarum initium dubio procul fuisse cōstat. ut igitur ex ipso dogmate inimicitię discordiæq; inter nos cōsequutę sunt: ita quoq; Romana ecclesia benignitate Dei pacem uehementer desiderans: eam ut facilius conficiat ab amicitia ipsa facere aggressa est. quam pariter ecclesia nostra cupiens, huc q̄ celerrime uenit: sperans cooperante Deo ut summa pax hinc sequatur, ac simultates dissensionesq; nostrę causis remotis tollantur: quemadmodum aduersis ualetudinibus solet contingere: hęc quidem uera medendi ratio uidetur esse. Vos igitur enixe rogamus, ac uehementer a uobis contendimus, uelitis ut nobis id temporis redeat, in quo coniuncti summa pace fueramus, idem semper uolentes, & sententes. & quemadmodum ad pacem nobiscum recōciliandam, qua q̄ longissimo temporis interuallo fuimus priuati, a uobis benigne sumus conuocati: ita etiam non committatis: quin nobiscum ac cum maioribus nostris, qui in septem uniuersalibus illis conciliis claruerunt, in unam eandemq; sententiam conueniatis, quorū in primis definitiones & decreta nobis sunt recitanda: ut ipsas inter se concordes ac ualde conuenientes non solum in ordine uerū etiam in sententiis fuisse, luce clarius ostendamus. sic.n.

hoc nostrum generale concilium ea cętera concilia facilius, ut par est, imitabitur. a recitandis ergo decretis eiusmodi debemus incipe re: tum ea, quam modo diximus ratione, tum etiam ut patrum sanctorum precibus hoc nostrum munus melius agatur, ac eorũdem sententiis & autoritatibus pro nostris fundamentis utamur.

¶ Orationem uestrã Patres amplissimi, quæ quinq; nobis in partes distributa uidetur esse, bene credimus percepisse. In prima nãq; de uno Christi domini nostri uerbo subtiliter Ephesius Pater disseruit, qua nam ratione suis discipulis pacem suam Christus ipse reliquerit: ex qua quidem nostra amicitia nascitur, ac deinde ex ea pax summa consequitur. In altera uero parte probare conatus est, Romanam ecclesiam amicitiam uestram nihili fecisse: ob idq; pacem, quam a Christo, ut supra dictum est, habuimus, dissolui necesse fuisse. Nam in parte tertia demonstrauit uos ad nostras controuersias dissoluendas pacemq; reconciliandam ab eadem Romana ecclesia rogatos, frequentes huc conuenisse. In quarta deinde parte declarauit, nulla ratione fieri posse, ut pax inter nos componatur, nisi prius schismatis & dissidii nostri causa penitus tollatur. quemadmodum ęgris corporibus solet euenire: quę tunc bene sanãtur, cum radices ęgritudinis euelluntur. In ultima deniq; parte conclusit, operępretium esse, ut decreta maiorum nostrorum inspiciamus, ac in primis eadem recitentur: ut hoc etiam sacrum concilium cętera rebus in omnibus imitetur ac consectetur: & de hoc nostro negotio melius argumentari possimus. Ad quę omnia Patres Amplissimi, quandoquidem ad fidem nostram plurimum attinent, ac magna indigent consideratione, sessione sequenti accuratius respondebimus. non nulla tamen in pręsentia uerba faciemus, quę nobis modo scitu digna uidentur: namq; uobis notissimum est, nostram in uos beneuolentiam semper firmã ualidamq; fuisse & esse. quę quoniam a Deo optimo maximo dependet, qui nos in primis dilexit, quiq; optimus amicitię uerę autor, ac perfectissimus finis existit: idcirco amicitia ipsa in eius ecclesia a nobis colitur & seruatur. qua de re nescio equidem Patres amplissimi cur nullam feceritis mẽtionem. Miror aũt uehementer ꝙ uos lateat, ipsam Romanam Ecclesiam ortę iam plurimę in orientali ecclesia hęresi, tum litteris & legatis, tum cęteris oportunis remediis quibus potuit, se prouide ac diligenter opposuisse: ipsiq; ecclesię auxilio semper fuisse. Nõne nicęno concilio siluester ille Pontifex summus interfuit? Num

An.

cęteris in conciliis generalibus, pontificibus summis absentibus, eorum legati defuerunt? Si ergo Constantinopolitani Imperatores pari studio mutuisq; officiis Romano Pontifici quãdoq; fuerant auxilio, mirari profecto deberet nemo. Credo equidẽ Patres amplissimi exploratum uobis esse summos omnes Pontifices orta tali cõtrouersia ac discordia pacem semper desiderasse, eiq; uehementer incubuisse. Imperatores etiam ipsos ac cęteros oriẽtales Principes: ut pacem componerent, ac ipsis ut par esset, obedirent, rogare & obsecrare non defuisse. Rogo autem uos me patiamini quandoq; liberius loqui, etiã si quicq̃ protulero, quod uestras offenderit aures. nam si ut asseritis uerum esset, nos a uestra pace discessisse: qñ eam a nobis repetistis? Quando legatos ad renouandam ipsam ad nos misistis? Sed uenio ad tertiam simul & quartam partem: Meridiana profecto luce clarius est id, quod uos nequaq̃ inficiari potestis, Romanam ecclesiam concordiam ualde desiderare. Nonne summus hic Pontifex pro pace conficienda multam pecuniam erogauit? Nonne legatos ad uos hac de causa sępe numero misit? Si quidem igitur amicitiam nostram, quam modo uelle uidemini, antea quoq; uoluissetis, eam proculdubio ut nunc facile habuissetis. Quid? nonne Gregorius summus Pontifex ad celebrandum Lugdunense concilium nuntios ad Constantinum Imperatorem atq; alios orientales Principes miserat? quando etiam rem ipsam concordi pace composuit? Non igitur Romanam Ecclesiam pacis recusandę incusare uestro iure potestis: cũ ab ipsa pax semper summa religione sit culta, quę imposterũ etiam eius pro dignitate seruabitur: sed de his hactenus. Ad extremam autem orationis uestrę partem respondeo, non inconueniens fore si maiorum nostrorum decreta grece latineq; recitabũtur. Et si non inscius sum ad quęstionem nostram ea neutiq̃ attinere: Cum diuino Euangelio supremum obtinenti locum ac dignitatem in primis nobis sit innitendũ, in medium igitur afferatis quicquid uobis uidebitur, quod quidem ipsi libenter ac attente audiemus: sperantes ex eo facile fieri posse, ut etiam uos responsionem nostram benigne auscultetis.

Mar. ¶ Tametsi uerum est Pater Reuerende Romanam Ecclesiam oriẽtali semper heresi obstitisse, temporibusq; perturbatis fidei nostrę auxilio magno fuisse: id tamen ad argumenta nostra soluenda minime pertinere uidetur. Nam ante huiuscemodi schisma, & dissidium nostrum, mutuam inter nos beneuolẽtiam pacemq; summã

fuisse constat. Orto autem schismate: proh dolor, & si Romani Pontifices ad orientalem Ecclesiam litteras sępissime scripserint, legatos & nuncios miserint, ipsam exhortantes ut a Romana Ecclesia non dissideret: id tamen non sublata schismatis causa, ut de ualetudinum causis superius dictum est: haud quaq̃ fieri potuit. Cuius quidem schismatis causam, accessionē symboli fuisse diximus. neq; igitur amicitia, quę ante hoc nostrum dissidium inter nos mutua fuerat, neq; ea uestra in nos beneuolentia, talis discordię causa permanente: cuius uos ueri autores fuistis, memoria repetenda est, quod nulla eius ratio haberi debere uidet. Verũ nobis redeat tẽpus illud, in quo coniuncti fueramus: quod quidem nullo pacto bene fieri poterit, nisi prius eiusdem dissidii causam radicitus euellatis. definitiones autem & decreta aliarum omnium synodorum recitanda nobis uidentur, ut hęc nostra synodus non solum ab illis non discrepare, uerum etiam ipsas in omnibus imitari uelle uideatur. quoniam nos firmiter credimus maiores nostros nil prorsus silentio prętcriisse, quod ad nostrum fidei symbolũ spectet, additionemq; uestram neutiquam ipsi symbolo defuisse, ac idem nulla prorsus castigatione indiguisse, ob idq; Patres ipsos omnibus pręcepisse, ne cui symbolum aliud suscipere, uel ei quippiam addere, aut quicquam ab ipso auferre liceret: non ignorantes se quod opus esset sanxisse. Additio igitur uestra schismatis causa fuisse uidetur.

¶ Oratio tua Reuerende Pater ex quatuor partibus constare uidetur: In prima dixisti meam orationem fuisse ueram, haud quaq̃ tamen ad rem attinentem: summosq; Pontifices uehementer incubuisse, ut pax inter nos reconciliaretur: schismatis tamen causam tollere noluisse. In secunda uero parte probare conatus es fieri facile posse, ut cognita uel ablata ipsius schismatis ratione, pax summa statim consequeretur. Nam in tertia uoluisti ut generalium cõciliorum decreta in primis recitarentur: ut illa sectari imitariq; uelle uideamur. In extrema deniq; protulisti nil ab ipsis conciliis omissum fuisse: ita ut aliqua sit opus additione. An.

¶ Non equidem protuli Pater Reuerende fieri facile posse, ut si uestrũ dogma uerum esse cognosceretur: Ecclesię statim coniungerētur: sed si additio ipsa tolleretur, pax illico summa fieret. nãq; tametsi forte contigerit ut tale dogma uerum esse declaretur, id tamen nullo pacto suscipere poterimus: cum a maioribus nostris nulla nobis facultas relicta fuerit, ut sacro symbolo qcq̃ apponere Mar.

uel ab ipso adimere ualeamus. Quia quidem in re tota nostra controuersia consistit, ac in ea se uertit cardo.

An. ¶ Constat patres amplissimi summos Pōtifices additiōis huius rōnē quā schismatis dissidiiq; nostri cām appellatis, tunc etiā litteris mandasse, cū ad pacē & cōcordiā uestram repetēdā legatos ad uos misērāt; siqdē igit orietalis ecclia in primisq; quatuor patriarchę, quos etiā summā Pontificiā facultatē habere creditis, Romanā ecclesiā in hoc dogmate errasse, ac talē additionē sine ulla rōne facultateq; fecisse, summo studio uoluerāt ostēdere, aut iam satis ostēderāt: cur obsecro nostra huiuscemodi lis adhuc sub iudice est? An q̄ nil cōtra nos ꝓbare potuerint? Id equidē uobis cōcedo fieri potuisse, ut tot Cōstātini Imperatores, tot Patriarchę, tot alii prudētissimi uiri ipsam eādē additionē haud recte factā fuisse crediderint: quia tamē id nunq̄ nobis ostendere potuerunt, iccirco deleta minime fuit. Itaq; Romanā ecclesiā immerito accusatis. porro aūt q̄m ab illorū cōciliorū definitionibus & decretis nos creditis prohiberi, quominus quicq̄ agere ualeamus: iccirco pluribus ac firmis argumētis ostēdere uobis intēdimus, quodcūq; sequēs gn̄ale cōciliū fuerit, eiusdē fore dignitatis ac autoritatis, qua cętera alia cōcilia gn̄alia prędita fuerant, ad ea uidelicet facięda, quę ad ecclesiā spectēt. Sed uelim nobis rn̄deatis, si talis additio uera est, cur nō iure fieri debuisset? aut qd obstet quominus id qd uerū esse cōstaret symbolo apponi deberet?

Mar. ¶ Id ipsum obstat Patres amplissimi, qd nefas est: nā multa quoq; alia bona & uera uidentur esse, quę tn̄ nostrę religionis symbolo nequaq̄ nobis addere licet. cuius rei ex eo possumus facere coniecturam, q̄ maiores nostri non omne quod necessariū fuerat eidē symbolo addiderunt; sed pro exigua tēporis oportunitate hactenus.

An. ¶ Quoniā mihi uideor pr̄es amplissimi attēte auscultari, ideo hęc duo uobis q̄ breuissime ꝓbare recipio. primū nullā esse factā a nobis additionē: deinde licet facta sit, eā fieri necessario debuisse, uerū negociū hoc in sessionē sequētē differat. tn̄ synodus sancta decreuit, ut die proximo quarta sessio fieret, quo decreto sessio dimissa fuit.

¶ Die Mercurii. xv. mensis Octobris Sessio quarta Ferrarię.

An. SI beatissimo Patri nostro, ac serenissimo Imperatori, necnon sanctissimo Patriarchę placuerit, quę sessione proxima uolebam ostendere, ea nunc libēter aggrediar.

¶ Nos qui prius dicere cępimus Pater Reuerende prosequi quoq; debemus. Mar.

¶ Miror equidem uehementer Pater Reuerende cur talia uerba proferas, cum sessione superiore nobis attente audientibus de ad/ditione ipsa longam orationem habueris. An.

¶ Dixi eqdē maiorꝝ nostrorꝝ decreta in primis esse recitanda, qđ cū sessiōe supiore fieri ꝯmode nō potuerit, nūc ideo pagēdū putamus. Mar.

¶ Nō ignoratis patres amplissimi quęstionē a uobis esse ꝓpositā sa/tisq; dictū, ac deniq; petitū, ut ipsi rñderemus: qđ quidē ob tēporis angustiā in hāc sessionē fuit dilatū. Nō igit̃ mirari desinimus, cur id nūc fieri nō pmittatis. nō.n.a definitiōibus patrū recitādis rē aggre di debemus. Tū Bessarion Nicęnus Archieps ꝓ gręcis ita respōdit. An.

¶ Verū an falsum quippiā dicatur prȩstātissimi Patres nō ab audiē te, uerū ab eo q profert ipsum, pręcipue depēdet: nā priusq̃ aliqđ dicatur, id uerū ne sit an falsum diiudicandū nō est. Oportet igitur ut prius quisq; quicquid uoluerit in medium proferat, deinde uero audientes orationē esse probandam, aut penitus refellendam decer nant. Necessariū ergo nobis uidetur, ut ea primi proferamus, quę ad rē nostrā spectare credimus: quibus deinde intellectis ipsi respō deatis. Latet aūt me cur nobis rē prius aggredi nō cōcedatis: sed mi rabundi tot cōtra nos argumētis utamini, cum ipsi benignitate Dei nullam uobis dederimus ansam, quare merito mirari possetis: uos tamē uoce nō aūt animo mirari putamus. At ipsi cōtra, quippe qui quis de uobis nñq; magnā capiamus admirationē: tacemus tamen. porro aūt hęc disputandi ratio, qua utimini q̃ longa fiat oratione, neutiq̃ nobis placet: hac namq; uia nūq̃ ad cōclusionem aliquam perueniemus. Operępręcium igitur est, nos nō perpetua & proli/xa oratione, sed dialectice cōgredi, breuibus quęrēdo, breuibusq; re spōdēdo, cumq; fuerit opus breuius uicissim cōtradicēdo: sic.n.agē do finē facilius assequemur. Porro aūt qm̄ nostrū est quęstionē uo/bis proponere ac simul argumētari: propterea cū id ipsi fecerimus, tūc iure uestro respōdebitis: nāq; si nōdū nostras rationes audiuistis, quo nā obsecro pacto ad eas bene poteritis respondere? Tum Iulia nus sanctę sabinę Cardinalis pro Romana Ecclesia ita respondit. Bes.

¶ Reuerēdi nicęni Pręsulis oratio Patres Amplissimi mihi mirum inmodū placet, ut breuibus disserat, et quāuis ꝓposita quęstiōe ip/sius quoq; ratio explicet, ac declaret, & ei cōclusioni acqęscamus, quę pluribus placuerit, quāq; maior pars nostrū ꝓbarit. nāq; si no/ Iul.

bis ipsis cōstare, ac in eadē sñia permanere nolimus, nil boni prorsus egerimus. Siquidē igitur pater Ephesius ꝓposuerat Romanā ecclesiā cām schismatis fuisse, ac questionē ipsam, de qua sumus dicturi patefecerat, & colossensem antistitē ꝓuocauerat, ut tūc uel sessione sequēti rñderet: couenies mihi uidetur esse, ut Colossensis ipse respondeat, deinde cuiuis concedi ad proferendū qcquid libuerit.

Bes. ¶ Ita profecto sentimus ac uolumus patres amplissimi: ut attente uos audiamus, postea tñ q̄ rōnes nostras in mediū ꝓtulerimus, ut pater Ephesius dixisse uidet: quippe q nobis ꝓmisit se tū aut sequēti sessiōe habiturū orationē, ac deinde uos rñdētes benigne auditurū.

An. ¶ Quoniā patres amplissimi ad ea quę nuper dixistis, quę quidem mihi tria fuisse uisa sunt, accurate non poteram respondere, iccirco rogo uos mihi concedatis, ut de eisdem nunc agam. Tum Isidorus Presul Ruthenus pro grecis dixit ita.

Rut. ¶ Equidem expediam q̄ breuissime, ꝙ ueritas ipsa paucis facilius illustratur. nobis ut primi dicamus patres amplissimi concessistis. nos autem hanc proposuimus quęstionem, nullam additionē symbolo fieri debuisse: nobis ergo permittite conclusionem eiusmodi demonstrare, deinde uero respōdebitis, q̄nquidē de proęmiis satis.

An. ¶ Orationi uestrę patres amplissimi, quā tribus in partibus distributā fuisse superius ꝓtuli, uelim respōdere: ac in primis aristotelica autoritate ꝓbare quęstionis, quia est: sic.n. dialectici eā solēt appellare: quā quidē sessione ꝓxima ꝓposuistis, uos cām ac rationē simul reddidisse: namq̧ dixistis additionē illā schismatis causam fuisse, ac Romanā Ecclesiā rei huiusce causa multos legatos ad orientalem Ecclesiā misisse: fieri aūt nō potuisse, ut manēte ipsius schismatis cā, pax fieret, hęc profecto mihi uidet orationis uestrę summa fuisse. Ego aūt (pace uestra dixerim) nō solū ex nouo ueteriq̧ testamēto, uerūetiā maioꝝ nostroꝝ decretis, ac firmis argumētis, uobis ꝓmitto probare clarissime, Romanā Ecclesiā nullā ad symbolū accessionē fecisse, quę ei licere nō uideret. sed quā uos additionē uocatis, eā explanationē, dilucidationēq̧ quandā esse, ipsamq̧ ab eadē Romana ecclesia iure fieri potuisse, ac deniq̧ Romanam ipsam ecclesiam nō minus addere quędam, q̄ obscura illustrare, clarioraq̧ reddere summam facultatem habere.

Bes. ¶ An licet Pater reuerende quauis in controuersia confirmationibus uti.

An. ¶ Quid ni?

¶ Si quidem igitur nobis concessistis, ut rationibus nostris utere/ Bes.
remur, nos autem nullam adhuc earum tetigimus, cur obsecro
non permittitis, ut ipsas nunc afferamus? an uultis ut nostram
causam absq; confirmatione relinquamus?

¶ Dixi equidem a beatissimo patre nostro amplissimisq; Patri/ An.
bus istis concessum uobis fuisse, ut quicquid libuerit proferatis,
nostra prius audita responsione, quam a nobis sessione proxima
contendistis, ad ea, quę tunc in medium protulistis.

¶ Nequaq̃ debetis asserere, simpliciter uobis concessum fuisse, Bes.
ut nobis responderetis: cum certa conditione id uobis fuerit da/
tum, posteaq̃ uidelicet ea nos attulerimus, quę nobis uiderentur
ad nostrum negotium pertinere. quandoquidem ipsi firmiter cre/
dimus, nil addere symbolo licere, sanctorum patrum autoritati/
bus innitentes, quippe qui non modo nouas sententias, uerum/
etiã dictiones, aut alia uerba symbolo addere prohibuerant. quod
cũ alia ratione demonstrare non ualeamus, nisi eorũdem sanctorũ
Patrum decretis. iccirco necesse nobis uidetur ab eisdem decretis
exordiri, quibus deinde recitatis uobis erit respondendi facultas.

¶ Eadem ipsa Patres Amplissimi sępissime repetistis, ad proban/. An.
dum autem falsam esse uestram conclusionem, haud sane magnũ
negotium est, q̃ tria nobis incommoda ex ea cõsequerẽtur: q̃ oẽs
hoíes rei essent culpęq; obnoxii, ac ipsimet sancti Patres anathema
te essent diuincti, q̃q; q̃ maximũ incõmodũ nostra religio patere/
tur, si nulla declarandi facultas ecclię derelicta fuisset. Tũ q̃dã Ma
gister Ioãnes Prouincialis ꝓ Romana ecclia sermonẽ hũc habuit.

¶ Magno affecti desiderio summoq; studio Patres Amplissimi huc Io.
frequentes cõuenimus, ut Dei benignitate cõtrouersia nostra tol/
latur. eodẽ igitur animo, ac amice rẽ istã nos tractare oportet. nam
in cãticoꝶ cãticis scriptũ est: Pacem sponsam Christi uerã esse. no/
bis itaq; cõuenit ut mutua beneuolẽtia agamus, ac nostris in actioni
bus optimum ordinem seruemus. Ordo.n. apud doctorem Augu/
stinum est pariũ di spariũ rerum sua cuiq; tribuẽs dispositio. quãdo/
quidem igit̃ orationẽ uos habuistis, reliquũ est ut respõsionem no/
stram audiatis. Vos.n. non ignorare putamus: duo gñ̃a quęstionum
apud Aristotelem esse, Alterum quidem simplex, alterum uero
quod a dialecticis ꝓpter quid solet appellari. quo sane gñ̃e si q̃spiã
quicq̃ quęsierit, eiusdem etiam quęstionis causam reddere simul
tenet̃, deinde respõsionẽ auscultare. Sin aũt simplici illo quęsierit

sane nulla reddita ratione responsionem statim debet audire. Cum igitur uos illo modo simplici usi fueritis, iure nunc nostro uobis respondere debemus.

Bes. ¶ De amicitia reuerende Pater eleganter disseruisti, ꝙ nostris in disputationibus sit semper seruanda, quod cum omnes idem sentiamus ac uelimus, & de hoc satis multa dixerimus, de tam clara re non amplius dicere debemus. Ordo quoq; nobis seruandus est, sed de his satis. ꝙ autem de duobus quęstionum generibus mentionē fecisti: equidē tibi respōdeo, ꝙ si quęstio nostra simplex fuisset proposita, proculdubio uobis nunc dicere conueniret. uerum quoniā altero interrogandi genere usi sumus, quęrentes cur quod fieri non liceret, cōmiseritis, ipsius iccirco non licere, rationem & causam nos prius afferre ostendereq; debemus, q̄ respōsionē uestrā auscultemus, qui quidem ordo conueniens esse uidetur.

Iul. ¶ Beatissimi patris nostri, ac horum omnium patrum iussu, Imperator serenissime, uobis dico nos iam credidisse fore ut pręsuli colossensi, qui modo paratus ad causam additionis reddendam uenit, copiā dicendi concederetis, ut uos ipse uehemēter rogauit. Quoniam autem precibus eius non acquiescitis, ac plurimum conuenit, ut summa pace sessionem soluamus, quemadmodum etiam huc cōuenimus, iccirco summus Pontifex iubet, ut hic nil amplius hodie fiat, uerum ad disputandum electi priuatim agant.

Imp. ¶ Surgamus ergo si lubet, ac accurate dispiciamus, an sit honestum, paciq; nostrę congruum ut priuatim disputemus. dimissa igitur sessione Patriarchę domum frequentes conuenimus, ibiq; post multas inter latinos ac gręcos disceptationes, a gręcis decretum fuit, ut nil amplius ageretur, nisi prius sanctorum patrum decreta, diuinumq; symbolum recitaretur. quę quidē sententia latinis ipsam comprobantibus uicit. sequenti autem sessione, quicquid gręci uoluerant, græce fuit recitatum interprete Nicolao secundino Cretēsi in utraq; lingua eruditissimo, quę omnia duo scribe gręci totidemq; latini pręsentes litteris mandabant.

¶ Die Iouis. xvi. Octobris Quinta sessio Ferrarię.

Mar. Quod ipsi concupiuimus Pater beatissime, id tu pro tua summa humanitate nobis concessisti, ut sanctarum œcumenicarum synodorum definitiones & decreta in mediū afferentur, tum ut earum ordinē imitemur. Singula.n,

concilia maiorum suorum acta recitare solebant, ipsaq; catholicę fidei fundamenta ponebant. tum ut Patrum illorum sensus, ac eorundem mutuus cōsensus & conuenientia, ergaq; suorum maiorum religionem pietas ac obseruantia nobis pateflat. tum deniq; ut eorumdem ipsorum patrum sanctorum ad Deum preces nobis in hoc nr̃o mũere auxilio sint. libri igit̃ hi si uobis placet, legant̃.

¶ Sanctissimi Patris nostri ac horum amplissimorum patrum iussu Patres Amplissimi uobis honestum esse pronuntio, ut hesternus noster consensus seruari firmiter debeat. uobis.n. cōcessum est, ut hęc decreta legantur, & si Colossensis Pręsul ad respōdendum Ephesio sessione proxima paratus accesserit, ut lubet igitur faciatis, hac tamen conditione, ut non uideantur posthac decreta talia requirentibus ac contendentibus nobis, recitata fuisse. Iul.

¶ Eam tm̃ decretorũ partẽ Amplissimi Patres intẽdimus recitare, quę nobis uideatur ad nostrũ negotiũ spectare. Porro autẽ qm̃ de diuinis primi ac alterius cōcilii dogmatibus nil aliud reperitur, nisi duę tantum nostrę fidei expositiones, hoc est duo symbola, quę tñ pro uno a cæteris conciliis suscepta fuerant: iccirco a recitandis tertii concilii gestis auspicandum nobis censemus: a quo quidem diuinum illud nicęnum symbolum fuerat illustratum, ac in libro gestorum eius nonnulla secundi cōcilii decreta scripta sunt. quod profecto concilium tertium ut ipsum symbolum immutabile perpetuo permaneret decreuerat. Vos ergo rogamus tot ac tantorũ patrum sanctorum uoces, nostrasq; rationes & argumenta, quę sumus in mediũ allaturi, benigne ac attẽte audiatis. Quãdoquidem uobis probare promittimus Christianorũ omniũ unã esse catholicã fidẽ. ad quã, accessionẽ aliquã fieri, aut quicq̃ ab ea nõ liceat auferri. In primis ergo nicęnũ symbolũ a trecẽtis decẽ & octo patribus nicęę celebratũ recitetur. Credimus in unũ Deũ oĩpotentẽ, uisibiliũ omniũ, & inuisibiliũ factorẽ, & in unũ dñm Iesum Christũ filiũ Dei unigenitũ, ex Patre, id est, ex substãtia Patris natũ. Deũ de deo, lumẽ de lumine, Deũ uerũ de deo uero, genitũ nõ factũ, cõsubstantialẽ Patri, per quem oĩa facta sunt, quę in cœlo, quęq; in terra. qui propter nos hoĩes, & propter nostrã salutẽ descendit, & incarnatus & homo factus, ac passus est, & resurrexit tertia die, & ascẽdit in cœlos, & ad dexterã Patris sedet, et uenturus est iudicare uiuos & mortuos: et in sanctum spiritũ. Proferẽtes aũt filiũ dei, aliqñ, & anteaq̃ nasceret̃ non fuisse, & ex nihilo factũ, aut ex alia hypostasi uel sub/ Mar.

Nicęnum symb.

stātia, aut mutabilē uel alterabilē esse, sancta Dei catholica, & apostolica ecclesia anathematizat. Quo quidē symbolo Patres Amplissimi in tertio cōcilio recitato, Nestorianorū etiā hereticū symbolū perlectū, & improbatū fuisse cōstat, legat etiā eiusdē cōcilii definitio, ut idē nicenū symbolū immutabile ac immobile pmaneret, nemini fas esset aliā fidē impostez proferre. His igit lectis, synodus sancta determinat, & definit, ut fidē aliā ab ea, quā sancti patres in niceno cōcilio, sancto spiritu cōgregati sanxerāt, proferre, aut cōscribere aut cōponere liceat nemini. Qui uero ausi fuerint aliā fidem cōponere, aut eos docere, qui ad ueritatis uiā, uel a Iudeis aut hereticis aut gētilibus uenerint, ii si clerici fuerint, priuent. si uero laici, anathematizent. Hic duo nobis Amplissimi Patres in dubium sunt uocāda: cur tertiū cōciliū inhibuerit, ut symbolū nicenū neutiq mutari deberet: duo uero priora concilia nullā pro se ipsis inhibitionē decreuerint? Nō. n. memorie pditū est, aut nicenū pro suo, aut Cōstātinopolitanū cōciliū pro niceno suo ue symbolo interdixisse: Et cur tertiū idē cōciliū, nulla de secūdo symbolo mētione facta, primi tn̄ meminerit, ac pro eo sanxierit? Ad primā quidē ambiguitatē ex ipsius rei natura sumētes argumētum respōdemus. q alienū esset a rōne ac nimis arrogās & ineptū, si duo illa prima cōcilia suis pro symbolis ita terminassent, ac posterioribus suis interdixissent, ut eisdē symbolis quicq addere, aut ab ipsis nemo auferre posset. Tertiū aūt cōciliū, cuius profecto autores prioz conciliorū patribus neq numero pauciores, neq dignitate aut uirtute fuerant inferiores, cōueniēter fecisse credit, maioz suoz symbola ita probasse ac obsignasse, ut semper immutabilia pmanerēt, ab euāgelio sancto apostolorumq autoritate, ab uniuerso deniq testamēto capiēs exēplū, quo plane nemini fuerat interdictū, quo minus quisq syllabā aliquā addere, aut auferre posset: posteriores tn̄ strictissime prohibuerāt, ut nulli Christiano id liceret cōmittere: ut pote quoluissent, ut honor maximus sanctis apostolis a cūctis mortablius haberet: eiusdē igit tertii cōcilii autoritate posteriores adducti primis illis duobus symbolis parē honorem (ut paulo infra probabimus) cōmuni sentētia tribuerūt: ita ut ambo ipsa symbola p uno accepta semper immutabilia permanerent. Item alia ratione eandem ipsam questionem dissoluere possumus, ab eius accidentibus argumentū sumentes. Inter namq primum concilium, a quo diuinum illud nicenum symbolum fuerat editum, ac secundum, non parum

Tertium Concil.

sane temporis intercesserat. In quo quidẽ temporis interuallo fere triginta alia symbola a particularibus & priuatis cõciliis prodita fuere. quę tametsi non ab illo primo differrent, quia tamen uerbum consubstantialem auferebant, ob idq; Christicolarum plurimos ad hęsitandum de fide cogebant, icirco secundum concilium œcumenica prędītum dignitate, proptereaq; particularibus illis conciliis longe excellentius ac ualidius, diuinam contra sancti Spiritus inimicos rationem, accuratius explicauit & illustrauit. & ad euertendum hęreticum Apolinarii dogma uerbo huic incarnatus, illud ex Spiritu sancto & Maria Virgine, addidit. haud tamen posterioribus interdixit, quominus Christianum dogma dilucidius explanarent, uolens ut eadem ipsa declarandi facultas in Dei Ecclesia perpetuo permaneret. quam quidem oportunitatem Nestoriani hęretici nacti, diuinum illud nicęnum symbolum transformarũt, & ei diuersa impiaq; dogmata addiderunt, ac suum hęreticum symbolum ediderunt. quod ueluti ueram eximiamq; doctrinam hi, qui ad baptisma ueniebant, ediscerent. quo quidem multos post annos in tertio concilio recitato decretum fuit, ut in futurum mutandi niceni symboli facultatem haberet nemo, ut pote quod a Constantinopolitano symbolo nequaq̃ in aliquo discreparet: quando quidem hoc in illo potentia uidebatur inclusum. Ita ut ambo pro uno (ut prædictum est) haberentur. quam ergo idem tertium cõcilium addendi auferendiq; potestatem haberet, eam omnem sibi & posterioribus abstulit: ut re ipsa statim id declarauit. Nam uerbum θεοτόκον, hoc est deiparam, uel Dei genitricem, quod tunc aduersus nestorianam heresim esse demonstrauit, nicęno symbolo noluit addere: quamuis ad dogma de seruatoris nostri incarnatione q̃ maxime necessarium fuisset. Nunc uenio ad alteram questionem. Multis profecto fortissimis constat argumentis, duo illa priora symbola ab omnibus conciliis generalibus pro uno suscepta fuisse: pręsertim a tertio, ut pote quod prius cęteris conciliis utrumq; uidit atq; probauit. Et quamuis toto orbe terrarum simul ambo celebrarentur: de primo tamen symbolo tertium cęteraq; concilia mentionem facere: cum pro ipsius primi concilii autoritate & existimatione, q; maiore patrum numero celebratum fuerat, q; q; ueluti cęterorum conciliorum fundamentum haberetur: tum etiam q; eodem ipso nicęno symbolo Christianorum plures, quiq; denuo baptizabantur, frequentius uterentur: tum deniq; q; alterum (ut

ſępenumero dictum eſt) a primo poteſtate continebatur. Pręterea ut boni oratores ſolēt in foro rebus uſitatis magis inniti, ita etiā concilium tertium, quo ſymbolo magis homines uti uidebat, pro eo tantum decreuit atq; prohibuit; cum pręſertim ſecundum ſymbolū expoſitio primi, non autem ipſius aliqua mutatio fuerit. Scio equidem uos non ignorare pręſtantiſſimi patres, in hoc de tertio concilio libro multas beati Cyrilli litteras ſcriptas eſſe. quippe qui cœleſtini ſanctiſſimi ſummi Pontificis eidē concilio legatus ac uicarius pręfuit. pars igitur tantum litterarum earum, quas ad Ioannē Antiochenum pręſulē ſcripſit, quarum inſcriptio eſt pro unione, quęq; incipiunt ita. Gaudeant Angeli, ſi lubet recitetur. Nequaq̄ inquit tollerabimus, ut definita pręſcriptaq; fides, aut nicęnū ſymbolum ab aliquo immutetur: nullam nobis uel aliis mortalibus facultatem concedentes, ut aliquam eius dictionem mutare, aut unā ſyllabam pręterire ualeant. huius.n. ſentētię recordamur, Ne trāſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerūt Patres tui: ut pote qui non ex ſe ſe, uerum Dei Patris ſpiritu afflati loquerentur, qui ex eo procedit, non autem alienus a filio ſecundum ſubſtantię rationē exiſtit, & reliqua. ſancti Cyrilli ſententiam Ampliſſimi Patres intellexiſtis ſibi ſimul, cęteriſq; mortalibus inhibētis, ut ne litteram quidem diuino ſymbolo poſſent addere. quę deinde ſancti Cyrilli litterę poſt illud diuinum ſymbolum a generali quarto concilio pro noſtrę fidei fundamento ſuſceptę fuere. ad cuius concilii definitionem nunc uenimus, qua quidem utrumq; ſymbolum explanatū, ac pro uno fuerat habitū: inhibēdo ſimul ut nemini fas eſſet ipſum immutare. quę ſi lubet, definitio recitetur. Sancta generalis ſynodus benignitate Dei, ac religioſiſſimoꝝ optimorūq; Chriſticolaꝝ Valentiani, ac Marciani Imperatoꝝ Auguſtorum auſpiciis in Calcedoneñ. metropoli bithinieñ. Diocceſis, in ſanctę ac tryumphantis martyris Euphemię baſilica celebrata ita decernit. Dominus & deus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuorum diſcipulorum fidem in ſe confirmandam, dixit eis, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: ut nemo Chriſtianorum a reliquis Chriſtifidelibus piis in dogmatibus differret: ſed omnes unam eamdemq; ueritatem ſentirent. Quoniam autem calidiſſimus hoſtis in ueris optimiſq; ſermonibus zizania ſemper ſeminat, ac noui ſemper aliquid in ueritatem molitur, iccirco idē Chriſtus Dominus noſter pro ſua erga genus humanū benignitate prouidit: ut ii piiſſimi Imperatores,

Cyrillus.

Quartum Concilium.

ecclesiarum undiq; rectores conuocarent: ut ipso Christo coadiuuante omnem erroris, ignorationisq; notam ab eius ouili depellerent, ac ueritatis germinibus grex eiusdē pinguesceret. quod ecce iam communi omnium sententia confectum esse uidetur. falsa namq; dogmata sunt expulsa: et firma ualidaq; maiorum nostrum religio, nobis diuinum illud trecentorum illorum decem & octo patrum symbolum prędicantibus, ac centum quinquaginta patres alios, qui Constantinopolitano concilio symbolum idem susceperant, summa laude extollentibus, resplendet. Quapropter Ephesini sancti concilii sequentes uestigia, cui Celestini sanctissimi Romanorum Pontificis tempore, Cyrillus Alexandrinus, & Ioannes Antiochenus antistites pręerant, necnon fidei nostrę normam, & canones diligentissime obseruantes, definimus ac terminamus, uerę ac immaculatę nostrę fidei expositionem, hoc est diuinum illud nicęnum symbolum magni Constantini Imperatoris tempore celebratum, semper debere splendescere: ac eorumdem centum, & quinquaginta patrum decreta, firma & ualida esse. quippe qui ad hęresim euertendam, nostram autem catholicam atq; apostolicam fidem confirmandam, secundum consilium Constantinopoli celebrarunt. Quartū etiam generale conciliū Patres optimi utrumq; symbolum pro uno solo susceperat: id non ignorans ad perfectissimam ueritatis intelligentiam singulum per se satisfacere. rei autē perfectissimę nil prorsus deesse creditur. Sed reliquū eiusdē definitionis legatur. igitur ad ueram inquit nostrę religionis notionem, symbolum hoc salutiferum, ac diuinę sapientię gratięq; plenum, perfectissimum esse decernimus: q patris & filii ac sancti Spiritus perfectionem nos edocet, & incarnationem Dñi Christi fidelibus patefacit. et infra, ut hęc ergo diligentissime accuratissimeq; cōcludamus ac obsignemus, iccirco sancta generalis synodus definit atq; determinat: ut aliam fidem conscribere, aut componere, aut sentire, aut docere, liceat nemini. qui uero quippiā tale commiserint, aut aliud cōmētū symbolū ex gentilibus, uel Iudeis, aut hęreticis ad nostram religionem uenientibus, tradere fuerint ausi, si clerici, priuentur: laici uero, anathemate notent. Sed de quarto concilio hactenus: De quinto autem generali concilio particula sermonis Ioannis Constantinopolitani pręsulis imprimis recitetur. Propterea inquit ut nostrę fidei fundamentum iuxta sanctorū patrum decreta, sacrorumq; canonum normam, dñi ac seruatoris

Quintum Concil.

nostra benignitate firmissimum maneat, summo studio incubui/mus? Quid. n. ab eo pie poterit tolli, spe ducti ea ratione eccle/sias inter se dissidentes facile coniungi posse. Ita ut Christi fideles ab ineptis uerbis abstineant, mentem autem suam diuino symbolo, quo baptizati sumus adhibeant. quod quidem nicena synodus san cti Spiritus gratia memorie prodidit, Constantinopolitana uero suscepit, Ephesina probauit, Chalcedonen. denique obsignauit. quam sane nostram piam religionem quis unq̃ ratione aliqua po/terit euertere? que male credentiũ excusationẽ aufert. hanc igitur firmã & ualidam complectẽtes religionem, omni uanitate atque ma litia uacui, ne dubitemus sanctam consubstantialem trinitatem si/mul extollere, ac ipsam ita celebrare. Credimus in unum Deum patrem omnipotentẽ factorem coeli & terre, & cetera. Qui qui/dem Patres totum symbolum celebrarunt, quemadmodum eccle sia in presentia utitur. legatur etiam pars hec litterarũ Vigilii Ro/mani Pontificis, quas ad Eutichium Constantinopolitanum presu/lem scripserat. iccirco unioni studentes, uestre inquit apostolice sancte sedi significamus notumque facimus, nos nostram fidem sem per tenuisse tenereque: quam cum a Deo optimo maximo seruato/re que nostro Iesu Christo sancti eius Apostoli accepissent, eam uni/uerso mundo predicarunt, ac ipsam deinde maiores nostri prese/tim ii qui quatuor generalia concilia celebrauerant, illustrarunt. que qdẽ oĩa cunctis in rebus ipsi quoque complectimur. Nicenum a centum decem & octo patribus celebratum: qui sanctum symbo/lum, quod nostre religionis doctrina creditur esse, primi expo/suerant: ac Arii Arianorumque insaniam anathematizauerant. nec/non Constantinopolitanum concilium comprobamus, quod eã/dem ipsam doctrinam dilucidauerat, ac diuinam sancti Spiritus ra tionem illuminauerat: et macedonii contra sancti Spiritus here/sim, ac Apollinanũ impium, eorumque sectam damnauerat. Ephe sinum preterea suscipimus, quod quidem maiores suos secutum, Impium Nestorium, eiusque scelestissima dogmata, & sectam impro/bauerat. Quartum denique concilium a sexcentis & triginta sanctis simis patribus celebratum, laudibus summis extollimus. quod suscepto niceno symbolo definiuerat, ut qui aliud symbolum do/cuissent, aut exposuissent, aut ecclesiis sanctis tradidissent, anathe mati subiacerent. Nunc obsecro Patres amplissimi Sexti generalis concilii decretum attente, ut huc usque fecistis, audiatis. Sacrum

Vigi/lius.

Sextũ cõcil.

generale, ac illustre concilium, Dei gratia & religiosissimi constan/tini Imperatoris auspiciis in hac a Deo seruata, & terrarum omniũ Imperatrice, regiaq; ciuitate Constãtinopolitana, nouaq; Roma, in sacri palatii conclaui, trulus uulgo nuncupato, celebratum, ita decernit. Dei patris unigenitus, & uerbum, quod nostri similis, si/ne tamẽ peccato factus est homo, Christus uerus Deus noster, euã/gelica uoce palam ita locutus est. Ego sum lux mundi, qui sequi/tur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitę. Item pa/cem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: qua quidẽ di/uina uoce ac doctrina, mitissimus Imperator adductus, ut pote qui se uerę nostrę fidei ducem, nedum impietatis inimicum acerrimum esse profitetur, hoc sacrum generale concilium conuocauit, ac ecclesias huc conuenire iussit. quod quidem concilium in effugan/dis impietatis tenebris, non multo ante obortis, sanctis uero patri/bus recta consectandis, omnia exacta concilia imitatur: Nicenum uidelicet in Arium mentis inopem celebratum, & Constantino/politanum, quod macedonem sancti Spiritus hostem, & Apolina/rium impium damnauit. necnon Ephesinum contra Nestorium, qui cum Iudeis sentiret conuocatum. et Chalcedoneñ. quod Eu/tichium, ac Dioscorum homines maxima Dei ira affectos dãnauit. quintum deniq; in hac ipsa regia ciuitate celebratum: quod Theo/dorum Mopsuestiensem, origenem, Didymum, Euagrium, & quędam Theodoriti opuscula contra decem sancti Cyrilli capita, necnon in Epistolam iuam inscriptam, quam is Cyrillus ad marim Persen scripserat, condẽnauit: hoc igitur concilium cęteris in/nitens, diuina omnia dogmata renouat; & impias opiniones refel/lit. Nicenum autem symbolum libenti animo suscipit, approbat, obsignat, quemadmodum ab ipsis quoq; conciliis ad omnem hęre/sim Christianorum animas inquinantem, euertendam, susceptũ probatumq; fuerat. legatur nunc pars hęc litterarũ quas Agathon Ro. Pontifex ad Constantinopolitanum Imperatorem scripserat.

Aga/thon. Quęcunq; a sanctis inquit maioribus nostris, necnon a quinq; sa/cris conciliis canonice, puro corde summa religione et fide, ac si/ne ambiguitate decreta fuerant, ea ipsi quoq; dubio procul serua/mus: huic uni summo studio incumbentes, ut nil prorsus eorum minuatur, aut mutetur, aut quicq̃ ipsis addatur, uerum omnia in uerbis atq; sententiis eadem permaneant. Et alibi constanti animo sumus inquit, ut decreta a catholica & apostolica sede nobiscũ pro

fide tradita, seruemus atque colamus: credentes in unum Deum Patrem omnipotentem & reliqua. nunc uenio ad septimum & ultimum generale concilium. & dum eius definitio recitetur, obsecro uos attente audiatis. Sancta generalis ac illustris synodus, Dei gratia & religiosissimorum Christianorum Constantini & Hirenę matris eius Imperatorum nostrorum auspiciis in clara ciuitate nicęna, quę bithiniensis metropolis existit, in sanctę Sophię Basilica secundo celebrata, cunctas catholicę ecclesię definitiones sequendo, iubet ita. Christus Dominus noster: qui nobis notionis sui lumen largitus est: quique nos idolorum insania & tenebris liberauit, ut sua sancta Catholica atque Apostolica Ecclesia sine sorde maculaque seruaretur: suis sanctis Apostolis id se uelle declarans, dixit. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sęculi. quę quidem promissionis uerba non solum illis, uerum etiam nobis, qui per eos in ipsum credimus, facta fuisse putantur. At nonnulli ab illo nostro acerrimo hoste elati, munus eiusmodi nihilipendentes, a recto tramite deuiarunt: & dum catholicę ecclesię decretis se se opponunt, in ueritatis intelligentiam peccant, & iuxta illud dictum, Axem aratri, in errorem impulerant, ob idque nullos colligerunt fructus. namque cum sancti homines censerentur, non essent tamen, diuinum ritum atque ornatum euertere ausi fuerunt: quibus Deus per prophetam inquit. Pastores multi demoliti sunt uineam meam: conculcauerunt partem meam: Impios enim homines, qui suo ingenio non mediocriter confiderent, secuti, sanctam Dei Ecclesiam Christo Deo nostro conuenientem damnauerant: ac nullam inter pietatem impietatemque differentiam facientes, Domini ac sanctorum eius imagines, Idolorum ac diabolorum signa credunt esse. iccirco Christus Dominus deus noster, quandoquidem a tanta talique pernicie suos pessum iri non patitur, omnes terrarum undique pręsules ut conuenirent, pręuidit: ut non sine diuino zelo a Deo afflatorum ac fidelissimorum Imperatorum nostrorum Canstantini & Hirenę, diuinę catholicę ecclesię traditiones communi sententia obsignarentur, atque seruarentur. rebus igitur omnibus perspectis diligentissime, ac ueram rationem sequentes, nil addimus, neque tollimus. uerum omnia catholicę ecclesię decreta

Septimum concilium.

q̃ diligentissime seruanda censemus: necnon sex sancta illa cõcilia generalia, in primis clarissimum illud nicenum: ac alterum in regia a Deo seruata ciuitate Constantinopolitana celebratum, imitantes, credimus in unum Deum patrem omnipotentem & reliqua. et infra omnes ita credimus, ita sentimus, ita prudentes ac scientes conscribimus: hec est Apostolorum, sanctorum patrum, omnium deniq; bene credentium fides: que uniuersum orbem terrarum firmauit. Cumq; Deum unum in trinitate adoremus, necesse est etiam uenerandas eius imagines excolamus: qui uero non ita sentiunt, sint anathema: & ab ecclesia expellantur: ipsi namq; ueteres ecclesie catholice sanctiones suscipimus: ac maiorum nostrorum decreta seruamus. qui uero quicq̃ addiderint: aut ab his que ab ipsa ecclesia tradita sunt, abstulerint: anathemati sint astricti. legatur etiam hec particula inscripta de Anathematibus: quam solet orientalis ecclesia quotannis celebrare. Qui ecclesiasticas inquit sanciones litteris traditas, aut aliter memorie proditas, reprobat: anathema esto.

¶ Lecta septimi generalis concilii definitione, latini quemdam uetustissimum librum in medium attulere. In quo quidem eadem ipsa definitio, sanctumq; Spiritum ex patre filioq; procedere, scriptum erat: qua de re non mediocris contentio in illa sessione fuit orta. Nã latini librũ ipsum uetustissimũ ostentabant: ac uehementer elati, eum cum grecorum libro conferebant: tentantes ex patrum subscriptionibus, rebusq; aliis eorumdem librorum conuenientiam demonstrare: quos cum in omnibus, ipsa tantum accessione excepta, conuenire uidissent, uisi sunt mirum in modum admirari: greci uero ob temporis angustiam nil ad id respondere: uerumtamen latinis contendentibus, ut ipsa eadem definitio cum additione eiusmodi recitaretur, benigne concessere. Deinde pater Ephesius orationem prosecutus fuit, maiorũ nostrorũ dicens sententias Patres Amplis. quas uel in cõciliis cõmuni consensu promulgassent, aut conciliorũ legati pro fide sua declarassent, aut mutuis litteris priuatis ue cõmẽtariis memorie prodidissent, intellexistis. que quidẽ littere ac cõmẽtaria & si priua torũ doctorũ fuerãt, pro cõsultis tñ cõciliorũ cõibusq; sentẽtiis habita susceptaq; fuere. Ipsi ergo qui nostros maiores plurimũ ueremur, quiq; eorũ decreta colimus, ac ipsorũ execrationes timemus,

acceßionem ad symbolum factam suscipere nolumus. Opportunum autem esse uidetur, ut accusationi ac rationibus nostris si lubet, respondeatis: quandoquidem satis est nobis conciliorum omnium canones & definitiones, ac ipsorum rationes in presentia recitasse. namque uestra prius ad hec audita responsione, aliorum quoque sanctorum patrum autoritates ac sententias ad nostram causam confirmandam afferemus: quas uel publice profitentes uel quid quisque de nostra religione sentiret litteris mandantes, memorie prodiderunt. Vos autem Patres Amplißimi rogamus nobis distincte ac per capita dialecticorum more respondere uelitis: ut ipsi rationes uestras facilius memoria repetentes, iis commodius ac dilucidius respondere poßimus. quandoquidem uos ignorare non credimus, nos neque memoria ualere, neque componendi diuidendique rationem bene scire, neque profiteri ad quamuis nobis propositam questionem posse dicere: uerū nobis simplicitas & modestia semper inest, ut quod a ratione non absonum sit, id libenter suscipiamus: oppositum autem eius ingenue abiiciamus.

¶ Septimi concilii symbolum ferenis. Imperator, quod modo fecimus recitari, in uetustißimo uolumine scriptum est: ita ut nemo poterit suspicari corruptum fuisse: Cum presertim quidam historicus noster antiquus quidem ac litteratus inter alia id quoque testetur: hoc ipsum symbolum in septimo concilio recitatum fuisse. tali propterea symbolo cum hac additione uel declaratione ex filioque non mediocrem tribuimus autoritatem. Porro autem quoniam uelle uidemini, ut nos breuibus ac sigillatim respondeamus: iccirco conabimur uobis pro uiribus satisfacere. Verum ut id facilius aßequamur, quod forsitan causa fuerit, cur uos quoque clare respondere ualeatis: operepretium est, ut quecunque modo recitata scriptaque sunt, ea simul conferamus. quibus quidem memoria repetitis, eorumque perspecta conuenientia, sequenti seßione ad omnia facilius respondebimus. Tum iubente synodo ad diem uigeßimam mensis eiusdem seßio fuit dilata. Iul.

¶ Die Lune. uigesima mensis Octobris

Sexta Seßio Ferrarie.

Iul. Cardinalis. NVdius tertius Patres Amplissimi cum una priuatim ageremus, id quod a nobis sępissime dictum fuerat, communi sententia repetiuimus: nos ad ueritatem summa pace inuestigandam huc conuenisse. In hanc igitur rem summo studio mutuisq; officiis debemus incumbere: & alteri alteris esse grati. qua quidem spe ducti, uobis eos libros libenter pręstare promisimus, quos sanctissimus Pontifex haberet. asserentibus autem uobis pari studio uelle nos prosequi, Reuerendum Ephesium ac Nicęnum rogauimus: ut librum uestrum de octauo concilio per horam nobis mutuo darent: At illi nostro desiderio satisfacere noluerunt. Siquidem igitur ipsum huc attulistis, bene euenit: sim minus, anteaq̃ quippiam agatur, ut afferatur iubete.

Mar. ¶ Id. quod uobis promisimus Patres Amplissimi libenter satisfaciemus. uerum interea nequaq̃ impediri debemus: quominus negotium nostrum prosequamur: pręsertim cum nobis uideatur nõ expedire, ita librum ipsum uobis concedere: ut eo prorsus priuati simus. Pręterea concilium illud inter generalia connumerandum non est: quandoquidem non modo non susceptum, uerum etiam antiquatum fuisse constat. Ioannis .n. & Adriani summorum Pontificum tempore conuocatũ fuit, ac Photium Constantinopolitanum Antistititem condemnauit. Is deinde Ioannes aliud concilium habuit, quod item appellauit octauum: quod acta ipsius concilii, quod uos octauum fuisse dicitis, improbauit, Photiumq; restituit. Cuius quidem Ioannis pro Photio litterę memorię proditę sunt, ac adhuc extant. In quo plane concilio inter alia fuerat decretum: ut hęc eadem symboli additio tolleretur: quod uos non ignorare putamus. siquidem igitur ipsius cõcilii acta reprobata uidentur: non est congruum rationi, ut de his aliqua mentio fiat: cum alterum octauum concilium sequi potius deberemus. propterea tempore ex eo in Constantinopolitana ecclesia huc usq; solet ita celebrari: Quęcunq; in sanctos Patriarchas Agnatium & Photium scripta uel dicta sint, anathema esto.

Iul. Cardinalis. ¶ Hoc metu uos libero pręstantissimi Patres: nam nil de ipso concilio recitabitur. Sed quoniam in eo uolumine nonnulla sexti septimiq; concilii acccta sunt scripta, iccirco ea uidere uellemus: nam de octauo concilio nobis curę non est.

Mari. ¶ Hac ergo conditione uobis hoc uolumẽ libenter concedimus: absonum enim esset a ratione postpositis conciliis gñalibus, priuati conuentus rationem habere, sed de his hactenus.

Andr. ¶ Ex uestra longa oratione. P. A. ad quã equidẽ responsurus sum, quatuor collegimus capita. Initio namq; symbola, uel ut rectius loquar symbolum, deinde generaliũ cõciliorũ decreta, tertio Cyrilli Vigilii Agathonis Cęlestiniq; litteras recitastis. postremo aũt protulistis uos tot tamq; clarissimos patres ita uereri, ac eorundẽ execrationes pertimescere, ut quicq̃ ipsorũ dictis uel addere, uel ab eis auferre uehementer abhorreatis. Velim aũt uos nõ ignorare patres optimi quã uos accessionẽ & incremẽtũ symboli appellare soletis, eam nos expositionẽ ac dilucidationẽ esse credere: qua quidẽ rõne a Romana eccl̃ia in symbolo celebratur: et si prima orationis parte conati fuistis ostendere additionẽ ipsam ab ipsa Romana eccl̃ia factã fuisse: nam in secũda dixistis, nemini rõne aliqua fas esse quicq̃ diuino symbolo addere: ex tertia uero parte creditis demonstrasse incremẽtũ illud falsum ac incõueniens esse. Ex quibus oĩbus quartũ illud caput cõsequebat̃, uos sanctorũ patrũ execrationes ueritos accessionẽ hmõi nunq̃ suscepturos esse. hæc uos in summa. Ipsi autẽ cõtra probabimus, quã uos accessionẽ & cumulũ nuncupatis, eã potius diuini symboli explanationẽ ac declarationẽ esse. Deinde nobis interdictũ nõ esse, quominus expositiões hmõi facere ualeamus. Tertio declarationẽ ipsam uerã & cõgruã esse: postremo plurimis ac fortissimis argumentis demonstrabimus cuiuis ueritati Christianos oẽs acquiescere debere. Nũc uenio ad primũ. & qm̃ in qualibet questione absolutas ac intelligibiles rõnes desiderare uidemini, iccirco uobiscũ dialectice agã. rogo aũt uos me attẽti audiatis. Nulla expositio uel dilucidatio alicuius artis aut scientię debet additio appellari, sed uerbũ ex filioq; in uerbo ex patre cõcludit̃, eiusq; dilucidatio est, ergo uerbũ illud nulla rõne põt additio nũcupari. porro aũt qm̃ syllogismũ hunc q perfectus est, ac dialectico canone factus inficiari debetis minime: ideo reliquum est, ut propositionẽ eius utranq; uerã esse ꝓbemus: quarũ primã maiorẽ, alterã uero minorẽ dialecticorũ more nominabimus. maiorẽ aũt sic demõstrãdã putamus. Omnis additio, uel augumẽtũ ex rebus extraneis fit: ut oĩs schola philosophorũ tenet, pręsertim Arist. q in de gñatione ac interitu libro inquit, adueniẽte aliquo fit ugumentũ. Siquidẽ igit̃ oĩs additio ex rebus extraneis fit: expositio uero atq;

dilucidatio ab intrinsecis ac iis, quę in eadem ipsa re insunt: sole clarius sequitur, cuiussuis scientię expositionem ex rebus his factã, quę in eiusdem scientię subiecta materia sint, additionem uel augumentum neutiq̃ appellari debere. Namq; si nullam inter expositionem & additionem differentiam posuerimus, multa profecto nobis acciderint incommoda: sacris.n.litteris additio facta fuisse uideretur: & ad nicęnum Symbolum secunda synodus accessionem fecisse censeretur, quam tamen cõstat fuisse professam, quęcunq; protulerat, a suis maioribus accepisse. quemadmodum etiã Gregorius cognomento theologus, qui in eadem secunda synodo affuit ad Clydonium scribens inquit. Nos fidei patrum sanctorum, qui ad arianam hęresim euertendam nicęnam synodum celebrauerãt, nil unq̃ ante posuimus, neq; quippiam possumus pręferre. Verũ eiusdem fidei sumus, ac semper erimus, addentes tantum id, quod de sancto Spiritu, ideo imperfecte prolatũ fuisset, ꝙ antehac nũq̃ in controuersiam fuerat uocatũ, an Pater & filius ac sanctus Spiritus una diuinitas sit, ipsumq; Spiritum Deum esse, nos oporteat credere. Ex his uerbis pręstantissimi Patres credere debemus, q̃ plurima fuisse a secundo concilio declarata: quę tamen minime dicemus additiones fuisse. nam in nicęno symbolo uisibilium omniũ & inuisibilium, & filium natum ante omnia secula, & in Spiritum sanctum dominũ & uiuificantẽ, neutiq̃ erant scripta. quę licet ab ipso concilio symbolo fuerint addita, non tamen propterea putauit accessionem nouam ad symbolũ ipsum fecisse: ut is beatus Gregorius testatur, qui nil aliud sentire profiteretur, q̃ quod nicęna synodus edidisset. Quinimmo si diligenter uultis attendere, uobis notissimum fiet, nullum unq̃ generale concilium, post primũ celebratum fuisse: quod quicq̃ nicęno symbolo nõ addiderit, aut non ademerit ab eodem. Alterum.n. concilium illud nicęni symboli, ex substantia Patris, prorsus abstulerat. Quartum uero concilium, totum hoc, natũ ex Patre, idest ex substantia Patris, in cõsubstantialẽ Patri secundũ diuinitatẽ, nobis autẽ secũdũ humanitatẽ, mutauerat: ut Eutichii hęresim euerteret. Apparet igitur manifeste cuiuspiam rei declarationem non esse additionem. quod itẽ ex ipsius Reuerẽdi Patris Ephesii oratiõe probare uolumus: quippe qui respondens huic a se propositę quęstioni, cur tertium cõcilium de nicęno tantum symbolo mentionẽ fecerit, de altero uero minime: dixit, ꝙ ambo illa symbola unum essent, nec in aliquo

gregorius theologus.

differrent. Syllabę igitur & dictiones, quę niceno symbolo uiden tur appositę, nullam ad illud fecerunt accessionē, propterea ꝙ eũ/ dem symboli seruauerunt sensum. Maior ergo nostri syllogismi propositio bene probata uidetur, nullam uidelicet declarationem esse additionem. Reliquum aũt est, ut minorem etiam demonstre mus, quod quidem maioris negotii est, ac maiori consideratione indiget: uerbum ex filioq; non quidem additionē uerũ expositionē esse. Necesse est.n.qui profitetur sanctum Spiritum ex patre pro/ cedere, filium simul intelligant. ad quod quidem probandum nõ nisi uestrorum sanctorum doctorum autoritatibus innitar: quibus quidem clarissime demonstrabo quemadmodum ex patre ita etiã ex filio Spiritum sanctum procedere. Beatus. n. Cyrillus expo/ nens hoc dictum Ioãnis, ego rogabo Patrem, & aliũ paracletũ da bit uobis inquit. cũ Dei & patris bonorũ essentialiũ filius particeps sit: eadem etiam ratione Spiritũ habebit, quemadmodũ pater eũ/ dem habere percipitur, non quidem aduentitiũ aut extraneũ: In/ sipientis.n.immo ut melius dicã insani hoīs esset sic credere: sed queadmodũ quisq; nostrũ, suũ Spiritum continet, ac ipsum ex ui/ sceribus suis emittit. Propterea seruator noster corporaliter Spiri/ tũ flauit: ut ostenderet, queadmodũ Spiritus ex ore humano cor/ poraliter exit, sic etiã ipsum ex diuina substantia, ut Deo cõuenit profluere. quibus uerbis Cyrillus uidetur concludere, quoniam Patris oĩa bona filius secundũ suã naturam & substantiam habet, id etiã habeat necesse esse, ut instar Patris spiritũ emittat, manentibus personarũ proprietatibus: unde sequitur filiũ sic se habere ad spiri/ tũ, queadmodũ etiã pater. Ne autē quisq̃ crederet nõ de ipso Spiri tu, uerũ de quodã Spiritali charismate uel gratia doctorē ipsum sensisse, dictum hoc seruatoris nostri perpendat: Accipite Spiritũ sanctũ. Porro autē quoniã in symbolo Spiritus unam trium per/ sonarum significat, necesse est procedat ex filio, quemadmodum etiam ex patre. Sed forsan aliquis dixerit, sermonem ipsum de spi ritu ambiguum esse, ita ut non Spiritus personã significet. At nos ad ostendendum huius oppositum, magnum Basilium adducemus testem: qui uos docebit patrem, & filium ac sanctum Spiritum sic se habere, ut neq; Pater sine filio & Spiritu, neq; filius absq; Spiri/ tu possit intelligi. Qui Spiritum inquit, intelligit, ipsum & eum cuius est spiritus, simulq; filium mente concipit. qui autem hunc percepit, sane Spiritũ non seiunxit, uerum consequenter secũdũ

Cyr.

Bas.

ordinem, Coniunctim autem secundum naturam ipsas tres perso nas intelligens, ueram assecutus est fidem. Porro autem quoniam Spiritus Christi est & ex eo, ut inquit Apostolus: ideo queadmodũ siquis alterum extremum alicuius catenę traxerit, proculdubio ca tenam totam attraheret: sic etiam patrem simul & filium per eun/ dem Spiritum traheret. Et siquis filium tenet, altera quidem, Pa/ trem, sanctum autem Spiritum altera parte tenebit. fieri.n. nõ po test, ut in eis seiunctionem aut diuisionem intelligas esse: ut filium sine Patre, uel Spiritum seiunctum a filio, & reliqua. Ita Patres Amplissimi diuinę personę se haberi creduntur: ut qui unam intel/ ligit, alias quoq; percipere necesse habeat. Ex quo plane cõsequi/ tur: ut qui patrem intelligit Spiritum sanctũ producere, is quoq; necessario credat, eundem Spiritum a filio produci. Ne autẽ ora/ tio nostra incredibilis uideatur, eundem ipsum Basilium attente au diatis. qui filium probat habere quęcunq; Pater habere creditur: hoc excepto, filium non esse Patrem. Patrem inquit & filium pro/ tuli. has mihi tene proprietates, filius ergo manens in esse filii; & quatenus filius est, omnia est quę pater: iuxta hoc nostri domini di ctum. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: imaginis.n. omnia, rei sunt existentis, & cætera. sermo Basilii patres optimi plurimũ nostrę sententię conuenit. Ergo patri simul & filio commune esse uidetur Spiritum sanctum producere. multas quoq; alias rationes afferre poterimus, quibus notissimum fieret: quoniam Spiritus ex Patre procedere creditur, necesse esse intelligi, eundem Spiritum ex filio quoq; procedere: sed de his hactenus. Importunum.n. ui/ detur hac de re in pręsentia disputare: sequenti igitur sessione de hoc accuratius forsan agemus. Verum deus optimus maximus utinam talem controuersiam e medio nostri tollat: ita ut imposte/ rum haud quãq̃ nobis sit opus de hac re uerba facere. Sed redeo unde diggressus sum: nullam factam fuisse dicebam additionem, quandoquidem declaratio nulla ratione potest additio nominari, quę minor nostri syllogismi propositio fuerat: ad quã quidẽ pro/ bandam oportebit etiam declarare id quod scitu facile est, spiritum ex filioq; produci. quod ergo symbolo appositum esse dicitur, id non additio, sed potius quędã symboli expositio ac explicatio est. Nunc uenio ad secundam partem, qua quidem probare promissi mus, quicquid sit illud, siue accessio ut uobis, siue declaratio ut no bis uidetur: Id quominus fieri posset, nunq̃ fuisse prohibitũ. Namq;

Bas.

si id esset augumentum, dubio procul foris uenisset & extraneum esset. Tum autem multas syllabas & dictiones utrique testamento, ne dum sanctorum Patrum decretis synodorumque definitionibus appositas fuisse constat, ut Deo fauente probabimus. sequitur nobis non interdictum fuisse, nec esse, additiones eiusmodi facere. quod sane siquis negauerit, is nullo pacto poterit effugere, quin simul concedat, maiores nostros, qui symbolo ac maiorum suorū dictis addiderāt aliquid, sub anathemate esse. preterea Paulus inquit, siquis uobis aliud preterq̄ quod traddidi uobis, euangelizatus fuerit, anathema sit: ad eius tamen scripta accessiones nō paucę factę fuerant. multa etiam nicęna synodus Apostolorum symbolo addidit: multa secunda niceno: multa denique protulit Ephesina: de quibus neque prima neque secunda mentionē fecerat. Vetitum igitur illis uidetur fuisse symbolo noui quicq̄ apponere, declarare autē minime: nam ipsi fere omnes anathemate deuincti essemus. preterea idem Apostolus ad corinthios inquit. Littera quidē occidit, Spiritus autem uiuificat, quos quidem corinthios incusabat, quod accuratius scripturę q̄ opus esset inniterentur. Non ergo ea debemus inspicere, quę uideantur occidere, in quo Iudęi uehementissime peccant. quippe qui mentem a scriptura non efferunt, quod a nostris doctoribus miruminmodum reprehenditur. quorū primus beatus Gregorius theologus inquit, de nominibus non certabimus si rem eandem significent. uester item Gregorius cognomento doctor, parum inquit curo de dictionibus: non. n. solum in uerbis, uerumetiam in rebus apud Gregorium Theologum pietas consistit. Porro autem oratio nostra de dogmate ac de re ipsa fieri uidetur: in qua quidē si conuenerimus, haud quaq̄ in dictionibus discrepabimus. Siquidem igitur tantus doctor de dictionibus non curauit, nobis profecto multo minus de eisdem esse curę deberet, sed suo loco diligenter tractabimus, an concilia prohibuerint, ut dictionū huiusmodi nulla prorsus additio fieret: satis. n. nobis in pręsentia fuerit, si constiterit, cur litterarum ac syllabarū accessio refellenda non sit. qua in re hoc manifesto utar exemplo: nam ipsi symbolum latine proferimus, uos autem grece, alii uero lingua sua: sed quoniam idem omnes sentimus, ideo nullum ex eo inconueniens potest accidere. Verum dialectico argumento agamus: quod etiam bonis litteris mediocriter eruditis patet. Omnes scientię ἀξιώματα propria, hoc est pronuntiata, uel ut dialectice

Paulus. Paulus. Greg. Greg. The. Creg. Palamas.

loquar, principia uel dignitates habent: quę tam & si multa po/testate contineant, ac in se ipsis sua facultate plures conclusiones includant, eas tamen doctores syllogismis inductionibus exem/plis, quouis denique argumentorum genere demonstrare ac expli/care solent: propterea tamen nemo proferret scientiam eorum diuersam esse. Testis est Aristo. in suis posterioribus analyticis. Siquidem igitur & ipsi principia theologicas que dignitates ha/bemus, quibus in ratione diuina innitimur, atque credimus: ex his procul dubio demonstrare poterimus, sanctum Spiritũ ex filioque procedere. Id ergo quod Romana Ecclesia profitetur, patet ad/ditionem non esse. Amplius ostendere possumus additiones hmõi

Paulus. posse fieri. Nam Paulus inquit. Vnus dominus, una fides, unum Baptisma: unus Deus & Pater omniũ. Ergo & una Ecclesia. Vtrũ autẽ & una dignitas, An non? sed de hoc alias. Eadem igitur eccle sia diuersis temporibus, ac urgente necessitate, accessiones facere poterat. Quę quidem facultas nunquam poterit auferri. Noster.n.ser uator inquit, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad cõ/sumationẽ sęculi. quę quidẽ oratio nequaquam significat, ut Deus no/biscũ simpliciter sit, ac nos simpliciter regat. Sic.n.lapidibus & plã/tis, ac omnibus animãtibus semper inest, ac simpliciter ipsa guber/nat: uerum semper nobiscum creditur esse, nos sua gratia unaque religione ac fide coniungendo, quod proculdubio in iis membris uidere non est, quę diuersa fide seiuncta sunt: libera igitur ecclesia uidetur esse. prǽterea si uestra opinio uera esset, magnum discrimẽ incurrerent Christiani: ac magnum incomodum ipsis accidere fa/cile posset. Nam si aliquando emerserit hęresis, Ecclesia se se non posset ei opponere. Secundum tamen concilium accessionem fa/cere cępit: hanc excusationem afferendo, ut si fieri posset firmam & illesam Ecclesiam semper esse, sane nulla esset opus additione: sed quoniam quandoque uidetur periclitari, iccirco necesse erat ac/cessionem ad nicęnum symbolum facere: ut ipsi quoque asserimus Romanę Ecclesię contigisse. At ei fuerat interdictum. hoc equi/dem ostendatis uelim: cum a maioribus nostris nil aliud prohibitũ fuisse constet, quam ut nemini liceret diuersam fidẽ proferre, aut cõ/ponere, litteris ue mandare: ut in Ephesini cõcilii actis, ut bene no/stis, uidetur. quod cęteræ quoque synodi consectantes, simili modo prohibuere: sanctique doctores qui de syllabis & dictionibus priua/tim fecerant mentionem, ad illud idem concilium se retulerant:

posteriores denique omnes ipsius tertii concilii prohibitionem eadē ratione susceperant; ne cui diuino symbolo diuersas dictiones aliā fidem significantes liceret apponere. Necesse est igitur uerba oīa ad eūdē sensum referri: eosq; qui syllabarū & dictionū meminerāt, idē intellexisse: ut hę dictiones essent fugiendę, quę diuersam fidē significarent. quemadmodū enim diuersus a nostra religione sensus uehementer est eiiciendus, ita etiā uerba fidē aliam significātia refellenda sunt. patet igitur prohibitionē ipsam neutiq̄ cōtra nos facere: quodq; uos additionē, nos uero declarationē appellamus, id rem unā eādēq; fidē significare, & ad eādē spectare. unde liquet nos nequaq̄ esse sub anathemate. Alia quoq; Pręstantissimi Patres ad hanc rem plurimum pertinentia dicere possemus: quę ex quarti concilii actis collegimus, uerum opportunum est ut surgamus. tū synodus decreuit, ut ad diem proximi Sabati sessio prorogaretur.

¶ Die Sabati. xxv. octobris, Septima Sessio Ferrarię:

Andr. Tua uenia & gratia pater beatissime, necnō mitissimi Imperatoris ac sanctissimi Patriarchę iussu, orationem nostrā, quam proxima sessione habuimus prosequemur. qua quidem oratione duo credimus ostendisse, Spiritū ex filioq; procedere, queadmodū Romana Ecclesia profitetur, additionē nō esse: ac nunq̄ interdictum fuisse, quo minus accessiones huiusmodi ab ecclesia fierent. Reliquum autem nobis erat duo alia demonstrare, quę tunc probare promisimus: additionē ipsam ualde cōuenientē, ne dū uerā esse ac plurimum oportere ut Chistianis ab omnibus excolatur. Et si sanctissimus summus Pontifex, ac hi pręstantissimi Patres unum tantum sufficere crederent, ut demonstraremus accessionem ipsam ueram & congruam esse. ueritas. n. perpendenda est, quandoquidem ipsa cognita, eius cōtraria facillime dissoluunt, ut Aristoteles noster testatur: quia oīa uero cōsonāt, falso aūt inquit cito dissonat uerū. Cōueniēs igit̄ esset ipsius augumēti ueritatē ostēdere: q eo modo facilius uobis suaderetis, id Romanę Ecclesię dubio procul facere licuisse. ad quod qdē probādū cū publicis & priuatis oratiōibus, tū certis libellis nos sępenumero prouocastis: ea pręsertim oratiōe, qua Pater Ephesius ex nobis quęsiuit: cur Ro. eccl. accessionē ad symbolū fecerit. his ergo patribus gratissimū fieret, si ueritas hęc elucesceret. Nāq; cū in dubiū uocari

nō poſſit, declaratione ipſam a maioribus nr̄is fuiſſe factā: & ne forte qſpiā ambigeret, An tali eſſet opus declaratione, ic𝔠irco nobis ut ſupra dictū eſt uidebať eiuſce rei ueritatē oſtēdere, agredi. ex quo etiā crederetis ipſam a Rom̄. Ecc. cōueniēnter maxima pręſertim urgente neceſſitate, additā ſymbolo fuiſſe. Veſtra aūt argumenta, quę priuatim inter uos ferebātur, ut nūc nobis relatū eſt, facile poſſent refelli. quibus oſtendere credebatis nos a ratione propoſita diuertiſſe, ac nulla reſponſione ad ueſtram orationem facta, ad ualde impertinentia ueniſſe. quorum neutrum Patres Ampliſſimi credimus cōmiſiſſe: ſi namq; uos ut libuit, peroraſtis: a ratione non fuerat abſonum, ſi ipſi quoq; ad libitū noſtrū reſpondiſſemus: cū pręſertim oratio noſtra nequaq̄ inepta uideretur: ſed neq;, (pace ueſtra dixerim) impertinens fuerat. Nā etiā is qui cauſam dicit in foro, aut in academia ſibi propoſitis argumentis reſpondet, quādoq; ſolet diuertere, & aliquā concluſionē probare: cuius deinde ueritate percepta ad propoſitum reuerti: ita tñ ut de iuribus petentis neutiq̄ minuatur. Sed ideo uobis uidetur nos nequaq̄ ad propoſitum reſpondiſſe, ꝙ nondū ad tertiā partem uenimus. Quęrentibus enim uobis an nobis licuerit diuino ſymbolo quicq̄ addere, aut uerbum eius aliquod declarare, necne, Id nos proculdubio facere poſſe profeſſi fuimus. ſed cū aliam huius rationem afferre non poſſemus, icc𝔦rco noſtrā ipſam declarationem uerā ac neceſſariā eſſe uolebamus oſtendere. quod plane caput orationis noſtrę tertiū futurum fuerat. de quo quidem non eſſet ab re, ut pauloante dictū eſt, accuratius diſputare. Sed quoniā id grauiter ferre uidemini, ac nobis enuntiaſtis uos ad id minime reſpōſuros eſſe, icc𝔦rco ut hac etiā in re uobis gratiſſimū faciamus, parte illa poſtpoſita, nonnulla alia proferemus, quibus & habita noſtra oratio explanabitur: quęq; ad ea, quę ſuo loco probabimus, neceſſaria fuerint: ita ut oēs intelligant nos ad propoſitū reſpondere, et an iuſtā in nos inuehendi cauſam habeatis. ut autē noſtra oratio plana & intelligibilis ſit, ex his ipſis noſtrum ſumemus exordium: quę modo uos recitaſtis. Initio nicęnum ſymbolū protuliſtis: quod cur feceritis non ipſi uidemus, quandoquidem id uidetur nulla nobis ratione obſtare, neq; noſtrę ſententię contrarium eſſe. Noſtra.n.cōtrouerſia eſt, an ſanctus ſpiritus quēadmodū ex patre, ita etiā ex filio procedat: et an Romanę Eccleſię hoc declarare licuerit. Symbolum aūt ipſum tametſi ſanctiſſimum ſit, ad propoſitū tamē neutiq̄ ſpectare uidetur. Num

illud ipsi non credimus, nũ a nobis non suscipitur, non approbat, nõ excolitur, nõ celebrat, nũ deniq; nobis idẽ & uobis cõmune nõ est. At pater Ephesius dixerat secundũ, & tertiũ concilium definisse symbolũ illud immutabile manere debere. hoc etiam ipsi fatemur, nõ ita tñ ut idẽ clarius ac lucidius reddi, si opus esset, nõ posset. sed quæ ad eius ueritatem spectarent, ea semper immota manerẽt. Nã queadmodũ scientiaꝝ principia, oĩa sua posteriora potẽtia cõtinẽt, ac in se ipsis includũt: ita etiã nicenũ symbolũ Christianoꝝ doctrinã & fidẽ in se ipso implicitã continere includere q; censetur. Illud.n. in filium ex patre natum, in Arium hereticũ celebratũ fuerat, Sanctum autem Spiritum Deum esse, in Macedonium & eunomium. Filium uero fuisse incarnatum & genitũ, aduersus Nestoriũ. Immo siquis omnia diligenter perpenderit, nullam prorsus preteritã inueniet heresim, uel futuram excogitabit, quæ non eiusdẽ niceni symboli facultate diruta fuerit, uel quæ destrui non possit. Siquidem igitur symbolum hoc pro nostræ fidei fundamento celebratũ fuerat, necesse est, immutabile maneat, principiorum ceterarum scientiarum instar: quibus datis atq; concessis immotisq; permanentibus, multas conclusiones doctores probare solent. patet ergo cur Romanam Ecclesiam ex ipso symbolo neutiq̃ accusare potestis. quod una cum tertii concilii definitione uelim iterum recitetur. Audistis Amplissimi patres interdictum ipsius concilii utraq; lingua perlectum: quo plane nil aliud prohibetur, nisi ut diuersa fides componi, uel litteris mandari, aut ab aliquo proferri non possit. Quorum nihil ipsi benignitate Dei commisimus: quandoquidem pauloante probauimus, unius ac eiusdẽ esse religionis, profiteri sanctum Spiritum ex filio quemadmodum ex patre procedere. q; expositio explanatio declaratio dilucidatio id deniq; genus alia additiones non sunt: cũ diuersam fidẽ nequaq̃ significent. Cõstat ergo clarissime interdictũ illud minime cõtra nos facere. sed ad Cyrilli litteras ueniamus, quas ad Ioannẽ Antiochenum presulẽ scripserat: quæ si placet, iterum recitentur. Ipsius tertii concilii autores patres Amplissimi presertim idem ipse Cyrillus, qui eidẽ prefuerat, ad eius definitionem ac interdictum se referentes priuatim cõscripserãt: siquidẽ igitur Patres ii de fide tantũ diuersa, non autẽ de uerbis curabãt, in dubiũ uocari nõ debet, quin litterę quoq; Cyrilli nõ eundem habeant sensum, ut singulas earundem litterarum perticulas accurate considerãti patet. Nullam inquit uel nobis

uel mortalibus aliis facultatem concedimus, ut aliquam symboli
dictionem mutare, aut unam syllabam preterire ualeant. quorum
neutrum in sanctum symbolum nos commisisse uidemur; hę er/
go litterę in aliquo nobis non obstant. Pręterea sciru dignum esse
existimo, cunctas eiuscemodi definitiones & decreta; pręsertim
illud, de quo paulo superius dicebamus, post Conciliorum de/
creta scriptum fuisse: ergo quemadmodum cogente necessitate
his non obstantibus interdictis licebat ecclesię declarare, diuinaq;
dogmata illustriora reddere, ac ipsa Christianos docere: ita etiam
si quędam symboli particula a Romana Ecclesia fuerat expla/
nata, id uitio uertendum non est: neq; quicq̄ contra definitio/
nes & prohibitionem ipsam; commissum fuisse uidetur. Am/
plius Pater Ephesius uocauit in controuersiam, cur tertia syno/
dus de prima tantum fecerat mentionem, de secunda uero mi/
nime? qui deinde sibi ipsi recte subtiliterq; uisus est respondisse:
q̄ utrunq; earundem synodorum symbolum pro uno solo diiudica/
batur, q̄ sensum unum habebant; & si quibusdam in uerbis
differre plurimum uiderentur. quam quidem responsionem ipsi
suscipimus, ac ei nostra in controuersia innitimur: pariq; ratio/
tione credimus hoc nostrum symbolum diuersis uocabulis unā
eandemq; fidem significare. hoc igitur tertii concilii interdictum
haud contra nos facere uidetur. Sed Chalcedonense quoq; le/
gatur decretum.

In chalcedonensi concilio Patres optimi nicęnum primo, dein/ Iul.
de Constantinopolitanum symbolum fuit recitatum: postea ue/ Car.
ro concilium ipsum decreuit hoc symbolum ad perfectam nostræ
fidei notionem sufficere: ultimo autem instar tertii concili interdi/
xit, ut aliam fidem proferret nemo.

Et si huiusmodi definitio & interdictum pręstātissimi patres ne/ Andr.
quaq̄ contra nos facit, tamē ut id omnes clarius intelligant, nōnul/
las afferā rationes. Nam illustrissima synodus illa decreuerat Constā
tinopolitanū symbolum ad incarnationis dei filii dilucidationem, ac
nostram fidem sufficere: quia tn̄ uerbis clarissimis non constabat;
iccirco nōnulla ei uerba addiderat, nōnulla etiā ab ipso (ut patet)
abstulerat: propterea tamē fidem ipsam mutasse, aut prorsus aliam
fecisse non creditur. Interdicta igitur ipsa facta fuisse censemus,
ne cui sensum ipsius symboli mutare liceret: non autem quominus
ecclesia symbolū ipsum imposterū exponere dilucidareq; posset.

Sed uelim a uobis Amplissimi patres doceri, an sacratissimum euā/gelium perfectissimam nostrę religionis doctrinam præse ferat? Equidem uos nil aliud puto pro uestra summa pietate responsuros, q̄ consumatissimam fidei nostrę scientiam in ipso conclusam esse, licet q̄ plurimi græcorum ac latinorum doctores illud, necnō Apostolorum symbolum explanauerant ac declarauerant. hæc igitur Patris Ephesii sententia uera uidetur esse, totam sacram scripturam ita nostris a maioribus fuisse probatam & obsignatam, ut addere uel ab ea quicq̄ auferre phas nemini sit. proptereaq; dicebat idē quoq; nobis de symbolo credendum esse, Euangelistas autem noluisse quin aliquis eorum scriptis addere posset: sed ipsorum fuisse sententię, ut talis inhibendi facultas suis posterioribus deferretur, necnon secundum concilium ipsorum Euangelistarum uestigia secutū nequaq̄ interdicere uoluisse: hæc (pace uestra dixerim), in pagina sacra non extant: immo Paulus ad Galathas inquit. siquis uobis Euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Et Ioannes in Apocalipsi, siquis apposuerit adhoc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et siquis diminuerit de uerbis libri prophetię huius, auferat Deus partem eius de libro uitę. Omnes ergo doctores sancti potuerant interdicere, ne cui liceret accessionem ad eorum scripta facere: posteriores tamen scripturam sanctam clariorem necessario reddidere. Nam quoniā Arius profitebatur dei filium creaturam alteriusq; substantię a patris substantia esse, scilicet his uerbis seruatoris innitens, Pater maior me est: ideo doctores hac adducti necessitate, qua nam ratione Patre filius minor esset, declarauere: ut imposterum accidere poterit. sanctum enim Spiritum deum ac dominum & uiuificantem profitemur, et qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur: ipsum tamen cœli & terrę factorem esse neutiq̄ in symbolo celebramus. Ergo si noua hęresi quęreretur, cur sanctus Spiritus, instar Patris & filii factor cœli terræq; non celebretur? Nonne tum nobis necesse fuerit ut conuocata Ecclesia quæstionem huiusmodi dissoluamus? ac ueritatem ipsam prędicemus? sanctum uidelicet Spiritum ita cœli et terrę factorem esse, quemadmodum Pater & filius? Ecclesia igitur neq; a tertia, neq; a quarta, neq; cęteris a synodis ita præscriptis legibus interdicta uidetur esse, ut cogente necessitate, ambigua declarare non ualeat. Sed quartę synodi definitio iterū si lubet recitetur.

Pauł.

Ioā. in Apoc.

Ecce Patres Amplissimi q̄ clarissime patet quid nam in hac quæstione dicendum sit. synodus enim quarta decreuerat ne cui liceret imposterum aliam fidem, aut diuersum symbolum componere uel proferre. quorum neutrum ipsi gratia dei commisimus. Sed uerbum illud, si sufficeisset, diligentius rogo perpendite. Non enim synodus dixerat, sufficit: ita ut oratio ipsa sic intelligi debeat, si nulla heresis emersisset, nicęnum symbolum dubio procul satisfecisset. Sed quoniam plurima insurrexerat heresis, ideo necesse fuerat, ut diuersis temporibus, fide tamen symboloq; nō mutato, diuersę fierent expositiones. Symbolum autem fuisse perfectum, quemadmodum Pater Ephesius protulit, ob idq; nulla indiguisse additione, ratione duplici potest intelligi: uel quantum ad ueritatem & fidem, uel quantum ad notionem pertineat: Ea igitur ratione ita symbolum fuisse perfectum, ut ei non esset opus accessione fatemur: ob plurimam tamen heresim ortam, necesse fuerat ut accuratiori expositione perfectioriq; explanatione symbolum ipsum dilucidaretur. rerum profecto necessitatem ac uarios temporum cursus Patres Amplissimi considerare debetis. homines enim mortales cum sint, omniaq; futura neutiq̄ pręspicere possint: necesse est, eadem semper Ecclesia maneat, Eademq; dignitate prędita sit: ut usq; ad sęculi finem contradicentibus se opponat, ipsosq; redarguat & refellat. his igitur fortissimis patet argumentis, nullum obstare decretum, quominus ecclesia ualeat dubia & obscura exponere ac dilucidare. pręterea post symbolum & decreta sancita, definitiones traditę fuerant: q; ualde esset ignotum quid pro religione ac bonis moribus esset imposterum declarandum: proptereaq; sępissime alię atq; alię definitiones posteritati tradūtur. sanctorum igitur Patrum decreta ita prefinita uidentur esse, ut quemadmodum diuersa denuo definitio traditur, ita etiam explanatio ipsi conueniens possit fieri. Porro autem ipsi quoq; concedimus quod pater Ephesius protulit, nulli fas esse alium symbolum tradere: ea tamen ratione qua presul ipse dicebat, Constantinopolitanum a nicęno neutiq̄ discrepare, et si plures illud syllabas ac dictiones habeat, huic uero multa uel addita uel ab eodem ablata fuerint.

❡ Sessione proxima Patres optimi, uerbum, si sufficeisset, ac totam ipsam orationem non accurate exposuistis: uerum quod que/ Iul. Car.

stionem nostram facile soluerit, pretermisistis: Nam calcedonense concilium inquit, nil addentes uel auferentes, sed sanctum Spiritum esse dominum declarantes, & reliqua. qui quidem sermo erat in eos, qui sacre pagine initentes, contra sanctum Spiritum discerebant. ex his itaque uerbis que uos silentio preteriistis, luce clarius patet, ipsam nostram declarationem, ex filioque, talem non esse accessionem, qualem conciliorum decretis prohiberi censemus. quemadmodum beatus Thomas in libro contra grecos hanc eandem questionem dissoluit. Sed ex quinti concilii actis Ioannis Constantinopolitani presulis sermo recitetur. Tho.

Andr. ¶ Orationem nostram Patres amplissimi ex quinti concilii sententia: ueram esse probabimus: ut Christifideles inquit ipse Ioannes ab ineptis uerbis abstineant, mentem autem suam diuino symbolo quo baptizati sumus adhibeant, quod quidem nicena synodus sancti Spiritus gratia memorie prodidit, & reliqua: a ceteris tamen conciliis magna uerborum mutatio eidem symbolo facta fuisse uidetur: quam tamen ipsi declarationem esse dicimus: quandoquidem eorum que ad fidem pertineant, nulla prorsus in eo apparet mutatio. Non ergo Rom. Ecclesia diuino symbolo quicquam addiderat, neque imposterum addet. Sed uigilii littere iterum legatur. Summus is Pontifex Patres amplissimi declarans quid de religione sentiret, id quod ipsi quoque credimus ac profitemur, memorie prodidit: ut aliam doctrinam & fidem aut diuersum symbolum nemo profiteri deberet: sed tantum illud, quod nicena synodus pie tradidit: constantinopolitana uero ampliauit: ac ephesina illustrauit. Idem igitur cum uigilio uolumus, idemque sentimus, qui nil prorsus decreuisse uidetur, quod non ipsi quoque profiteamur, summoque studio prosequamur.

Iul. Car. ¶ Harum litterarum una particula patres optimi nostram questionem dissoluet. Ephesinam inquit suscipimus synodum, que maiores suos secuta Nestorium impium, ac eius scelestissima dogmata sectamque damnauerat. Siquidem igitur ea ratione Nestorius fuerat damnatus: sequitur ut hi, qui ea omnia que in symbolo sunt inclusa, profiteantur, nequaquam debeant condemnari: uerum ii tantum qui a symbolo diuersa sentiant: quandoquidem diuersitas dogmatum solummodo prohibetur. Sed sexte synodi decretum iterum recitetur. Nicenum ecce symbolum in primis susceperat, dein Ephesinum, postea uero decreuerat, postremo autem interdixerat. Vnde

uestra ex sententia sequeretur eos, qui ipsius synodi decretis, ne dum qui symbolo addiderint, prophanos esse.

Mar. ¶ Breuitati studentes ipsi, definitiones hmôi recitare noluimus.

Iul. Car. ¶ At plurimum ad nos spectare uidentur. nemo .n. crederet eos sub anathemate esse, qui eiuscemodi definitionum fuerãt autores, quę non in symbolo celebrãtur. Sed magna inter hos libros discre pantia esse uidetur. nam in Constantinopolitano symbolo, quod ab Ephesina & chalcedonensi synodo constat citatum fuisse, neq3 deum de deo, neq3 de cœlis, legitur in hoc libro. operęprecitiũ igi/ tur est hoc in uetustioribus libris inspicere. Est ne ita Reuerende pater an non?

Mar. ¶ Ipsi sane symbolum celebramus, quod scripturę relictum fue rat: si autem inter uos talis controuersia est, uos uideritis.

Iul. Car. ¶ Hic non est scriptum de cœlis. in imargine autem ita legi/ tur, nota græcos qui celebrant de cœlis.

Ruth. ¶ Num uos de cœlis uon celebratis?

Iul. Car. ¶ Id ipsi celebrare solemus.

Ruth. ¶ Ergo conuenimus quemadmodum in nostris libris est scri/ ptum. unde autem uestra hęc ambiguitas orta fuerit, ignoramus. Siquidem igitur sic ab omnibus celebratur, quemadmodum in nostris ac uetustissimis libris legitur, nullam ipsi tenemur redde/ re rationem, cur in uestris libris discrepantia sit.

Iul. Car. ¶ Hæc ideo protuli ut ostenderem id addi symbolo potuisse, quod non esset alienum a ratione: ut constat post Ephesinum in/ terdictum accessionem congruam ad symbolum factam fuisse.

Andr. ¶ Sed neq3 ex sextę synodi inhibitione prestantissimi Patres po/ testis nos merito incusare: quandoquidem ipsa synodus de alia tã/ tum fide, diuersoq3 symbolo sentiebat. Ipsi uero, ut supra multis ac fortissimis argumentis probauimns: non aliam fidem colimus neq3 diuersum symbolum celebramus. Nunc ad Agathonis litte/ ras ueniamus: quas iterum obsecro recitetis. Sententia nostra Pa/ tres Amplissimi litteris his confirmatur: Huic uni summo studio inquit incumbentes, ut nil prorsus eorum minuatur aut mutetur, aut quicq̃ ipsis addatur: uerum omnia in uerbis atq3 sententiis ea/ dem permaneant: & infra Constanti animo sumus, ut decreta a catholica & apostolica sede nobiscũ pro fide tradita, seruemus atq3 colamus. Satis est ergo ut in sententiis, hoc est in significatione & intelligentia, rata maneant: iuxta illud Apostoli, Corde creditur

(Margin: Agathon. — beside "ras ueniamus"; Paul. — beside "intelligentia")

ad iustitiã, fides autẽ non solũ in mente, uerum etiã in cõfessione cõsistit. quę quidẽ nõ nisi uerbis fieri potest: porro quoniã apud Aristotilem uoces sunt eorum quę sunt in anima passionum notę, animorum uidelicet affectus significantes: iccirco quid quisq; profiteatur, intelligi bene non poterit: nisi uerba mẽti conueniant, ut exemplari exemplum: bene ergo credimus non licere, uerba rationi contraria uel diuersam significantia fidem apponere symbolo. paulo uero supra probauimus declarationem ad perfectam intelligentiam pertinentem non esse uetitam. Agathon igitur summus Pontifex uerba diuersam tantũ fidẽ significantia prohibuerat.

Iul. Car. ¶ In Agathonis symbolo Patres optimi nonnulla sunt uerba, quę Constãtinopolitano symbolo multis aliis ablatis is addiderat. nã abstulit quidẽ hęc, et in unum Dominum Iesum Christum, et ex patre natum ante omnia sęcula, necnon lumen de lumine, deum uerum de deo uero, genitum non factum. hęc autem addidit quę in cœlo, et in terra. quę quidem uerborum accessio, declaratio potius q̃ additio debet nuncupari: quę declaratio, ut sępe sępius dictum est, nullis pręscriptis legibus prohibetur. Siquidẽ igitur Agathoni licuerat Constantinopolitano symbolo nõ minus addere, q̃ ab eo uerba plurima auferre: non tamen propterea ipsum accusatis, cur nos paruę huius Additionis ex filio, quę uerum significat, tam uehementer arguiti

Andr. ¶ Probitas ergo & innocentia nostra ex his quę diximus, explorata est, ac nos immerito a uobis incusari. Nunc autem ad septimã synodum uenimus, cuius in primis symbolum recitetur.

Iul. Car. ¶ Maxima librorum nostrorum discrepantia uidetur esse: nam in nostro uetustissimo scriptum est, ex filioq;, in uestro autem minime: sed de hoc alias.

Andr. ¶ Symboli particulam ex filioq;, a septimo generali concilio cõstat celebratam fuisse: sed hoc alias accuratius perscrutabimur. symbolum autem dixistis a maioribus nostris ita probatum & obsignatum fuisse, ut nulla ratione mutari liceat: quemadmodum ex eo cognosci potest q uerbum θεοτόκος idest deiparara, in symbolo neutiq̃ celebratur. de qua cum esset Nestorii temporibus uocatum in dubium, an Mater Dei nominari deberet, necne: habita diligenti consideratione concilium definiuit, ut uera Dei Mater appellaretur. quod tamen symbolo (ut dicitis) nolẽs addere, decreuit ut in actis eius conscriberetur, posteritatiq; tradderetur. quę

omnia Patres Amplissimi concedimus, ac uera fatemur esse. Sed ideo necesse nequaq̃ fuisse, ut uerbum illud symbolo adderetur: ꝙ pluribus aliis symboli uerbis cognoscitur, Mariam Virginem Dei genitricem esse. Nam ex Patre natum, et consubstantialem patri, (filius.n. Deus est quemadmodum etiam pater) amplius et incarnatus, et homo factus: omnia hæc in symbolo celebrata, procul dubio Deum & hominem natum esse significant. Prę terea tametsi definitiones & symbolum in aliquo differunt, in pluribus tamẽ cõueniunt. Nam differre quidem uidentur, ꝙ plura eorum quę ad fidem pertineant, a definitionibus q̃ a symbolo continẽtur. de quibus in prę sentia dicere nõ est opus. Nam multa uolumina decretis eiusmodi plena sunt: conueniunt autẽ ꝙ simul ad nostram spectãt religionẽ. propterea nostri maiores ipsius symboli ac decretorum omnium autores pro cunctis similiter interdixerant, ut symbolum pariter & decreta, uim eandẽ habere ostenderent. Vnde euenit ut eorumdem symboli ac decretorum prę uaricatores in quibusdã cõuentibus anathemate fuint deuincti, non tamen propterea Christifidelibus uisum fuit fidẽ in aliquo diminutam fuisse: Virginẽ autẽ Dei genitricem fuisse, tantundem est in definitionibus fuisse repositum, ac si in symbolo celebratum fuisset. quod tñ si patres ii facere uoluissent, his quas supra diximus rationibus, proculdubio potuissent: quẽadmodũ posteriores synodi multa symbolo uerba addiderunt, quę non ita ut uerbum Dei genitrix, necessaria fuisse uidentur. illis.n. synodis exploratum fuerat, quę de seruatore nostro in nicęno symbolo celebrantur, q̃ maxime satisfacere.

¶ In hoc ualde dissentire uidemur, si omnia post primum concilia generalia, uerbum deiparam addere symbolo uoluissent, utrũ potuissent an non? Et si calcedonense concilium, quod materiam hanc tractauerat, id fecisset, an prophanũ fuisset? respondeat, ergo pater Ephesius: respondeat inq̃, ac affirmet, uel deneget. Iul. Car.

¶ Non necessarium esse uidetur, ut ad hoc solum respondeat: uerum tota intellecta oratione uobis ad omnia respondebitur. Impe.

¶ Videre uideor mentem uestram Patres amplissimi. Creditis n. sanctos calcedonensis concilii autores fuisse prophanos, si uerbum deiparam symbolo addidissent. At si synodorum dignitatis rationem habere uolumus, eãdem cunctis facultatem fuisse credemus. Sin autẽ ipsarũ autorũ numerũ considerare uelimus, in Ephesina sane ducentos, in chalcedonensi uero sexcentos & triginta patres Iul. Car.

fuisse constat. qua quidē ratione hæc illa dignior, maiorisq; potest a/ tis fuisse uide retur.

Andr. ¶ Satis nobis uidetur Patres Amplissimi uestris quęstionibus respō disse ipsasq; dissoluisse. Nam symbola & decreta diuinaq; dogma/ ta, necnon sanctorū litterę, quas in mediū protulistis, in hoc conue nire uidentur: q cuncta significant, nemini Christifideli licere diui/ no symbolo fidem aliā addere, litteris ue mandare aut quouis mo/ do pferre: qnquidē Patres hi de uerbis nihil curauerāt. Ipsiaūt de/ mōstrauimus Ro. Ecc. neq; nominibus, neq; uerbis, neq; aliqua ra/ tiōe diuersam fidē posteritati pdidisse. patet etiā illud ex filioq;, qđ ipsa Romana Ecclesia solet in symbolo celebrare, nequaq̄ fuisse uetitū. Sequitur caput ultimū explicare ac multis argumentis pro/ bare, Romanę Ecclesię licuisse particulā ipsam dilucidare prędica/ req;. Cū pręsertim sanctorū Patrū sententia mota, magnorū Prin/ cipū autoritate adducta, magna deniq; necessitate coacta fuerit: p/ pterea q; maiores nostri huic snię facillime acquieuerant. quēad/ modū uos qui proborū parentum probi filii esse censemini, facere ac sentire nobiscū deberetis. Sed nunc sanctorū doctorū autorita/ tes in mediū afferamus, ac in primis Augustini illustrissimi latinorū doctoris: quē quinta synodus consecrauit: quippe qui multis in lo cis pręsertim in libro de Trinitate, sanctum Spiritum ex patre fi/ lioq; procedere scriptū reliquerat. Idē etiā Clarissimus doctor Am/ brosius litteris mandauerat. Idē Gregorius noster testatur. Ilarius etiā, quē magnū appellare soletis, eandē sententiā in libro de Tri nitate reliquerat. quorum omniū doctorū sententiam si diligenter perpenderitis, proculdubio cognoscetis Romanam Ecclesiam nil absoni, nil incongrui, nil deniq; quod cū sanctorum Patrū dogma tibus pugnet profiteri. Sed ut ueritas melius illustretur, nonnullos etiā uestrorum doctorum testemur. Nam magnus Basilius in Epi/ stola ad canonicas naturalem Patris & filii sanctiq; Spiritus ordinē descripsit: Sanctus Spiritus inquit Patri quidem & filio connu/ Bas. meratur: cū supra omnē creaturam sit, ordine uero tertius est. ut Euangelista nos docet domino dicente, euntes in uniuersum mū/ dum baptizantes in nomine Patris & filii & Spiritus sancti. qui au tem eū pręponit filio, aut superiorem Patre dicit, hic contra dicit Dei traditioni, & alienus a sana fide est quam accepit, laudationis formā non seruās. Et post pauca, quare siquis hunc ordinē peruer/ tit, ipsam personarū existentiā et totā fidē inficiatur. Beatus item

Gregorius magni Basilii frater, ac in dignitate & doctrinā ipso neꝗquaq inferior inquit, filium immediate ex patre esse, idq ipsius filii proprium esse. Athanasius etiam, qualem ordinem inquit & naturā filius habet ad patrem, talē ordinē & naturā Spiritus habet ad filiū. Sed ad eundē Basiliū redeamus. qui zacharię illud aurea lampas exponens, quēadmodū inquit Pater naturaliter ac essentialiter sanctū Spiritū habet, ita etiā filius eundē sanctū Spiritū habet. Beatus quoq Ioannes Chrysostomus super Ioanne Euangelista, omnia inquit filius est, quę & pater: hoc excepto, ꝙ ille quidē est genitor, hic aūt natus. Sunt etiam alii orientales doctores, qui hanc sententiā memorię prodidere, de quibus suo loco dicemus. Nunc autē quādoquidē tota nostra difficultas uidetur esse in uerbi procedere ui percipiēda, iccirco nonnullos uestros doctores in medium producemus, complures uero alios ad aliud tempus seruabimus: qui omnes professi fuerāt sanctum Spiritum ex filioq procedere. In primis igitur Symeon Metaphrastes uestris in Ecclesiis celeberrimus accedat: qui in Beati Dionysii uita inquit, terminum corporeę peregrinationis accipit, et quæ Spiritus sunt Spiritaliaq exercet, ac in cœlos Christus meus ascendit, ad paternamq sedem reuertitur: et Spiritum qui ex ipso procedit dissipulis suis demittit, ut ipsi gentem infidam regant. Ex huius sancti sententia pręstantissimi Patres apparet, Spiritum ex filioq procedere, quēadmodum Rom. Ecclesia profitetur, uerum esse. quam.n. apud græcos genitiuus casus uim habet, eandē apud latinos Ablatiuus sibi uendicare uidetur. Anastasius etiam de mōte sina ueniat, qui in sermone de nostris ueris dogmatibus inquit, ex corporis proprietate ac membrorum analogia similitudineq capientes exemplū, diuinarū personarum relationem, mutuāq dependentiam compręhendimus. Sic.n. Spiritus oris eius, hoc est Dei sanctus Spiritus nominatur, cum os unigeniti sit: Rursus Spiritus qui ex ipso procedit & mittitur, non solū ex patre, uerum etiam ex filio. legatur & theodoriti dictum, ac ad ipsum Cyrilli responsio. Sed accedat magnus ille uester doctor Epiphanius, qui super his dictis, ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis, dicit ita. Si ergo a Patre procedit, & de meo accipiet, dicit Dominus, quēadmodū nemo patrē nouit nisi filius, & nemo filium nisi pater, ita equidē proferre audeo, ut Spiritum nemo nouerit, nisi pater & filius, a quo procedit & accipit. hæc sunt doctorū uestrorum sentētię pluribus

Marginal notes: Greg. Na. — Atha. — Bas. — Ioan. Chrysostomus. — Symeon. — Anas. — Epi.

aliis omissis, de quibus in præsentia mentionē facere nolumus: quibus Rom. Ecclesia innixa non putat quicq̄ aliud celebrare, q̄ quod sancti conciliorū gn̄aliū autores, ac eorundē posteriores, nobis tradiderant. maior pars quorū, ut Anastasius & Maximus testantur, in ipsis conciliis fuerat: ergo uerū est, ex filioq; proferre, idq; necessario additū, quēadmodū orientalis Ecclesię Patres hereticorum importunitate coacti, multas symbolo particulas declarauerāt. Nāq; nestoriana secta in orientali Ecclesia prædicabat; sanctum Spiritū neq; ex filio esse, neq; ab eo esse accipere, ut ex Nestorii symbolo patet. Theodoritus quoq; ipsius nestorii conscius, illud Pauli, Spiritus filii, declarans, dicebat idem sanctū Spiritū non accipere esse a filio. propterea Cyrillus litteris mandauit sanctum Spiritū esse per filium, ac filii esse; & ab ipso profluere. quam profecto sententiā nō dixisset, nisi coactus fuisset hereticorū ipsorū opinionem euertere: quemadmodū etiā Rom. Ecclesię contigit. Nam maximo in Gallia & in hispaniis schismate iminente, cum iam ex filioq;, passim celebraretur, Romano Pontifici fuit necesse, in multorū occidentaliū amplę dignitatis magniq; consilii patrū conuentu, addito ex filioq;, symbolum magis illustrare; nequaq̄ sane putanti quicq̄ indigni cōmittere: quippe qui non fuerat nescius conuentus multos ante primam nicęnam synodum celebratos fuisse: initio Antiochię contra Paulum Samosatenum: deinde Angirę aduersus eos qui reuertentes ad fidem, a qua tormentorum metu defecerant, recipere recusarent. postea uero neocęsareę: quos tamen conuentus omnes synodus ipsa nicęna cōprobauit: nonullis eiusdē neocesariensis côuētus de septē diaconibus actis exceptis: quę cū pbāda nō essent, refellit. Conuentum etiā sardensem, occidentalem postea nuncupatum, Constantini temporibus celebratum, synodus secunda suscepit: ad quem cum septuaginta Patres orientalis Ecclesię conuenissent in ipsum intrare noluerant: q̄ patres occidentales Paulum & Athanasium excludere noluerunt, qui quidem patres nicęne tum synodi gesta ab omnibus Christianis suscipi ac excoli debere decreuerunt. quod quidem decretum secunda deinde synodus sine ulla controuersia confirmauit. Sed rem altius repetamus. Imperante Constantino, Magni Constantini filio, Constantius frater eius cum arianis hereticis cōspirabat, maximo sane desiderio affectus, ipsius nicęnę synodi acta rescindere; ipsamq; piam doctrinam funditus euertere. quę summus Pontifex egre ferens Imperatori scripsit: is

autem Constãtio fratri suo minatus est, se ei bellũ acerrimũ illaturũ,
nisi a tali proposito recessisset. propterea sardense ipsum particu/
lare cõcilium fuit celebratũ: quod in tertio secũdę synodi canone,
occidẽtale ut supra dictum est nuncupatur. In quo sancitũ fuit, tre/
centorum decem & octo patrum fidem in prima synodo traditam,
ueram & sanctam fuisse, atq; ab omnibus Christifidelibus comple/
ctendam & excolendam. quam deinde sanctionem ipsa secũda sy/
nodus approbauit; ut in hoc græco de Ecclesiastica historia uolu/
mine legitur.

¶ Q uis nam est autor huius uoluminis? Imp.

¶ Hermeus. And.

¶ Est ne rationi congruum ut in synodo historię innitamur? Imp.

¶ Ad cognoscendum res gestas serenissime Imperator, historia uti And.
debemus. Nam & Euangelium, ac uetus sacra scriptura, instar hi/
storię posteritati tradita fuerat.

¶ Historiam illam in nostra religione debemus suscipere, quam Imp.
maiores nostri probauerant; aliam uero minime.

¶ De Romanorum, aut Gręcorum, aut regum bello historia mi/ And.
tissime Imperator in synodo nequaq̃ uti debemus; Sed cũ histo/
ria hæc Ecclesiastica mera sit, in qua cuncta omnium synodorum
acta, & patrum sanctorum definitiones & canones explicãtur, cur
ei credẽdũ nõ est? Cum præsertim in uestro græco, ne dum in no/
stro uolumine res eędem narrẽtur? Sed ut lubet humanissime Im/
perator, omissis his, unde digressi sumus reuertamur; Vt nostrę fi/
dei ueritas patres Amplissimi, dicebamus, magis illucesceret: ma/
gna præsertim urgente necessitate, Romanam Ecclesiam hac ue/
ra particula ex filioq; superaddita, symbolum declarasse ac diluci/
dasse. Sed si quis queret cur ad id cæteras Ecclesias conuocare no/
luerit, ingenue respondebimus, incertum nobis esse an nõ fue/
rint cõuocatę. Deinde Romanam Ecclesiam ad cõuocandas ipsas
nequaq̃ obstrictam fuisse. Nobis namq; notissimum est ueteres il/
las synodos diuerso patrum numero fuisse celebratas. Primam ui/
delicet trecentorum decem & octo. Alteram centum & quinqua/
ginta. Tertiam ducẽtorum. Q uartam uero sexcentorum triginta,
& quæ quãdoq; pauciores patres decreuerant, ea sine cõtrouer/
sia, a cunctis suscepta fuisse: ut septimę synodo cõtigisse constat.
Cui posteaq̃ Cõstantinus Imperator se litteris excusauerat, cur plu
res pręsules non conuenerint, nec ipse adesse potuerit, q magnis

negotiis fuerat impeditus, eam magna ueneratione suscepit, ac eius acta probauit. Siquidem igitur tot occidētales Antistites prę/sente summo Pontifice, cui ad celebrandum concilium summa fa/cultas fuit & est, ut uestri quoq; doctores testantur; concilio cele/brato symbolum declarauerant: nihil referre uidetur, si nonnulli pręsules abfuerunt. Accedat autem Stephanus doctor uester ac testetur iniussu summi Pontificis synodum celebrari non posse: qui cum uidisset quosdam Constantinopoli congregatos, magno affectos concilii conuocandi desiderio, eos uehementissime incre/pauerat, dicens quo nā pacto iniussu summi Pontificis, ac eius ab/sente uicario concilium conuocare celebrareq; potestis? ueniat & beatus Cyrillus, qui Cœlestini uicarius ut prędictū est, Ephesinę sy/nodo pręfuit: ad quam cum Ioannes Antiochenus pręsul serius ue nisset, Cyrillum increpauit, q se suisq; sociis absentibus, eam iam cęperit celebrare: proptereaq; uolebat eius acta rescindere. Cui Cy rillus respondit, satis ei fore cōsultū si in synodū introduceretur, ipsi autem non licere acta synodi reprobare: ita ut quę antę ipsius Io/annis aduentum acta fuerant, firma ualidaq; permansissent. Ergo nec uobis conuenit Patres Amplissimi Romanam Ecclesiam incu sare, q in consultis uobis symbolum declarauerat. Pręterea cur a Romana Ecclesia conuocari deberetis si non inscii quemadmodū iam diu symbolum celebraret ac prędicaret, non solum ei contra/dicere noluistis, uerumetiam longum tempus cum ipsa coniuncti fuistis? Ex quo quidem facimus coniecturam uos ob eiuscemodi symboli declarationem haud in nos commotos fuisse, neq; a nobis seiunctos. propterea sanctus Maximus dicere solebat, Romanam Ecclesiam ab orientali immerito accusari. Cuius litterę ad Mari/num scriptę legantur. Quibus quidem gręce recitatis atq; a colos/sensi pręsule latine expositis, Nicolaus gręcorum interpres habita dicendi facultate dixit ita. non bene Pater Reuerēde interpretatus hoc dictum es, dicēs, sanctū Maximū litteris mādasse, gręcos unicū sancti Spiritus principiū cognouisse. nō.n. ex his litteris hic sensus elicitur, uerū gręcos filiū sancti Spiritus cām neutiq facere, q unicā filii sanctiq; Spiritus cām patrē nouerāt. tū Pręsul colossensis de his inquit suo loco dicemus: quando etiā demonstrabimus sanctum ipsum hanc intelligentiam habuisse. porro autē sit satis nobis pro/basse beatum Maximum putasse Romanam Ecclesiā iniuste incu sari. Sed uideamus & aliud dictum eius. Tum Nicolaus noueritis

Ste/pha.

inquit p̄res amplissimi dictũ hoc nõ fuisse Maximi, sed ab alio scriptum post schisma fuisse. Tum colossensis de his inquit alias accuratius agemus. Nunc aũt ex his hanc habemus cõclusionem summum illum Pontificẽ sextę synodi tẽpore fuisse; ut ex eius scriptis cognoscitur: qñ etiã symbolũ cũ particula ex filioq;, nõ ignorantibus uobis Romana Ecclesia celebrabat. nequaq̃ ergo proferre debetis id inscientibus uobis additũ fuisse. Amplius ex septimę synodi actis apparet particulã ipsam tũc probatã, susceptamq; fuisse. Cõstat namq; synodum ipsam nullã de Nicęno Constãtinopolitanoq; symbolo mentionem fecisse, quemadmodũ fecerant priores: propterea quia cunctis iam fidelibus notum fuerat utrumq; simul pro unico suscipiendũ, ac nullam de symbolo controuersiam esse. prępterea ex Tarasii Constantinopolitani pręsulis litteris; in tertia eiusdem synodi sessione scriptis, apparet, sanctum Spiritum ex Patre per filium procedere: quod idem esse probabimus ex filioq;. siquidem igitur soli Tarasio id egisse licuerat, cur nõ Romano Pontifici cũ tot occidentaliũ patrũ cõcilio non licebit? pręterea uetustissimum septimę synodi librum habemus, in quo plane sanctũ Spiritũ ex filioq; procedere scriptum est, ut multis etiã aliis annalibus constat, argumentisq; plurimis ipsi demunstrare possemus. Sed quoniam sessione proxima octaui concilli meministis, ideo quędam nobis ad ea prius dicenda sunt, quæ nobis tũc obiecistis. Photius nãq; Romanę Ecclesię inimicus acerrimus, nullam de symboli additione faciens mentionem, in Nicolaum ac Adrianum summos Pontifices litteris inuectus est plurimum. qui cum in eos meliorem inuehendi materiam habere non potuisset, q̃ ipsos pręuaricatores legis, anathemateq; notatos esse probare, id tñ nequaq̃ fecisset: argumento maximo est Romanam Ecclesiam a uobis immerito accusari. Amplius Rom̃. Ecclesia, summusq; Pontifex ab eodem ipso cõcilio, sciente quo nam modo symbolum celebrarent & prędicarẽt, summopere laudantur: ac Photius ipse pro Ignatio condemnatur. Ormidas præterea summus Pontifex, qui ante quintum conciliũ Iustiniani Imperatoris tempore fuerat, quasdam litteras scripsit, quas Ioannes Constantinopolitanus pręsul, ac cæteri oriẽtales eiusdem tempris pręsules ęquo animo suscepere: q̃uis in eis clarissime scriptum fuisset, sanctum Spiritum ex filioq; procedere. Cur igitur Patres Amplissimi additionem ipsam disiunctionis, ac dissidii nostri cãm fuisse asseueratis? nolẽtes ea manẽte nobiscũ iũgi, sed neq; ueþ

rationiq; cōsonum esse uidetur, Octauū illud concilium antiquatū fuisse, cū neq; Ro. Pōtifex, neq; uicarius eius in illo ultimo cōuentu, qđ pauloante octauū cōciliū nūcupastis, adfuerit. Si eñ adfuisset, in eius annalibus proculdubio scriptū fuisset, qũquidē oïa Romanoꝝ Pōtificū gesta etiã non nimis necessaria, memoriȩ diligētissime tradi solēt. Prȩterea si cōuētus ipse Ioannē summo pontificatu priuauerat, ac simul interdixerat, ut hæc symboli particula nō amplius celebraretur: cur Rom̃. tũ Pontifex nō idē in sua Ecclesia statuit? cur deinde uobis cũ prophanis anathemateq; deuinctis cōsuetudo fuit? Cur deniq; tot summis pontificibus in hoc etiam queadmodũ pluribus aliis in rebus fecistis, nequaq̃ contradixistis? ex quibus sequibur, ut uel ipse conuentus celebratus nō fuerit, uel hac de re nullã prorsus fecerit mentionē. hæc ergo particula ex filioq; patres optimi neq; additio est, neq; unq̃ prohibita fuerat: sed explanatio, ac nō aliena a rōne dilucidatio est: ut pote quæ a nostrȩ fidei ueritate, ac ipsius rei necessitate, necnō Rom̃. Pontificis facultate, multoꝝ deniq; prȩsulũ autoritate causam habuisset. quã cũ uos tolerãdo, ac tot annos tacēdo, minimeq; cōtradicendo confirmasse uideamini, cur nũc cōtra nos cōmouemini? Si alia rōne adducti uostram amicitiã fugitis: eam nobis obsecro patefacite. Namq; qui sanctũ Spiritum ex solo patre procedere diceret, is plane sanctoꝝ patrum sententiȩ ac uerȩ fidei cōtradiceret. Duorũ.n. alteꝝ incōmodũ necesse esset incurrat, ut uel in diuinis personis non naturalē ordinem esse credat, aut filiũ sanctumq; Spiritũ, patris creaturas esse. In quē quidē errorē Arius & Eutichius ac Macedonius inciderunt. quem cum Ro. Ecclesia clare uidisset, occidentaliũ patrum consilio, summaq; sapientia diuinum symbolum declarauerat: ut autem uobis pateat solã hanc petri sedē nostrȩ fidei declarādȩ facultatē habere, contra quam portȩ inferi hoc est hȩreses neutiq̃ prȩualebunt, quēadmodum huc usq; minime prȩualere potuerant: hȩc sola græca legatur autoritas: quæ inscribit Epistola super sermone de fide: tam etsi plures alias grȩcas autoritates ad hãc rē pertinentes habeamus, prȩsertim beati Cyrilli thesauros, in quibus Romani Pontificis facultas & dignitas plurimum resplēdet. Sed hæc hactenus in prȩsentia. Silentio autem prȩterire nolim, Romanam Ecclesiam, cuius humeris incumbit ueritatem reddere clariorem, hanc quoq; ueritatem ex filioq;, necessario suscepisse. quæ quidem si non implicite uel explicite suscepta fuerit, seruari poterit nemo. Si quidē

igitur patres optimi orationi nr̃e uelitis, ut par est, acquiescere, non alia re opus fuerit, nisi ut clausis ac postpositis libris, oẽs ueritatẽ hãc amplectamur, ac in Dei Ecclesia cõiungamur.

Q̃m reuerendi patres Agathonis lr̃is uehementer inniti uidemini, iccirco nõnulla ꝓferre uelim, quæ Colossensis rñsionẽ cõfirmẽt ac ipsam clariorem reddãt. Sed prius hę litterę perlegantur. Si ueritatẽ inquit silentio prętereo, quã uerbis his, pasce oues meas, & tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos, iussus sum pręstare uolentibus: qñ nobis necesse est Christianos ea docere, quæ ad uerã fidẽ pertineant. et infra, tota catholica Christianoꝝ gñaliaq; cõcilia, eius, hoc est Romani Pontificis doctrinã fideliter amplexata, nec non sancti oẽs doctores ipsius Ecclesię lumina, eiusdẽ doctrinã sequentes, & reliqua. Cũ ergo quippiã agitur de fide, necesse est Romano Põtifici ambigua declarare, eademq; prędicare: synodis uero, totiq; Ecclesię doctrinã eius suscipere: queadmodũ ex his ipsis Agathonis lr̃is habemus, quas sexta synodus suscepisse uidetur, sed hæc hactenus. Et si lubet surgamus, cumq; uobis uisum fuerit, sessionem aliam celebremus. tum sancta synodus iussit, ut ad primam diem mensis Nouembris Sessio fieret. — Agathon. — Iul. Card.

Die Sabbati prima mensis Nouẽbris Octaua Sessio Ferrarię.

Rationẽ uestrã patres amplissimi ęquo aĩo audiuimus, cui modo nos respõsuros, oportet etiã uos mutua beneuolentia auscultetis, ita ut dictio nr̃a mutuo habeat amore, nosterq; sensus sic expliceẽt, ut ad sanctã Eccliãꝝ unionẽ oẽs aspicere uideamur: agẽtes ea, quæ oporteat agere, refellẽtes uero, quæ ad ipsum nostrũ finẽ ꝑtinere nõ uideanẽ: ut nõ ipsis magis indulgere, q̃ uniuersalis Ecclię cõmodo uelle cõsulere cẽseamur. Ipsi quidẽ uobis ꝓmitimus nõ ullũ uerbũ ꝓferre, uel patiẽter auscultare, quod inhonestum esset, uel simultatẽ inter nos aliquam posset parere: credẽtes idẽ uos uelle, ideq; sentire. sed dum hæc agimus attẽdite obsecro. Sermonẽ nostrũ patres amplissimi partes in quatuor diuisistis: ac nõnullas rõnes pro parte qualibet attulistis, quibus creditis nos innixos, eiusmodi sñiam habuisse: unde postea euenit, ut nobis cõtradicere cupiẽtes, ea demõstrare aggressi fueritis, quæ neutiq̃ ad rẽ attinere uiderenẽ. Initio nãq; cõclusiões quatuor oñdere ꝓmisistis. Primo ex filioq; particulã, nõ additionẽ, uerũ — Bessarion.

declarationem, ac symboli dilucidationem esse. Secūdo Romanā Ecclesiā facultatē habere declarationes eiusmodi faciendi. Tertio particulā ipsam ex Ecclesię doctoꝝ sn̄ia uerā esse. Postremo cognita hmōi ueritate, Christicolas oēs ipsam suscipere, prorsusq; conse/ctari debere. porro aūt longa oratione de duabus primis partibus per uos habita, de aliis duabus sessione pręterita uerba facere promisistis. Rursus ad secundā redeuntes partem, de ea dixistis plurimū, quinimmo ur̄a tota fere oratio in ipsa uersata fuerat: ut scilicet ꝓ/baretis, Romanę Ecclesię licere obscura declarare, ac eiusmodi de/clarationē diuino symbolo addere. quæ cū modestissime ageretis, a nemine nostrū interpellati fuistis. Ad extremū aūt protulistis, & si ualde cōueniens esset reliquas duas partes ostendere, nobis tn̄ uolē/tes facere gratū, nolle quicq̄ de eis proferre. pro quo qdē uestro in nos officio uobis magnas agimus gratias: licet in eo nō minus uobis ipsisq̄ nobis satisfeceritis, q̄ de oībus partibus late disseruistis. Nos aūt nō oēm uestrā orationē forsan ad rem pertinere, breuibus amiceq; uobis demōstrare promittimus, ab extrema parte sermonis ur̄i summētes exordiū, de qua ꝑfecto plurimū dixistis: tametsi paulo/ante de ea nihil proferre promittebatis. porro etiā ipsi concedimus ueritatē, cōmune bonū, atq; oībus mortalibus conducibile esse. Ita ut qui mētis sit compos, cōtra ipsam quicq̄ agere proferre ue mini/me debeat, sed modis oībus eā inuestigare, ac inuentā sectari pręq; oculis semper habere. Nō ergo nos laborare oportet, ut quæ oībus sunt notissima, ea tractemus, ac demōstremus, ueritas.n. simplex existit, ac nō multis indiget argumentis. parte igitur ipsa postposita ad primā simul & tertiā ueniamus. de quibus profecto multa dixistis, et si de tertia parte, ut pauloante dictū est, nil uelle dicere uidebamini. Sed neq; de ipsis nunc agere nobis opus esse uidetur: uerum cū ipsius dogmatis ueritatē, de qua pręcipue agimus, uelimus in/quirere, an sanctus Spiritus ex filioq; procedat, tunc de eisdē dua/bus partibus diffusius disseremus. Reliquū igitur est, ut ad secundā tantūmodo partē in pręsentia respondeamus: an Romanæ Eccle/sięliceat declarare, ac eiusmodi declarationes in symbolo celebra/re. nequaq̄.n. posse fieri credimus, simul de oībus his partibus di/sputare, ac simul in omnibus conuenire: uerum ab una in aliam uenire, ac sic de omnibus agere, necesse nobis uidetur. Opor/tet autem ab ea parte incipere, quæ prior cæteris secundum natu/ram existit. Nam nisi probare poteritis, Romanam Ecclesiam

addendi facultatẽ habere, quid obsecro uobis proderit demõstrasſe, sanctũ Spiritum ex filioq; procedere, uerã declarationẽ esse: nil prorsus, propterea ꝙ licet id clarissime ostẽdatis, ipsi tñ uobis respõdebimus, tametsi uerum sit, symbolo tñ apponi nefas esse. qñ etiã multa alia uera sunt, quorum nullam factam ad symbolum fuisse uidemus accessionem. Tota igitur nostra controuersia in secunda parte consistit. propterea de ipsa nostram orationem precipue habebimus: In primis leuiter perstringẽtes, quæ fuerant a uobis prolata, ut his quæ perperam dicta fuerint, in aliud tempus dilatis, de eis tñ in pręsentia differamus, quæ nobis uideantur ad propositum pertinere. dignum autem admiratione non fuerit, si ad uestrã prolixam orationem longa utamur responsione, in hoc præsertim initio: nam imposterum erit necesse breuibus agamus, interrogando mutuoq; respondendo, quousq; ad conclusionem aliquam peruenerimus. pro uiribus tñ in pręsentia quoq; breuitati studebimus. Sat esset profecto ut paulo ante dictũ est, de secunda tñ quęstione disserere, de qua pręcipue agitur, uerum ut nostra oratio uberior habeat, omissis superfluis, de prima etiã nõnulla perstringemus, quæ non aliena a proposito uideantur. Magno igitur uos affecti desiderio, particulam ex filioq; demonstrare diuini symboli declarationẽ esse, quod quidem sermonis uestri primum caput fuisse diximus, quodam syllogismo fuistis usi: de cuius secunda propositione, argumentisq; uestris eam (ut creditis) confirmantibus, nobis in pręsentia disputandum nõ est. rationibus uero, quas ad primam eiusdẽ syllogismi propositionem probandam attulistis, ꝙ ad rem spectare uidẽtur, breuibus respõdebimus. quam quidẽ propositionẽ in primis quodam syllogismo confirmasse putatis: deinde cęterorũ generalium cõciliorum exemplo, quippe quę nõnulla obscura symboli uerba explanauerant ac declarauerant. Postremo ex quodã patris Ephesii sermone. Ad syllogismum igitur ipsum ueniamus, cui dum respondeo, rogo attendite. Omnis additio e rebus dicitis extraneis fit, declarationẽ uero ab intimis: ex quibus nullam declarationẽ, additionẽ esse infertis. quę quidem prima propositio simpliciter cõcedatur, licet eam quo ad nostram materiam spectet, infitiari uere possimus. Secundam uero cõmuniter ueram esse negamus: fieri nam ꝗ potest ut aliqua declaratio ab intrinsecis ac intimis fiat, oĩs autẽ minime. Immo declaratio forsan quęq;, pręsertim hæc de qua agimus, quę theologica est, ad extraneum quadam ratione

refertur ac ab ipso dependet: quod primę maiorisq; propositionis rationem habet, ita ut maior ipsa uestri syllogismi propositio ab illa contineatur, ac ab ea secundum locũ obtineat, quæq; potius cõtineri q̃ continere credatur. exempli causa sanctum spiritũ ex patre procedere cõmuniter proferre solemus. quæ quidem oratio ex uerbis intrinsecis res significãtibus cõstat. uolentes autẽ eũdẽ probare spiritum ex filioq; procedere, hanc orationem extraneam sumitis, patris oĩa filii esse: ex qua deinde hanc infertis conclusionẽ, spiritum ipsum ex filioq; procedere: quam, declarationẽ appellare soletis. Cuius quidem conclusionis secunda propositio extrinsecus a sua priori dependet: quæ ut paulo ante protulimus, ab extraneo uim habere uidetur. Nõ igitur uerum cõiter est quãuis declarationẽ ex uerbis res intimas significantibus semper fieri. Nam & si nõnulla pars declarationis ab intrinsecis fit, maiori tñ ex parte ab intrinsecis constituitur: q ab axiomate, hoc est pronuntiato, uel ut dialectici dicũt, dignitate, aut saltẽ ab aliqua extranea dictione dependet. Qui ergo sanctum Spiritum ex filioq; procedere dicit, is symbolum forsan declarat, eidẽ nihilominus quicq̃ dubio procul uidetur apponere. Talis igitur declaratio additio est. Preterea uerbum ex filioq;, augumento uel rei auctæ diuersa ratione simile est. Nam augumẽtatio ut Aristotiles inquit ita fit ab extraneo, ut id simile esse oporteat. Nam ut uestro utar exemplo, tametsi nutrimẽtum extraneũ sit, id tñ simile esse necesse est. qd uis. n. quod alitur, a suo simili nutritur. Ergo cum additio duas habeat in se se rationes, alteram quidẽ ut ab extrinsecis, alterã uero ut ex similibus fiat: additio ex filioq;, utranq; rationẽ habere uidetur: Intrinseca namq; similisq; iuxta uos est, q rẽ eandem significat: Extrinseca uero atq; dissimilis, tum q dictio extranea atq; dissimilis est: tum etiam q extrinsecus & dignitate quadam probatur ac ab ipsa, ut est supradictum, dependet. Cum igitur ex filioq; additio sit, & additiones fieri constet uetitum esse, sequitur particulã ipsam, prohibitã esse: q̃uis forsan declaratio sit. Sed de syllogismo hactenus. Porro autẽ reliquis argumentis quibus eandem ipsam primam propositionẽ cõfirmastis, perpetua oratione responderemus, nisi eisdem ipsis ad secundam partem probandam usi fueritis. ne igitur eadem his repetamus, ad eã nunc ueniamus, simulq; uestras ipsas rõnes soluamus. quã quidem secundam partem silicet fas esse symbolo declarationes apponere, quatuor ratiõibus probasse uidemini. primo cũctaq;

synodorum exemplo, quæ nostram fidem declarauerant. quibusdam deinde pronuntiationibus a symbolo differētibus. Tertio principiorum scientiarum exemplo, quæ quidem principia uidentur in se se ea omnia potestate includere, quæ in eisdem tractan tur scientiis. postremo ꝙ quoniam una eademq; dignitate semper Ecclesiā fulgere necesse est, iccirco eandem facultatem Ecclesiā ipsam semper habere oporteat: hæc uos. ipsi autem credimus Patres Amplissimi nunq̄ licuisse, neq; fore ut liceat, ut diuersum dogma intrinsecis uerisq; rationibus declaretur. quæ uero a nostrę fidei principiis continentur, ea solū lucidiora reddere nobis fas esse. nam maioribus nostris non solū declarandi uerum etiam declarationes suas diuino symbolo addendi, summa facultas fuisse credit. quę deinde uetita fuerat, ne cui symbolo quicq̄ addere liceret: declarandi tamē potestas in Dei Ecclesia permanserat, semperq; manebit. Nā duo illa prima generalia concilia maxima dignitate facultateq; prędita fuerant. Postea uero quoniam nonnulli impii symbolum sępe mutando, peruersaq; dogmata non sine maxima Christicolarum pernicie ingerendo, ea facultate abutebantur: iccirco tertia synodus uidens facultatē eiusmodi perniciei potius q̄ commodo mortalibus esse foreq;, ita symbolum obsignauit, ut nemo ei quicq̄ addere posset: ꝙ ex eo nullum prorsus incommodum Christianis accideret. quo nā obsecro pacto id ipsis contingere poterit? cum eadem ipsa profiteantur, quæ diui Patres docuerant? Aut quis Christianus qui compos mentis fuerit, ipsorum patrum decreta imperfectionis incusauerit? contra ex facultate mutandi symboli pernicies magna profecto consequeretur, data quandoq; mutandorum uerborum occasione. An autē tertia synodus interdixerit, litteris multis pręsertim beati Cyrilli ad Acatium Melitinensem Pręsulem scriptis, apparet. Sancta inquit synodus Ephesi celebrata necessario prouidit, ut alia fidei expositio Dei Ecclesiis neutiq̄ ingereretur: pręter eam, quam beatissimi Patres nostri sancto afflati Spiritu definierāt. In quibus quidem litteris multa notatu digna uidentur. Sed tria tātum si lubet perpendamus. primum tertiam synodum primam inhibuisse, quod uerbum prouidit, significat. Deinde uerbum necessario. Postremum aliam fidei expositionem fuisse uetitam. pręterea memoria dignū est, ab uniuersali Ecclesiā interdictum fuisse, quod hæc uerba significant, ut Dei Ecclesiis non ingereretur. quę omnia Patres amplissimi consideremus oportet: pręsertim quod

Cyril.

exprimo sequi uidetur. constat.n.tertiã synodum primam quippiã uetuisse, duas uero priores iam pridem interdixisse, ne quis contraria dogmata proderet. Ergo sequitur synodum ipsam aliud ab eo quod iam ueditum fuerat, prohibuisse: quod ipsi credimus esse, ne uerborum mutatio uel additio symbolo fieret. quod quidem decretum ab uniuersali Ecclesia, ut supra dictũ est, factum fuerat: quippe quæ, non quid hic uel ille profiteretur, sed ne quod communiter in Ecclesiis celebraretur, & in quo bactizaremur, mutaretur, cauit: et nõ solũ aliis, uerumetiam sibi ipsi interdixit. quod plane patet ex eo, ꝙ uerbum Deiparam diuino symbolo noluerit addere. Nam & si in ipso includeretur ac ualde necessarium esset, ut eidẽ apponeretur, tñ posterioribus exemplo se uoluit esse, suum decretum re ipsa confirmando: quis ut prędictum est, propter impii Nestorii dogmata, magna necessitas urgeret, ut symbolo nomen illud apponeretur. Cum prętertim ab eo potentia contineretur. Nam hæc, filium esse consubstantialem patri, ac ipsum de cœlis descẽdisse, & incarnatum de Spiritu sancto ex Maria Virgine fuisse; deũ ipsum ex sãcta uirgine natũ esse significãt. ergo nomẽ hoc Dei genitrix, et si symboli delaratio esse poterat, haud tamen additũ fuerat: sed quispiam forsan diceret, id ideo additum non fuisse, ꝙ a symbolo clare contineretur. At alia quoqꝫ complura fuerãt, quæ quis a symbolo non tam clare continerentur, ea tamẽ posteaq̃ declarata fuerant, synodi symbolo neutiq̃ addiderunt: nam neqꝫ filii Dei cum assumpta natura nostra secundum hypostasim unionẽ, de qua tertium gñale concilium: neqꝫ dominum nostrum Iesum Christum duas post ipsam unionem naturas inconfusas seruasse, de quo quartum: neqꝫ duas uoluntates, operationesqꝫ duas habuisse, de quo sextũ tractauerat, diuino symbolo addidere: quis ea omnia diuinę scripturę pluribus in locis nõ clare scripta fuerint. neqꝫ igitur, quæ non a symbolo manifeste continentur, eidem addita fuisse uidetur, neqꝫ quæ clariora essent, tertia synodus ipsi symbolo apposuerat. nulla ergo ratione quicq̃ licet apponere symbolo: quod quidem cætera post tertium concilia generalia summa cũ ueneratione seruauerunt. Siqua tamen uobis ambiguitas in septimi concilii libro uidetur esse, eam suo loco diffusius declarabimus, & ipsum Concilium cætera fuisse sequutum probabimus: quod tantum abfuit, ut symbolo quicq̃ apponeret: ut cum cætera cõcilia declarationes suas, cum his quæ declarabant conuenienter

solerēt conscribere, eaq; simul cum declarationibus memoriç trad/dere, ipsi soli conuenientius uisum fuerit, intacta primitiua scriptu ra, suas eiusmodi declarationes litteris seperatim mādare. licet nō/nulli doctores, prçserti m hi quibus ante tertiū concilium declaran/di facultas fuerat, quadam adducti necessitate, diuersa ratione suis declarationibus usi fuerint, cum prçsertim nondum fuerit interdi/ Paul. ctum. hoc autē Pauli dictū, si quis uobis aliud prçterq̄ quod traddi/di uobis Anathema sit, neq; contra maiores nostros, neq; prorsus in nos facere uidetur. quandoquidem Paulus aliam fidem tradi ue/tuerat: maiores uero nostri fidem diuersam nequaq̄ docuerant. qui quidem Pauli sermo in omnes, qui declarandi facultatem habent, uel imposterum habere crediderint uerus est. propositum autem nostrum partim simile, partim dissimile uidetur esse: pro ea interdi cendi necessitate, quam tum fuisse probauimus. q; aūt dicitis bea/tum Gregorium sanctorum primū generalis concilii patrum fidei, nil uoluisse uel potuisse prçferre, non nil tamen de sancto Spiri/tu declarasse, quod sibi dictum obscure fuisse uideretur, uobis re/spondemus, eum non aliam fidem exposuisse, q̄uis declarandi fa cultatem haberet: q; in ea synodo esset, quam constat ante prohi/bitionem fuisse. his igitur autoritatibus quç ante tertiam synodum proditç fuerant, nequaq̄ potestis inniti. Si qua uero synodus post ipsam, symbolo dictionem uel syllabam aliquam addiderat. id ob/secro nobis ostendite. quod si profecto nobis probabitis, absq; ulla controuersia in uestram sententiā ibimus: Sed id certe nunq̄ pro/bare poteritis, cuncta .n. ipsarum synodorum acta meridiana luce sunt clariora, posteriorumq; patrū sententiç actis ipsis q̄ maxime consonç uidentur: quippe qui q̄uis abstrusa q̄ plurima dicta neces/sario declarauerint, nil tñ prorsus diuino symbolo apposuerant. sed rectam rationem inuenerant, qua quç opus essent, bene confice/rent: simulq; maiorum suorum religionem intacto sacro symbo/lo sed uerba tantum eius ambigua exponentes summa cum uene/ratione seruarent. Ex quo quidem nullum unq̄ Christianis incō/modum accidere poterit, quod ipsi ualde timere uidemini. Vna igitur ac eadem ratione maiores nostri fidem dilucidantes magno Christianis commodo fuerunt: & symbolum non tangentes, ma/iorum suorum terminos minime transgressi uidentur esse. quod au tem idem magnus in theologia Gregorius litteris mandauit, nullā syllabarū dictionum ue rationē habere, id plane nihil ad ꝓpositū

pertinet. Ipse. n. de dictionibus illis locutus est, quæ rem unam significent, quæq; de uno eodemq; subiecto prędicentur. quemadmodum sunt hypostases, personę, ꝓprietates, de quibus is loquebatur, quæ quidem rem unam ita significant, ut bis duo, sunt quatuor: necnon ut uestis pallium & indumentum: quod a nostro proposito alienum esse uidetur. Alia est.n. patris persona, alia uero filii: ita ut Spiritum ex patre procedere, aut ex patre filioq;, diuersa prorsus significent: ut suo loco diffusius disputabimus, cum interrogãdo, mutuoq; respondendo, breuibus agemus. Nunc ad aliud argumentum uestrum ueniemus, quod ex symbolo diuersis Christianorum linguis idem tamen significantibus prolato, sumitis: asserẽtes nobis de dictionibus illis curę non esse debere, quę rem unam significent, de quo quidem argumento, & si paulo ante cum de prima parte ageremus, mentionem aliquam fecimus, nunc tamẽ plenius dicimus illud sanctum Spiritum ex patre filioq; procedere, nõ solum dictiones diuersas esse, uerum etiam res diuersas significare. Nam una queq; oratio unum habet significatum: Spiritum autem ex patre procedere oratio una est, ex patre uero filioq; duę, quę licet una tantum dicatur coniunctione, duas tamen orationes negatiue contrarias continet: alteram quidem uestra nostraq; sententia falsam: alteram uero, ut nostra fert opinio, ueram: uocibus ergo diuersis eandem uel diuersas res significare non est idem. Si namq; nos gręco, uos autem latino sermone protulerimus, bona dies, ob id profecto nequaq̃ dissentiremus: rem enim unam significaremus: propterea q; coniuncti essemus, quemadmodum ante additionem huiusmodi fuimus: nunc uero non solum a uobis Romanis differamus necesse est, uerumetiam ab ipsis nostris hominibus longe dissentiremus, si tale peccatum committerent. Sed ponamus orationem ipsam rem unam significare, haud tamen propterea non interdicto tenemini, quo quidẽ omnis additio uetita est. Preterea cuiusuis scientię dicitis principia, ea omnia cõtinent, quæ in ipsis sciẽtiis tractantur: et quoniam fides nostra scientia theologica est, eius iccirco principiis dogma uestrum uerum esse probare potestis: qđ quidem nobis si probaueritis, gratias uobis agemus. ipsum tamẽ propterea fidei nostrę principiis forsan nequaq̃ addiderim: cũ incõueniens sit quicq̃ principiis addere: nostris præsertim, propter tertii cõcili interdictum. principium .n. & ea quæ post principiũ sunt, in multis, immo forsan in omnibus interse differunt: quandoquidẽ

illud commune est, hęc uero particularia: necnon ex illo solent fieri demonstrationes, hæc autem demonstrantur: illud deniq; prima syllogismi propositio est, hæc uero conclusiones. quo nam igitur pacto commune fiet particulare? uel demonstrationis principium conclusio demonstratūq; fiet? necesse est igitur posteriora a principiis suis contineantur, non autem ipsis addantur, pręsertim si quod interdictū, ut in re de qua agimus, intercesserit: tunc.n. nulla prorsus fieri posset additio. Vnde euenit ut tametsi complura uera sint in theologia, eius tñ principiis ea nequaq̄ addita fuerint. Cuncta namq; diuina dogmata ex sacrę scripturę fonte hauriuntur, quę fidei nostrę principium, ac magnum fundamentum existit: cui quidem nil huc usq; prorsus est additum, neq; unq̄ a nobis dum liberi erimus, neq; ab aliis Christianis ut credimus, addetur. Siquidem igitur diuinum symbolum in Dei Ecclesia principium esse censemus; nil ei prorsus addendum est: ipsam autem ecclesiam, unam eandemq; semper esse, ac una eademq; facultate prędítam esse debere, cōcedimus: ita tamē ut sanctorum patrum decreta seruet, ipsaq; pro diuinis uocibus reputet. Synodi namq; diuersę rationibus diuersis adductę, uariis temporibus celebratę fuere, quę quidē ad unū eundemq; finem hoc est ad hominū salutem tendentes, diuersas res pro temporum conditione tractarunt, ac de dissimilibus rebus leges dissimiles promulgarunt. leges igitur ipsas posteriores synodi seruare, queq; ab illis necessario definita fuerant, neutiq̄ preterire debent. Sic.n. magis unam ac eādem facultatem Ecclesia semper habebit: sin minus, ipsa se ipsam destrueret, sponteq; sua corrueret: quodquidem igitur a maioribus nostris prohibitum fuerit, id posteriores cauere debēt. cōtra quia illi non interdixerant, ne cui liceret expositiones suas extra primitiuā scripturā reponere, iccirco sacram scripturam ita nos exponere possumus, quemadmodum ipsam Agathon, Cyrillus, Sophronius, multiq; alii explanauerant. quippe qui quę sibi clariora reddere licebat, priuatis ea commentariis explicauerant. porro autē nobis curandū non est quid quisq; eorum dixerit aut scripserit, cum pręsertim ipsorum sensus perfectus fuisse credatur: cuiuis ergo communia dogmata seruanti, licet suam, ut sentit, fidem exponere: de communi autem dogmate, diuino ue symbolo ferre legem, fas esse nemini credimus: qua quidem ratione beatus Agathon multiq; pręsules, ac alii minore dignitate prędíti doctores, populos fidem docuerunt, quod minime ne-

bis uidetur obstare: sed hæc hactenus. Quemadmodum autem uos Patres Amplissimi de eisdē rebus bis disseruistis, & si de ipsis ab initio luculentam orationē habueritis: ita nos etiam, de quibus multa modo fecimus uerba, ea paucis repetere uolumus, tū q in superiore sermone nostro potentia cōcludūtur: tū etiā q tēpus angustum est. Tota uestra oratio Patres Amplissimi in decem uel plures partes distribui potest, quas ipsi repetentes, ac ea prætereuntes silentio, quæ ad propositū nequaq̄ spectare uidentur, tantū decē ipsis partibus q̄ breuissime respōdebimus. Initio admirati fuistis, q symbolum nicęnū recitauerimus. Ipsi uero uobis iterū respōdemus, id ideo recitatū a nobis fuisse ut uobis ostēderemus, p duarū illarū primarū synodorū amplitudine, in tertia synodo in primis citatum ac ipsarū duarū synodorū symbola pro uno tm̄ suscepta fuisse, ipsamq; tertiā synodū simul interdixisse, ne cui liceret in posterū ei quicq̄ apponere.

Iulia. ¶ Creditis ne prię secūdęq; synodi symbola i tertia recitata fuisse?

Car. ¶ Secundum symbolum lectum fuisse non diximus, sed ipsum a

Mar. primo potētia cōtineri, ut fortissimis argumentis supra pbauimus.

Bes. ¶ Deinde prohibitionem ad fidē tm̄, nō aūt ad dictiones, uel syllabas referri debere dixistis: ad qd̄ qdē oīm synodorū decretis ac definitionibus innitētes, oratione lōga rn̄dere possemus: in quibus plane decretis de symbolo ac interdicto particularis mentio fit, uerum res ipsa nobis ipsarum synodorū sensum clarissime patefacit. quippe quę quamuis sępissime aliqua cogerent necessitate, nil tn̄ prorsus diuino symbolo uoluerant addere: sed hactenus de secūda parte. Nā in tertia de scientiarū principiis mentionē fecistis, quibus etiā ipsi respondemus, id duplici ratione uerū nō esse, quod ex ipsis principiis ostendere uolebatis. Altera quidem q oībus principiis a natura concessum est, ut quatenus alicuius scientię principia sunt, in eadem fieri conclusiones non possint. Altera uero q usu euenit, ut ipsis theologię principiis in quibus uersamur, nullus post tertiam synodum doctor quicq̄ addiderit: q̄uis ea quæ declarauerant ab eisdem continerentur principiis.

Andr. ¶ Bene esset Patres Amplissimi, ut nostras orationes scriptas haberetis, sic.n. seruato earum ordine, melius ipsis responderetis.

Bes. ¶ Nos ordinē uestrarū orationū seruare putamus, ea tn̄ disponēdarum orationis partium facultate, qua uos in disserendo usi fuistis.

Andr. ¶ Id sane fieri potest, at tertium uel quartum nominare locum, lōge aliter q̄ a nobis prolatum fuerat, non licet.

Bessa. ¶ Nullum equidem orationis uestrę locum priuatim citaui, sed tertio uel quarto simpliciter protuli.

Andr. ¶ Sic esto.

Bessa. ¶ Vnde ergo digressi fuimus redeamus: conclusiones non paucas a sanctis patribus ex fidei nostrę principiis demonstratas fuisse dicebamus: quas hi principiis ipsis, aut sacrę scripturę noluerant addere: nam illud consubstantialem Patri, ac in Spiritum sanctum dominum & uiuificatem, multaque alia, quæ quis paruę sint dictiones, atque a sacra scriptura cõtentę, principiis tñ nequaquam appositę fuerant. aut igitur hæc etiã scripturę sacrę sunt apponenda, aut symbolo nil prorsus addendũ. quod qdẽ ipsorum sanctorũ Patrũ sententia, eadem prẹditũ est autoritate, qua sacra fulget scriptura. Oĩum autẽ post tertiã, synodorum acta ad ipsam tertiã ut rectã normã referri debere, non imus inficias: non ita tñ, quẽadmodũ dicitis, ut ipsius acta cęterarũ sint expositiones: namque quo pacto fieri posset, ut posteriora prioribus explanentur? cũ eius oppositũ uerum sit? Siquidẽ igit posteriores doctores pręsertim beatus Cyrillus, q Romani Pontificis uicarius tertię synodo pręfuit, necnõ post ipsum beatus Agathõ, eius synodi acta posteritati clariora reddiderãt: sequit ut ii, eorundẽ actorum expositores merito appellãdi sint. quid .n. ipsorũ litteris Clarius? Scitu pręterea dignũ est, ut nõ solũ posteriorum doctorum uerba, ad eiusdẽ tertię synodi dicta, uerũetiã eorũdẽ sensum ad ipsius intelligẽtiã referri oporteat: ita ut qua mẽte ipsa synodus interdixerat, eadẽ etiã cęterę prohibuisse putent: mẽs aũt ipi fuerat syllabarum etiã accessionẽ uetare, ut is beatus Cyrillus suis lrĩs declarauit, necessario inquit synodus interdictũ hoc fecerat, ergo cęteras etiã synodos ad eundẽ finẽ aspitientes interdixisse credẽdũ; ut re ipsa demõstrasse uidenť: quippe quæ quicquã addere symbolo noluissent, ac simul iterdixissent, ne cui liceret, cũ nõ sine magna Christianorũ pernicie fieri posset, alia cõponere symbola. quod aũt creditis hoc sancti Cyrilli dictũ, nõ tollerabimus ut ab aliquo fides mutetur & reliqua, nequaquam significare, ne cui liceret symbolo quicquã apponere, sessione sequenti uobis respõdebimus: cũ etiã perorabimus: ad illud enim nostra festinat oratio, ut breuibus interrogationibus, ac rñsionibus agere incipiamus. mihi aũt est, ut cõuenimus, cũ uno ex his amplissimis patribus differendũ, sed hęc hactenus. ad sequentẽ uero sessionẽ fauẽte Deo accingamur. tũ sancta synodus iussit ut ad diẽ sequẽtis martis sessio progareť. quo decreto sessio dimissa fuit.

¶ Die Martis. iiii. Nouembris Nona Sessio Ferrariȩ.

Bes. MAiori ex parte prestantissimi Patres orationi ue/stre pro uiribus respondisse credimus, ob tēporis aūt breuitatē, nonnulla penitus pretermisimus, nonnulla uero paucis tetigimus, quibus nūc breui respōdere intendimus, quȩ quidē sunt hæc, si bene memoria tenemus. Primū fidē mutare, ut beatus Cyrillus inquit, aliud quoddā significare q̄ quippiā declarare. Alterū, interdictū post decreta factum fuisse. Tertium, beatum Agathonē eas dictiones prohibuisse, quæ res a fi/de diuersas significarent. Quartū, eundē ipsum diuinū hoīem dū suā fidē exponeret, symbolo quædā addidisse, quædā uero ab eodē abstulisse. Quintū, minime fuisse necessariū ut uerbū deipara ipsi symbolo adderetur. Postremū sanctā Romanā Ecclesiā sanctorum uocibus motam, magnaq; necessitate coactam additionem eiusmodi suo iure fecisse. Ad quæ quidem queādmodū diximus, paucis respondebimus, ne tempus frustra conteramus: quemadmodum sessionibus superioribus nobis accidit, cum prȩsertim lōgas orationes habere, neq; coueniens sit, neq; ut mihi uidetur, ad propositū pertinens. hoc. n. pacto nunq̄ ad conclusionem poterimus peruenire: breuibus igitur si lubet agamus. partem primam Patres Amplissimi falsam esse censemus. Is. n. Cyrillus inquit, nequaq̄ tolerabimus & reliqua: quod deinde re ipsa declarasse uidetur. quippe qui nil prorsus apponens symbolo, eiusdem uerba non pauca explanauerit. De interdictis aūt post definitiones editis, quȩ quidem pars altera fuerat, is ipse Cyrillus inquit, neq; quicq̄ definitionibus licet addere, si sint declarationes, q; ad declarationem nulla fieri debet accessio. Id igitur nobis non obstat, namq; tertiȩ synodi Patres oratione perpetua de singulis symboli partibus mētionem fecere: Sed hæc & alia ad propositum pertinentia, suo loco forsan diffusius perscrutabimur. nunc ad tertiam partem ueniamus, in qua beati Agathonis fuisse sententiam dicebatis, ut fides uerbis nedum intelligentia seruari deberet, cum ipsi firmiter teneamus quoduis genus additionis ab ipso fuisse uetitum, ut ex uerbis eius percipitur. Summo studio inquit incumbentes, ut nil prorsus eorum, hoc est decretorum, minuatur, aut mutetur, aut quicq̄ ipsis addatur, uerum omnia in uerbis atq; intelligentia Agathon.

eadem permaneant. Si quidem igitur sanctus is iudicauerat a uer/uerborum additione, sensusq; maiorũ nostrorũ mutatione cauendũ esse, patet quod nos sentimus, id eius sententię magis conuenire. Et si, quemadmodum supra diximus, nihil ad propositum attinet, si in exponenda sua religione symbolo quicq̃ addiderit, uel ab eodem ademerit: propriam enim expositionem cuiusq; nunq̃ Ecclesia uetuit, neq; uetabit, ne quisq; uidelicet doctor quid sentiat de fide, p/ferre litteris ue' mandare ualeat, communem uero doctrinam tra/di, uel iam traditę syllabam aliquam a quoquam mutari posse pro/hibuit: ppterea q; sanctus ipse doctor uerbo, mutatur, usus fuerat: cuiuis igitur communia dogmata colenti, sua licet, ut nouit, expo/nere; sed de tertia simul, & quarta parte hactenus. porro autem cur quintam protuleritis partem, ipsi non uidemus: si namq; uerbũ dei/para necessarium non fuisset, nullam prorsus de eo mentionem fie/ri, ac in actis synodi scribi oportuisset: sin autem conueniens (ut creditur) ac dignum fuerat declaratione, cum symbolo non fue/rit additum, patet argumentum nostrum uerum esse. An autẽ Ro. Ecclesia sanctorum uocibus mota fuerit, necne, imposterum Deo fauente considerabimus. An uero urgente necessitate symbolo po/tuerit addere, credimus ipsam quauis necessitate cogente id mini/me facere debuisse: non enim necessitas uos excusat, cum in decre/tis ipsis scriptum non sit, urgente necessitate id fieri posse. Sed de huiusmodi necessitate suo loco forsan agemus, de potestate uero Romanę Ecclesię plurimum diceremus, nisi aliud ageremus: non enim inscii sumus, quę sit ipsius facultas, ac prerogatiua. Sciatis ta/men uelimus addendi symbolo facultatem non solum Romanę, uerumetiam uniuersali Ecclesię, generaliq; synodo interdictam fuisse. Siquidem igitur Romana Ecclesia, q̃uis facultate prędita sit, uniuersali Ecclesia, quam generalis synodus pręsefert, infe/rior est: si eiuscemodi facultatem ab uniuersali Ecclesia tollimus, multo magis ipsam a Romana Ecclesia tollendam putamus: tolli/mus inquam non nostra autoritate, uerum maiorum nostrorum decretis, sed hæc hactenus: quæ quidem non iccirco protulimus, q; nobis oĩa uiderent̃ ad propositũ attinere, uerũ ut uestrę orationi omni ex parte respõderemus, si lubet ergo, ad rẽ ipsam paucis ue/niamus, quidq; maiores nr̃i hac in re senserint exacte cõsideremus. Nos. n. credimus in uniuersum ipsos interdixisse, ita ut ne syllabã qdẽ unã symbolo liceat addere, ut ex corũdẽ actis queadmodum

sępissime dictum est, clarissime constat. ut igitur breuibus agamus, ex uobis quęrimus, an sanctorum Patrum interdictum ad symbolum uel ad aliud referatur? hæc Bessarion uir pręstantissimus. Andreas autem Colossensis Pręsul uolens respondere, longum de spiritus sancti processione sermonem habuit. Cui cum ad propositū gręcis spectare non uideretur, aures prębere, ne dum ipsum litteris mandare noluerant, quemadmodum de multis aliis superuacaneis uerbis facere solebāt. Sancta uero synodus iussit, ut sessio solueretur, et ad diem proximi Sabbati conueniret.

¶ Die Sabbati octaua Nouembris
Decima Sessio Ferrarię.

Io. Beatissimi Patris iussu Patres Amplissimi uestris orationibus respondebimus, ab his tribus exordientes, quæ in procemii speciem protulistis. Nō est nobis dicitis disputandum, ut uideamur uicisse, uerum ut ueritatem inueniamus, ac ipsam in lucem proferamus: quam quidem uestrā opinionem probamus atq; suscipimus, ac ut ueritatem ipsam assequamur, uehementer incumbimus, beati Hieronymi sententię innitētes: nunq̄ errat inquit, qui sequitur ueritatem, pręsertim fidei nostrę, quę mortales locorum distantia & lingua moribusq; plurimum inter se differentes, componit & congregat, ut simul conueniant: Hier. ut magnus etiam Dionysius inde diuinis nominibus libro testatur. Diony. hæc ratio inquit est simplex, & existens existentis ueritas, circa quā sicut mundum, & non erroneam totorum cognitionem diuina fides est, quæ est manens credentium collocatio, quæ istos collocat in ueritate, & reliqua. si quidem igitur eo desiderio sumus affecti, ut sanctam Dei Ecclesiam coniungamus, in hoc uehementer debemus incumbere: quod quidem ut assequamur maxima cura & diligentia summoq; studio nobis opus esse uidetur. Nobis deinde cōuenire dixistis, ut quantum subiecta materia patitur, humanitatem seruemus, ut omni ex parte mutua beneuolentia uideamur esse affecti: qua de re magna equidem afficior lętitia, q; una cum Propheta dicere possum, dedisti lętitiam in corde meo: nam ut beatus Paulus inquit, seruū Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse Paul. ad omnes docilem, & reliqua. Postremo id quod ualde uidere cupio nuntiastis, ut interrogationes responsionesq; nostrę breues

habeantur: quod quidem non alienum a ratione uidetur esse, quod sermo breuis facilius intelligitur, memorieque mandatur: non tamen propterea breuitati studendum est ita, ut nostra oratio sit obscura. rogo igitur uos Patres Amplissimi, ne duo a me repugnantia simul contendatis, ut breui oratione, id quod fieri bene non potest, ad uestram prolixam respondeam. Porro autem uobis promitto seruato uestri sermonis ordine ad quamlibet eius partem quam potero breuissime respondere, partim concedendo, partim autem denegando, nostre tamen eiusmodi denegationis congruas rationes reddendo, partim etiam declarando, quedam uero leuiter tangendo, ita ut ad omnes orationis uestre partes per capita respondendo, uobis satisfacere speremus. Ad rem igitur ipsam Iesu Christo Domino nostro fauente ueniamus. Initio prestantiss. Patres uerum protulistis, uestras nobis aures benigne semper prestitisse, non igitur ad hoc respondebimus. deinde particulam ex filioque additionem extraneam esse, proptereaque non sine ratione prohibitam. preterea quamuis huiusmodi dogma uerum esset, id tamen diuino symbolo neutiquam addi debuisse: cum etiam multe alie symboli declarationes facte fuerint, quarum nulla uidetur eidem apposita, propterea quia id fieri non liceret. Amplius nonnullis rationibus probasse putatis, omne genus additionis fuisse uetitum, ex quo etiam sequebatur particulam ipsam fuisse prohibitam, quae cum ageretis, Colossensis syllogismum subtiliter repetentes, his quae uobis ad propositum uiderentur spectare, respondistis, de reliquis uero suo loco disserere promisistis. qui quidem syllogismus talis fuerat: omnis additio ex rebus extraneis fit, declaratio uero tali modo non fit, ergo declaratio non est additio: cuius profecto syllogismi ueritatem, quoniam grauissimus subtilissimusque theologus colossensis Presul optime demonstrauit, iccirco eo postposito, ad explicandum id ueniamus, de quo supra diximus uos uehementer ambigere, an uidelicet illud ex filioque sit additio uetita. quam quidem particulam sanctorum autoritatibus innitentes ac fortissimis argumentis adducti, censemus additionem non esse, nec ulla ratione prohibitam. quod autem simpliciter non sit additio, patet, cum ex nouo testamento, quod a ueteri potestate continebatur: tum etiam ex nostre fidei articulorum declaratione, quae uariis temporibus facta fuerat: de quo
Aug. quidem nouo testamento beatus Augustinus in Faustum inquit, Christus non uenit soluere legem, sed adimplere: non ita ut quae

legi deerant ipsa eidem adderentur, uerum ut fierent quæ scripta erant quemadmodum ipsius Christi uerba testãtur. quippe qui nõ dixit Iota unum, aut unus Apex non pręteribit a lege donec addã/tur quę deerant, sed donec omnia fiant. Item in libro de catechi/zandis rudibus inquit: in testamento ueteri est occultatio noui, in testamento nouo est manifestatio ueteris, in quęstionionibus autem ueteris ac noui testamenti, sensus .n. legis ad salutem inquit homi/nis pertinet, iuxta illud oculũ pro oculo, & infra. Ego autem dico uobis non resistere malo. unde Ezechiel ait, quasi sit rota in medio rotę. quod dictum a Gregorio sic exponitur, uetus testamentũ in nouo: qui etiam alio loco, quod lex inquit iubet, & prophetę ser/uant & Euangelium, id etiam Apostoli in uniuerso pędicant mũ do. pręterea ex huius dicti expositione, non ueni soluere legẽ, ap/paret Euangelium legis ueteris esse declarationem. Sequitur ergo declarationem, non esse simpliciter ac proprie secundum sensum additionem. Si .n. apud Augustinum tot noui testamenti mysteria, idcirco secundum intelligentiam additiones non appellantur, ꝙ a ueteri lege cõtinerentur, nil mirum siqua etiam ipsorum mysterio/rum declaratio ac illustratio non sit simpliciter et quo ad eorundẽ significata, uere additio, sed potius implicatę rei explicatio: quod etiam patet, ut paulo ante dictum est, ex multa fidei articulorũ de/claratione. propterea idem ipse beatus Augustinus inquit, tempo/ra prętereunt, non autem fides, eadem .n. pręteritorũ, posteriorũq; patrum fides existit: nam & pręteriti Patres, ac ipsorum posteriores dicebant Benedictus qui uenit in nomine Domini, facta tamẽ fuit articulorum multiplicatio, necnon implicatorum uerborum expli/catio, ac infinita decreta. Vnde apparet Patres Amplissimi pro no/stra fide & salute post habrahę tempora maiorem ambiguorũ decla/rationem factam fuisse, q̃ ipsius temporibus, cui quidem fuerat ab Angelo nunciatum, benedicentur in semine tuo omnes gentes. Esaias pręterea hanc protulit declarationem, Ecce uirgo concipiet: sed Angelus multo quidem maiorem, qui uirgini conceptionis suę modum quęrenti respondit, Spiritus sanctus superueniet in te. Ea/dẽ igitur ratione articulus de sancto Spiritu diuersis tẽporibus fue/rat illustratus. Apostoli namq; sic ipsum celebrarunt, Credo in Spi/ritũ sanctum. Concilia uero generalia, qui ex patre procedit addi/derant, nõ tñ propterea nouus articulus posteritati proditus crede/batur fuisse, uerũ is qui iam fuerat, magis declaratus dilucidatusq;

Eze/chiel. Aug.

redditus putabatur: pari ratione qui particulam ex filioq; addiderant, non nouum articulum celebrasse, sed eundem ipsum clariorem reddidisse putarunt. quod quidem additionis genus censemus non esse uetitum: apud namq; Bonauenturam in theologia clarissimum, triplex genus additionis litteris traditum est: unum cum id quod additur, ei, cui apponitur oppositum est: alterum quod non oppositum, sed tantum diuersum ab illo cui apponitur fuerit: tertium cum utrumq; congruum sit: quorum quidem primum genus hereticum, ac prorsus alienum existit a fide, ut si quis Deum Patrem protulerit genitum, filium uero ingenitum, sanctum autẽ Spiritum a nullo procedẽtem. Altero uero genere inepti homines uti solent: nam summę ineptitudinis est, insolita uerba & a sacris litteris aliena proferre, ut si quispiam Deum Patrem appellauerit geometram, filium Astronomum, sanctum autem spiritum Arithmeticum: quæ licet a ueritate non discrepent, quandoquidem quęuis diuina persona cũcta cognoscit, ac potest, tamẽ qm̃ eiusmodi sermo neq; in sacris litteris, neq; in sanctorum scripturis legitur, ideo ineptis hominibus adscribi solet. Tertium autem genus, quo Deũ Patrem omnipotentem eternum, filium uero consubstãtialem, sanctum aũt Spiritũ spiratũ procedẽtemq; dicimus esse, pium & catholicum est, nostręq; religionis doctrinam declarans: iccirco duo illa additionum genera pœna grauissima prohibentur, iuxta illud Apocalipsis, si quis apposuerit ad hæc, apponat illi Dominus plagas scriptas in libro isto, genus uero tertium tm̃ abest ab interdicto, ut qui eo utantur, a seruatore nostro pręmiis afficiantur amplissimis, ut sententiarum magister in procemio suo testatur. Si quidem igitur additio de qua agimus, non ex oppositis diuersis ue constat, sequitur ipsam non esse uetitam, cum pręsertim illa ex filioq; particula, ualde conueniens ac congrua sit. Apostoli namq; sancti cum sanctũ Spiritum celebrarent, nõ ipsum ex Patre procedere proferebãt: quod cum ab ipso Apostolorũ symbolo potestate contineretur, eiq; q̃ maxime conueniret, sancti posteriores Patres ad euertẽdos impios hęreticorum errores id ipsi symbolo apposuerunt, ac ipsum Spiritum ex patre procedere declarauerunt: quod cum adhuc modo quodã ambiguum esse uideretur, iccirco ex filioq; particulam alii posteriores Patres addidere, ipsumq; symbolum clarissimum reddidere, proferentes sanctum Spiritum ex patre filioq; procedere. Sed dũ in hac materia plurimum insisto, demonstrans particulam ipsam

Bonauentura.

consonam ueramq; symboli declaratione esse, uobis forsan uideor extra propositum agere. Cum igitur uobis libuerit, prolixius ac subtilius hanc quęstionem tractabimus: ita ut uolēti ueritatē agnoscere palam fiat declarationem eiusmodi nequaq̄ fuisse prohibitā. nunc aūt ad illam ueniamus partem, quę caput quęstionis nrę uidetur esse, et de qua uehementer ambigitis, an ne syllabā quidē symbolo liceat addere. Nā quatuor illa repetere nolumus, quę uos breuissime protulistis: quandoquidē nobis uidetur magis operępretiū esse, ipsam controuersię nostrę radicem discutere, pro qua quatuor ipsa dixistis: nam primo interdicti causam declarastis: deinde uno usi fuistis argumento. Tertio quandā beati Cyrilli sententiā usurpastis. Postremo a conuenientibus innixi loco, rationē hanc protulistis, ualde conueniens ac dignum memoria fuisse facultatē ipsam addendi symbolo, ut pote non modo Christianis inutilem, uerūetiā perniciosam, ab Ecclesia prorsus abstulisse. Nam maiores nostri nascentis fidei nostrę tēporibus summā (ut dicitis) facultatem habebant, ut quę a sacra scriptura obscure continerentur ea declararent, ac symbolo uel alii scripturę, excepta solūmodo sacra, apponerent, & ipsis arbitratu suo uterentur: quæ deinde facultas a posterioribus ex parte fuit diminuta, ita ut possent tm̄ ambigua declarare, dilucidioraq; reddere, diuino tn̄ symbolo nil addere posse: qđ ipsi (pace uestra dixerimus) falsum credimus esse, primis illis patribus absq; generali concilio licuisse cōmuni symbolo quicq̄ addere. Nam sanctus Thomas testatur, nunq̄ symbolū extra synodum declaratū fuisse, de eo symbolo loquens, quod uulgo in Ecclesia celebratur. hoc igitur iacto fundamento, quatuor illa capita leuiter perstringamus, quibus uestrū propositum probare conati fuistis. primū. n. dixistis maiores nostros usq; ad secundā synodum addendi symbolo potestatē habuisse, sed cū ipsa facultate nonnulli nō sine sua pernitie abuti inceperint, symbolū transformantes, ac impia dogmata docentes & prędicantes: tertiū icirco generale conciliū uidens facultatē ipsam dāno magno potius q̄ cōmodo Christicolis fore, eam penitus abstulisse. Nos autē ad hoc respondemus falsum esse, cuius ante tertiū concilium licuisse symbolo quicq̄ apponere, nisi ea fortassis licentia: quā quidam hęretici sibi uēdicassent: quā quidē solā ab ipso cōcilio, uerbis his, ne cui liceret symbolo quippiam addere, circunscriptā interdictamq; credimus esse. deinde protulistis addendi facultate ablata, nullum Christianis incōmodū

accidere posse, ac nullum cõpotẽ mentis, ob decretum eiuscemodi merito dicere posse religionem nostram imperfectam esse: contra fieri facile posse ut pro eadem facultate cuius concessa, catholica Ecclesia aliquo afficiatur incõmodo. Ipsi uero (pace uestra dixerimus) argumentũ hoc claudicare censemus, ut suo loco probabimus, immo etiam ceteris duabus postpositis partibus ad fundamentum ipsum ueniamus: quo quidẽ euerso cetera facile ruent. Omissis ergo corticibus medullam ipsam tangamus, quod quidem speramus consequi, si legis latoris uerba non nimis curantes, mentem eius accurate considerabimus. Id autẽ fuerat tertium generale cõcilium, quod id tantum uetuisse putatur, quod fidem contrariam pareret, ut Bonauentura testatur, qui prima Patrum inquit interdicta

Bona uentura.

sententia nequaq̃ ad alios attinet, nisi ad fidei nostrę oppugnatores, & eos qui symboli dictiones mutando, uel ei quicq̃ addendo, Ecclesiam student euertere: addendi uero facultate nunq̃ Ecclesię fuerat interdictum, neq; interdicetur imposterum, dummodo legitimo imperio, pręsenteq; principe, qui facultatem uniuersalis Ecclesię habeat ad euertendos hęreticorum errores conueniat. Quis obsecro tum uocaret in controuersiam an Ecclesia, cogente necessitate, ne Christifideles circa diuina mysteria in aliquam hęresim caderent, partem aliquam symboli fidei cõgruã declarare possit, nec ne? Nemo profecto. qua igitur ratione illud, confiteor unũ baptisma, ipsi symbolo fuerat additũ: eadẽ etiã ratione idest pro animarũ salute, ex filioq; particulã, nostri maiores addiderant. & queadmodũ illud & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, addidere, ita etiam ipsam Dei genitricem fuisse, ipsis, si uoluissent, symbolo licebat apponere: uerum facultatem eiusmodi non unam tantum personam, uel particularem Ecclesiam habere cõcedimus. interdictum igitur illud tantum ad priuatos homines, ac contra fidẽ loquentes, refertur: propterea inquit ipse Bonauentura, Patres illi non sic interdixerant, ut uiam Ecclesię in futurum pręcluderent, quominus ei liceret eadem uti facultate, si Dei benignitate meliora pręuiderit. & infra, eorum inquit sententia fugienda est, qui credunt Patres illos opinionis huius fuisse. Vt autem credatis Patres Amplissimi nos bene cum illis sentire, nonnulla synodorum acta, pręsertim tertię, necnon quasdam Patrum sanctorum litteras tempestatibus illis scriptas afferemus, quae dum facimus rogamus uos diligenter attendite. Frequenti tertia synodo Patres Amplissimi,

Bona uentura.

conuocatus Nestorius accedere recusauit, tunc ipsa nicęnum sym/bolum (ut moris erat) recitauit, ut quę uerba fidei conuenirent, probarentur, dissona uero eiicerentur. Vnde patet synodum ip/sam uoluisse non fidem maiorum suorum religioni cõgruam pro/hibendam esse, uerũ uerba discrepantia, & ab ipsa fide diuersa, quẽ/admodum hæc eiusdem synodi uerba significare uidentur, nemi/ni liceat aliam a nicęna fidem proferre. Nicęno autem symbolo recitato Cyrilli litterę ad ipsum Nestorium scriptę, in medium pro/late fuere. quibus idem Cyrillus quędam ipsius symboli uerba re/petens, demonstrabat, Christum Deum & hominem una tñ hypo/stasi ex Maria Virgine genitum, ipsamq; ueram Dei genitricẽ esse, dicens se sacrę innitendo scripturę ita sentire. quibus quidem litte/ris recitatis, quę ita incipiebant. Non uereor me uerę fidei nicęni ue symboli pręuaricatorem esse, Cyrillus ipse synodum interrogauit, an quæ de symbolo nicęno litteris mandauerit uera essent. Cui sy/nodus ipsa respõdit, nil uani aut superuacanei, uerũ cuncta cõgrue Cyrillus edidit: quęq; nicęna synodus paucis decreuerat, is suis litte ris explanauit ac illustrauit. quę quidem litterę plurimum luminis prębent, ita ut edicta nicęna ex his clarissime possint intelligi. syno dus igitur ipsa professa fuit Cyrilli litteras eadem ipsa significare quæ a symbolo nicęno continerentur. post hæc litterę quoq; Nesto rii ad Cyrillum scriptę perlectę fuerunt, quibus sacram usurpando scripturam Mariam Virginem non Dei genitricem esse significa/bat. his igitur litteris Nestorii recitatis iterũ Cyrillus synodum ipsam interrogauit, qui de ipsis sentiret, An nicęnorum patrum religioni conuenirent? Synodus autem sic respondit, nequaq̃ cõsonę sunt, sed ueram fidem oppugnant, quandoquidem Cyrilli & nicęnorum patrum fidei q̃ maxime contrarię sunt, iccirco uera fides Nestorium anathemate notat: quippe qui impia dogmata nefariamq; cõmunio nem posteritati conat̃ tradere. quibus patet Patres Amplissimi qua nam mente tertia synodus interdixerit, ne cui liceret eam fidẽ p̃/ferre, quæ contra nicęnam, hoc est a uera fide aliena esset: ita ut interdictum eiusmodi uerę fidei discrepantiam & contrarietatem, non autem declarationem ipsi fidei consonantem significet atq; ue tet: quod quidem Cyrillus ipse testatur, qui nicęnum symbolum cã didius reddidit. Testes sunt & ipsius tertii concilii litterę ad Impe/ratores pro fide scriptę, quibus acta recolẽdo sua, inter cętera me/moratu digna declarat, Cyrilli se litteras, sanctorum patrũ dogmati

consonantes, ac nulla ex parte ab Apostolorum & ipsorum patrũ fide alienas comperisse: Nestorii uero dogmata eiusdem fidei cõtraria deprehendisse. postea Cœlestini litterę, quas ad ipsum Nestorium scripserat recitatę fuere, quæ sic incipiebant. Quibusdam diebus citra, & infra, quis unq̃ inquit, nõ fuerit anathemate dignius qui symbolo quicq̃ addiderit, aut ademerit? Cum fides nobis ab Apostolis tradita, neq; additione, neq; imminutione indigeat? Vestris enim in libris legimus eum q̃ maxima pœna affici debere, qui uel addiderit, uel quicq̃ abstulerit, & reliqua. Scitu pręterea dignum est, ante synodum ephesinã addendi quippiã Apostoloꝝ symbolo, uel ab ipso facultatẽ auferẽdi graui pœna uetitã fuisse, ut in extrema earundem litterarum parte legere est. Eidem tamen symbolo apposita multa fuere, atq; ab eo ablata. Interdictum igitur illud, cui uos miruminmodum innitimini cõtra nos minime facere uidetur. Amplius Cœlestinus Nestorium reprehenderat, q a symbolo uerbum Deiparam auferendum censuerit: qui quidem Cœlestinus Apostolorum symbolum intelligebat, quorum omnium uni ca ratio fuit, q neq; nicęna, neq; prima Constantinopolitana, neq; cæterę synodi cõtra rationem fideiq; ueritatem symbolo qcq̃ addiderant, aut ab eo deduxerant: Nestorius autem contra: ergo tum quisq; uel addere, uel auferre merito uetatur, cum cõtra rationem ac ueram religionem id faciat: unde tota nostra controuersia facile soluitur: nam Romana Ecclesia non ut Constantinopolitanum symbolum, & fidem ipsam euerteret, ex filioq; particulam addidit, uerum ut nostri maiores iccirco nicęnum Constantinopolitanumq; symbolum idem esse, idemq; significare decreuerant, q alteero audito, statim alterum intelligebatur, licet in uerbis differrent: ita etiam Roma Ecclesia profitetur utrumq; symbolũ nostrũ rẽ eãdem significare, sibiq; propterea licuisse ipsum declarare, q ea particula nequaq̃ aliena uideretur a fide, cum ipsi ualde conueniat ac ad eundem sensum pertineat, necnon ipsius identitatem significet & declaret, licet in uoce differant. Pręterea ut alia multa memoria digna hæc etiam ab ipso Cœlestino litteris tradita fuerãt. Catholica inquit Ecclesia contradicit quominus ab Apostolorum symbolo auferatur beatam Mariam Dei genitricem fuisse, quod nostram salutem annunciat, ac ab ipso symbolo potentia continetur. patet igitur neutiq̃ licuisse ab Apostolorum symbolo quicq̃ dimouere, tamen illud, descendit ad inferos, ablatum esse uidemus, licet Christũ

Cœlestinus. Cœlestinus.

ad inferos descendisse uerum sit, atq; a maioribus nostris cōcessum, quoniam autem Nestorius, ut supra dictum est, cōtendebat uirginē, Deum non genuisse, Iccirco Cœlestinus ipse literis eisdem māda/uerat, ut nisi decem dierum spatio Nestorius a tali se reuocauerit heresi Ecclesieq; catholice dogma predicauerit, non ignoraret se ab eadem Ecclesia excludendum esse. Sunt & alie rationes Patres Amplissimi ad propositum attinentes; uerum nostra festi/nat oratio ad probandum quod supra diximus, argumentum ue/strum claudicare, unde multum forsam uagauit oratio, haud ta/men extra propositum, sed hactenus in presentia. quibus dictis sy/nodus sancta decreuit ut sessio ipsa solueretur, Et ad diem sequen/tis martis congregaretur.

¶ Die .xi. Nouembris: Sessio .xi. Ferrarie.

Iul. Card. VTraq; ex parte Patres Amplissimi copiose scite ac subtiliter dictū est, uestras tamen orationes for/san nō nisi summi theologi, uiriq; doctissimi pci/pere poterant: iccirco eam equidem orationem ad propositum pertinentem habebo, quam do/cti pariter & mediocriter eruditi sine ambiguita/te intelligent, quaq; (ni fallor) controuersiam nostram ad exitum perducemus. Attendite igitur obsecro, namq; posthac per capita breuibusq; nos agere oportebit. si sic ergo fieri uobis uidetur, rem ipsam aggrediar, sin minus, uoluntati uestre ac/quiescam.

Imp. ¶ Dicat Cardinalis.

Iul.C. ¶ Attingam equidem. P. A. questionis nostre radicem, nam tota no/stra controuersia in Ephesine synodi interdicto consistit, in his ui/delicet uerbis, nemini liceat proferre, conscribere, componere, & reliquis: quæ quidem uerba nos credimus, hoc solum significare, ut fas sit nulli nicenorum Patrum contrarium fidei proferre: uos autem longe aliter sentire uidemini, ut non solum ad aliam, op/positamq; fidem, uerumetiam ad quamuis declarationē, ac cu/iusuis generis additionem interdictum ipsum debeat referri: pro/pterea nullam prorsus symboli dilucidationem fieri debuisse. dice/re autem solent legum periti fieri non posse, ut quisq̄ bene legem intelligat, nisi totam perspexerit: necesse est igitur ea quoq;

diligenter consideremus, quæ interdictum ipsum præcesserant: legitur in actis tertię synodi quosdam Anastasium & Photium Nestorianos hęreticos, nescio quem Iacobum ad suam heresim mortalibus prędicandam misisse, qui quidem aliud fidei symbolum, uel ut quidam Charisius in ipsa synodo p̄ns dicebat, impietatis symbolum prędicans, ac eundem ipsum Charisium in pietatis incusans, q̄ plurimos Christianos deceperat: propterea Charisius ut se ..., id est, recte se de fide sentientem esse probaret, in primis symbolum suum, deinde Nestorianum in eadem synodo recitauit: quod quidem Charisii symbolum, nec nicęnum neq; Constantinopolitanū fuisse cōstabat: postremo uehementer conquestus, q̄ a nestorianis communione sibi fuerat interdictum, Credo inquit in unum Deū, & reliqua. Quod autem nonnulli profitentur ipse inficior Christum uidelicet quandoq; nō fuisse: Posuerat tn̄ in suo sym bolo spiritū esse cōsubstantialē patri & filio, quod in neutro duoꝝ illoꝝ symboloꝝ scriptū fuerat, quibus quidem Charisii, & Nestorianorum symbolis recitatis sancta synodus ipsa decreuit, ne cui liceret fidē aliā proferre, aut docere: simulq; cōfictum illud Nestorianorū symbolū, nulla prorsus de ipsius Charisii symbolo mentione facta dānauit. Siquidē igitur mentis eiusdem concilii fuisset q̄cunq; aliam a nicęna professionem uetare, ita ut nō aliud nisi tm̄ nicęnum symbolum, ue bis eisdem celebraretur, dubio procul Charisii etiā expositionem, ac symbolum antiquasset, reprobasset q;: sed qm̄ uerū ac pium fuerat, icirco synodus ipsum noluit antiquare: quę etiā profecto nobis argumento maximo sunt, decretū illud ad fidē religioni nicęnorum patrū oppositā referri debere, ita ut ipsius decreti uis ex his, ut mihi uidetur, clarissime pateat. Amplius eadē ipsa synodus. P. A quæ ne cui quicq̄ liceret proferre, aut literis mandare prohibuerat, simul quoq; decreuit, ut nulla alia pręter nicęnorum patrum fidem teneretur. Siquidem igitur a me requisiti an Deum, ęternum esse credatis, mihi respondebitis ita, quero an sub anathemate fueritis, q̄ uerba illa a symbolo nicęno minime continentur? Infinita sunt uera patres Amplissimi quę credimus & profitemur, ab ipso tamen symbolo non contenta, sed hæc hactenus. Porro autē certis personis (ut dicitis) licere ambigua declarare, catholicę uero ecclię minime, lōge mihi alienū a rōne, ac ipsi interdicto contrariū esse uidetur, nam in eius principio legitur, ne cui liceret & reliqua. In fine uero Episcopis & clericis ac secularibus in uniuer/

sum interdicitur. de quibus secularibus ideo facta mentio fuit, q grecis mos fuerat, ut non nisi clerici symbolum in ecclesiis cantarent. patet igitur interdictum ipsum neminem excludere, omnesq fere Christianos Anathemate notatos esse, si synodus ipsa quod uis expositiõis genus (ut creditis) prohibuerat. Amplius notatu dignum est Agathonis litteras, quas ut supra dictum est ad synodum miserat, non ab ipso solo, sed ab occidentali Ecclesia scriptas fuisse: ipse namq litteris eisdem testatur, eas una cum centum ac xxv. occidentalis Ecclesię prȩsulibus conscripsisse, subsignasseq. Prȩterea prȩstantissimus Nicenus uolens ad id respondere, qđ Colossensis Prȩsul attulerat, urgente uidelicet necessitate Romanam Ecclesiam declarasse, nullam necessitatem protulit interdicto fuisse exceptam, neq ullam prorsus mentionem de ea factam: quam quidem responsionem in uos retorquentes dicimus, quoniam in prohibitione illa nullius psonę rõ haberi uidet: iccirco ipsam una rõne de cũctis hoĩbus debere intelligi, ita ut nulla rõne cuiq̃ symbolũ exponere liceat: qđ tñ cõstat a multis expositũ fuisse. Amplius eadẽ ipsa tertia synodus nullam de Cõstãtinopolitano symbolo mẽtionẽ fecisse uidet: aut igitur, quia tm̃ nicenũ symbolũ a posterioribus in Ecclesia celebrari uoluerat, et sic ipsi delinquimus, qui potius illud q̃ nicenum celebrare solemus, aut eius quoq symboli fuerat recordata, sed tanq̃ alterius symboli contrariũ, ob idq non dignũ celebritate ipsum postpo suerat, qđ qdẽ nequaq̃ credẽdum est: aut utrũq p uno eodẽq putauerat, q eandẽ ueritatẽ & fidẽ utrũq significabat, quãuis multis in uerbis different. Si qdẽ igit uerum est Cõstantinopolitanũ (ut dicitis) symbolũ a niceno potẽtia cõtineri: ac altero intellecto, statim alterũ subintelligi, ac ideo illud nequaq̃ fuisse uetitũ, q eandẽ ueritatẽ declarabat, magis sane cõuenit ut credamus interdictũ ipsum ad fidẽ diuersam, & a ueritate dissonã referri debere. Itẽ luce clarius est, cũcta synodorũ decreta Sãcti Spus grã fieri, ac ipsum pariter in oĩbus esse. Cũ autem sextũ etiã gñale conciliũ edixisset, ne cui fas esset sanctiões eius euertere, ac aliã sape fidẽ, & reliqua, palã est idẽ cõciliũ, uel Spm sanctũ p eo interprȩtatũ fuisse, declarasseq, quonam modo decretum tertię synodi deberet intelligi, ne cui liceret aliã fidẽ pferre, hoc est quæ uerã religionem euerteret, ideoq nequaq̃ prohibuit quominus ad ueritatis intelligẽtiã expositiones fieri deberẽt. Prȩterea cũ de quibusdã alicuius legis uerbis dubitamus, ipsius legis latoris sensum inspicere ac

accurate debemus ppẽdere, qui qdem uel ex clusdẽ legis exordio, uel uerbis aliis cõsequẽtibus haberi solet. Porro tertię synodi proœmium hoc constat fuisse, cum Patres conuenissent, symbolum nicęnum perlegerant, ut sermones extraneos cũ eo conferrent, quiq; ipsi symbolo consonarent, eos susciperent, oppositos autem reiicerent. Mens igitur ipsius legis latoris hoc est Ephesinę synodi, quę nõ ad uerba, sed ad scripturę sacrę significationem inspiciebat, nulla alia fuerat q̃ ut fidem aliam, uel expositionẽ fidẽ uerã destruentẽ

Cyr. uetaret: ut ex Cyrilli litteris apparet, qui nicęno symbolo recitato protulit, nos patrum confessionem, ac ipsoꝝ intelligentiã sectantes, uerã fidẽ exponimus. Septima quoq; synodus uerã, inquit rationem diligentissime sequentes: & infra, ueram fidem quę non facit errare sectantes, nicęnę fidei nihil addimus, & reliqua: ipsa nihilominus synodus decretum pro imaginibus eddidit. Apparet igitur legis latorem ipsum uoluisse ut ueritas semper prędicaretur, ac nulla ratione taceretur. Vnum postremo mihi uenit in mentẽ quod controuersię nostrę simillimum esse uidetur: sed anteaq̃ ueniam ad ipsum, unum aliud in medium proferam, quo quidem facilius primum illud intelligemus. attendite igitur obsecro. Chal-

Chalcedonen. cedonense concilium ita protulit, leo Pontifex maximus a quibusdam grauiter incusatur symbolum aliud fecisse, ac aliter fidem exposuisse q̃ per nicęnos patres liceret. ne autem imposterum quisq̃ talem in eum afferat accusationem, ac ipsum reprehendat, Synodus hæc in eos, qui contra ueritatem insurgerent respondet atq; declarat, Leonem ipsum in exponenda declarandaq; fide nil contra prohibitionem commisisse, quandoquidem nascentibus nouis erroribus noua diuersaq; medicamina sanctis a Patribus exhiberi debent: nam & si fides a patribus prodita satisfaciat: quia tamẽ plurimi ueram eius significationem conantur euertere, iccirco conuenit fidem ipsam exponere, magisq; declarare: nam si pro ut est, pariter ab omnibus coleretur, nulla re alia opus esset, nisi tantum nicęnorum patrum fidem excolere: sed cum a recta uia q̃ plurimi deerrent, ac per amfractus, id est per uiam falsitatis, ac erroris uadant, ideo nobis necesse est, ueritatis uiam ostendere, & cętera. plura etiam id genus alia Patres Amplissimi synodus ipsa protulerat, quæ ad propositũ attinent: uerum ad id nostra festinat oratio, quod paulo ante postremum mihi dicendum esse promisi: Quidam enim Flauianus, ut nostis, in Constantinopo-

litana synodo, Euticem condemnauit: deinde synodo, ephesi secundo conuocata, quam postea constat reprobatam fuisse q quidam Dioscorus legatus ei tyrannice presuit, is Eutics ibi presens magno affectus desiderio excusandi se atq ulciscendi, nicenu symbolu de uerbo ad uerbu professus fuit, ac ita protulit, hæc est patru fides, in qua uiuere moriq uolo: quā qdē prima synodus ephesina probauerat, simulq decreuerat, ut aliā nemo proferre, uel ei qcq̄ apponere, uel ab eadē auferre posset: eā itaq fidē dicebat ipse profiteor. Phlauianum autē peccare denuntio, quippe qui profiteretur Christū ex duabus, ac in duabus simul naturis esse, qđ a niceno symbolo neutiq̄ cōtinet, ueritatē igitur ipsam quominus declararet, ac niceno symbolo adderet, Eutices prohibere uolebat, ita ut uerborū etiā additionē nō admittere uideret. qdā aūt Eusebius exclamauit, mētiris Eutyces dicēs: nam hoc qđ dicis nulla lex phibet. Dioscorus uero rñdit, cur ita dicis Eusebi, cū hic duo Ephesine synodi uolumina habeamus, in quibus legitur nemini licere niceno symbolo quicq̄ addere? Tacebat aūt ipa synodus Eusebiiq sniam tacite uidebat suscipere. At tyrānus dioscorus Eusebiū ipsum ac Phlauianū, ut Ephesine legis preuaricatores, damnare, ac eorum Episcopatibus priuare cōtendit, dicēs synodū Ephesinā decreuisse, ut q fidē aliam proferret, uel adderet, uel auferret, si presul fuerit episcopatu priuaret. Patres aūt ipsius concilii & si pnte Dioscoro uolūtati eius acquiescere uiderent, postea tñ absoluto Phlauiano & Eusebio a calcedonensi concilio, magno gaudio affecti fuere: porro autem Dioscoro presente protulerant, Phlauianum & Eusebium merito cōdemnari debere, ac ipsos pontificali dignitate indignos esse, ut pote qui contra Ephesinum interdictum ausi fuerint symbolo quicq̄ apponere, quod nicena synodus pdidit, Ephesina uero pbauit, atq suscepit: simulq prohibuit, ne cui liceret ipsi quippiam addere, uel ab eodem auferre, decernens ut si quisq̄ presul tale commiserit facinus, episcopatu priuaretur. Cum aūt hæc in chalcedonensi synodo recitata fuerint, decretū ab ipsa synodo est, Dioscorum anathemate notatū esse, ut pote q cōtra Phlauianum ac Eusebiū male iudicauerit ac eos inique damnauerit. propterea q sententiam eius antiquandā esse, q Phlauianus nil prsus cōtra nicenā uel Ephesinā synodū cōmiserit. Nā & si Christū duas habere naturas in niceno symbolo neutiq̄ legitur, ab ipso tñ symbolo potētia continetur. Unde non sequitur addentem qppiā, aut declarantē condēnari debere.

dummodo uera, catholicęq; fidei consona proferat. Videtur mihi P. A. exemplum melius proferri non posse, quod ad propositum attineat, q̃ quod de Phlauiano ꝓtulimus. Ita ut eo facile adducar, ut credam interdictum illud ne cui liceret, & reliqua, ad eos tantũ referri, qui fidem aliam a uera tenerent. quiq; scripturam sacram aut nicęnum symbolum immutarent. quibus equidem argumentis puto controuersiam nostram solutam esse, sin minus, uellem a uobis doceri, cur ita credendum non sit. Si quidem igitur Romana Ecclesia profitetur neq; ad sacram scripturam, neq; ad nicęnum symbolum neq; ad alicuius synodi definitionem falsam aliquam accessionem fieri posse, ita ut in hoc uobiscũ conueniat, operęprętiũ est, huiuscemodi quęstione postposita nos ad eam uenire, utrum sanctus spiritus ex filioq; procedat, necne. nã si nobis probabitis ipsum ex filio nequaq̃ procedere, tum additionem symbolo factã esse fatebimur: ipsamq; Romanę Ecclesię minime facere licuisse. Sin minus, tunc uos oportebit concedere fas ipsi fuisse, symbolum dilucidasse clariusq; reddidisse, quo quidem pacto pax inter nos facillime fieret. Hæc beatissimi patris dominiq; nostri, necnõ serenissimi imperatoris, ac horum omniũ pręstantissimorum patrum iussu pro uiribus dixi.

¶ Quanq̃ orationes utraq; ex parte habitę tua pręsertim Amplissime Cardinalis, mihiq; q̃ maxime colende luculentissima fuerit, ac ad propositum pertinens, rem .n. ipsam dictu mirabile tetigisti, nihilq; eorum, quę opus essent pręteriisti, mutua tamen beneuolentia nunc, si commode fieri posset, uobis responderemus ac probare mus plura eorũ quę protulistis pro nostra causa facere: uerũ oportunum esse uidetur, ut sessio dimittatur: nam nõ nisi uestris orationibus prius memoria diligentissime repetitis, uobis bene respondere poterimus. Si lubet ergo Dei benignitate surgamus: quod quidem sanctę synodo placuit iubendi ut ad proximum sabbatũ sessio prorogaretur. Bessa.

¶ Die sabbati. xv. Nouẽbris Sessio. xii. Ferrarię.

NOn altercandi, neq; sermonum nostrorum uicissim refellendorũ cã. P. Amplissimi huc frequentes conuenimus: sic .n. hi solent agere, qui potius ostentationis & iactantię, q̃ inquirendę ueritatis gratia contendunt, ue- Mar.

rum ut de quibus ambigeremus, ea diligentissime ac summa cum pace, mutuaque beneuolentia simul ita tractaremus & considerare/mus, ut pari studio conclusionem ueram consequeremur. Breui ergo, & non luculenta oratione, sed his solum innixi, quæ uos concedere uidebamini, primum præstantissimo Cardinali, deinde Reuerendo Ioanni benignitate Dei respondebimus: cuius quidem Cardinalis oratio ut ad propositum spectans, ac non inepta, ita etiã plana clara & elegans fuerat: proptereaque ipsi hunc honorem habebimus, ut nil eorum, quę per capita dixerat, in discussum prętereamus. nam si omni eius orationis parti respondere uelimus, sermoni profecto nostro non hodie modus dabitur. porro autem ipsum obsecro, ut si forte fuerit a me requisitus mihi statim respondeat, ac uelit uel mecum sentire, uel mihi paucis contradicere. nam ego cũ eo, non autem in ipsum, eius argumenta perpendere uelim: qppe qui cum ueritas patefiet, (noui equidem ipsius naturã & ingeniũ) maiorem capiet uoluptatẽ, q̃ si eius argumenta susciperẽtur. unde sane poterit euenire, ut si uir ipse sapientissimus pro ueritate fuerit redargutus, maiori me beneuolentia prosequatur, iuxta illius sapientis sententiam, Argue sapientem, & diliget te. porro ei quoque suo iure conceditur me interpellare: nam equo animo feram, si ab eo fuero requisitus, cuiusuis dicti mei reddere rationem, nec nõ si me corripiet & corriget, cũ sibi uidebitur quicq̃ me falsi protulisse. nam si non contradicentibus uobis quicq̃ protulero, id uerũ esse nullaque demonstratione imposterum indigere censebimus. quã quidem conditionem posthac seruare debemus. primum aũt eiusdem prętantissimi Cardinalis argumentum hoc fuerat. Quidam charisius libello, quem contra nestorianos tertię synodo dederat, suę fidei declarationem mandauit, multum quidem diuersam ab ea, quę a nicęnis patribus tradita fuerat. quę tamẽ charisii expositio ab ipsa synodo antiquata non fuit: ergo non omnem fidem in uniuersum, uerum tantum contrariam, uetitam fuisse credendum est, ita dixisti, an non?

Iulia. Card. ¶ Oratio tua Pater Reuerende me magno gaudio affecit, de cuius exordio nil equidem proferam, sed per beati Petri doctrinam sequens ad omnem tuam petitionem libentissime pro uiribus respondebo. Velim autem aliquem ex his doctissimis uiris interroges, qui tibi melius responderet, uerum si mecum agere mauis, tibi libenter obtemperabo. Et quoniam ut sepius dictum est, ad inquirendã

ueritatem huc conuenimus, non equidẽ erubescam si quisq̃ uestrũ errores meos notauerit ac correxerit, quinimmo pro tali eius erga me beneficio, Deo optimo maximo gratias habebo: hac tibi tamẽ conditione Reuerende pater tecũ agam, ut si nõ bene tuis argumẽtis respondero, patres hi tibi satisfaciant: & si falsi quicq̃ protulero, soli mihi ascribatur. mihi pręterea perplacet te mihi libenti animo responsurũ quoties fueris a me requisitus: porro autem mihi uidetur nunc opus non esse ut ex me quicq̃ requiras, quando plane clareq; dixerã, ac oratio mea litteris tradita est: uerũ si tibi fuerit gratũ tuis petitionibus respondebo, sed prius uelim mihi proferas, an satis dixerim: nam si tibi uidetur satis me non fecisse, dicam amplius.

¶ Non alia indigemus respõsione pręstantissime pater, nisi ut proferas, utrũ orationem tuam bene memoriterq; perceperim necne, id quod profecto breuibus facere poteris. Mar.

¶ Amplissimo Cardi. patres hi molesti uidentur esse, siquidẽ igitur uobis placet, alii pro eo respondeant, sin minus, fiat ut lubet. Imp.

¶ Velimus patres Amplissimi quemadmodum ipsi paucis interrogabimus, ita uos etiam breuibus respondeatis. Mar.

¶ Nil aliud equidem ex te Pater Reuerende requiro, q̃ ut intelligam, an tibi placeat, omissis interrogationibus, lecta tãtum orationem mea contra eam argumentari: nam si hoc non lubet, tibi libẽter obtemperabo. quę autem de Charisio sessione proxima protuli, breuibus repetam. Charisius catholicam suę fidei declarationẽ litteris traditam, tertię synodo dedit, deinde nestorianum symbolum recitatum, ipsa synodus reprobauit, Charisii uero declarationem minime: quam item dubio procul antiquasset, si is Charisius declarandi facultatem non habuisset, ut pote quæ cum symbolo niceno in uerbis paucis conueniret. Ita memini me dixisse nisi aliter tibi uidetur. Iul. Card.

¶ Fateor Amplissime Pater expositionem Charisii secundum sensum fuisse catholicam, secundum autem uerba minime. multum enim fuerat a nicęni symboli uerbis diuersa: propterea credendum est expositionem ipsam non ut catholicam, uerum tan q̃ a fide catholica dependentem, Charisio priuatim ac sigillatim ab ipsa synodo probatam fuisse. ita ne res se hebet an non? Mar.

¶ Tibi equidem Pater reuerende concedo ipsam charisii declarationem secundum intelligentiam fuisse catholicam uel a fide catholica, ut asseris dependentem, licet in uerbis a symbolo nicęno Iul. Card.

plurimum differret. eam autem ipse catholicam fidem appello, quę uera sit. sed qm̃ in hoc conuenimus, ipsius uidelicet Charisii declarationem catholicę fidei congruam fuisse, necnon ab ipsa dependentem, idcirco ulterius ex te quero, utrum eiusmodi declaratio ab eadem synodo suscepta fuerit, uel ne?

Mar. ¶ Vt propriam & particularem Charisii expositionem susceptam fuisse concedimus, non autem ut ea in uniuersum celebraretur.

Iul. Card. ¶ Immo quoniam uera declaratio fuerat, Idcirco eam synodus ipsa suscepit.

Mar. ¶ Satis de interrogationibus Amplis. P. & ad argumentum ipsum ueniamus. Charisius tribus de causis nestorianos in synodo incusauerat, prima q̃ ii suum hæreticum symbolum ueluti communem ac ueram doctrinam, hæreticos ad uerã religionẽ reuertentes docebant: quod quidem facinus ad nicęnę synodi, ac eius symboli iniuriam committebant. Altera q̃ falsa multa impiaq; dogmata prędicabant, obidq; fidem ipsorum Charisius infidelitatem potius q̃ fidem appellandam censebat. Postrema quia uidebat se ipsum ab his tanq̃ hęreticum odio haberi ac persequi, fidemq; suam impiã reputari, propterea operępretium esse sibi putauit, quid de fide sentiret exponere, ut ostenderet se se cum nicęnis patribus idẽ sapere: qui quidem benefecisse uidetur, ut ab hęreticis prouocatus in eorum impia dogmata inueheretur, cum pręsertim non fuerit interdictum, ne cuiuis liceret suam fidem exponere, ac ut uisum sibi fuerit declarare, non ita tamen ut communiter a cunctis Christianis celebraretur, uerum ut quid quisq; de fide sentiret ostenderet. Cuiuis igitur, ut prędictum est, suam fidem licebat exponere, pręsertim Charisio, cum interdictum illud nõdũ fuerit editũ: ideoq; plurimi Ecclesiarum antistites uariis temporibus suam declarantes fidem, diuersis uocabulis usi fuere, quemadmodum, ut tu pater Amplissime protulisti, beatus Agathon fecit: qui cum fidẽ suã una cũ suis pręsulibus exposuisset, eam ad sextam synodum misit: beatus item Sophronius ante ipsum Agathonem ad hierosolimitanum patriarchatum promotus, quid de fide sentiret, ad Constantinopolitanum Antistitem scripserat: cuius deinde litterę in eadem sexta synodo recitatę fuere. unde usu uenit, ut omnes cõmuniter pręsules suę professionis expositionem litteris tradentes, quas synodaicas appellare solebant, eas interse darent: ut nunc usq; Patriarchę tres faciunt, qui ad patriarchatũ promoti, statim suis literis

Constantinopolitanum certiorem reddere solent, quid quisq; ipsorum de nostra religione sentiat, ita ut quod ab illis fidei nascentis tēporibus cęperat, nunc usq; uigeat. ipsius ergo Charisii expositio nō fuit a synodo antiquata, q̄ non ita literis mandata fuerit, ut a posterioribus pro symbolo in uniuersum celebraretur, uerum ut sepissime dictum est, ut ex ipsa, pia fides Charisii patefieret; quod quidē declarandi gn̄s nequaq̄ uetitū fuisse concedimus, nisi aliter ipsi creditis. Cur autem non ita sit, ex uobis scire desidero. huic igit̄ quęstioni si lubet respondeas.

Tribus de causis inquis Reuerende Pater, ab ipsa synodo nestorianorum symbolum, non autem Charisii antiquatum fuisse: prima q̄ ipsum, instar niceni symboli celebrandum ediderint: altera q̄ in eo multa falsa dogmata scripta fuerint: Tertia q̄ ipsum Charisium odio non mediocri prosequerentur, q̄ ab eorum dogmate uehementissime abhorreret. At ego priusq̄ uobis respondeam, nō nulla in medium proferam, quę literis mandata fuere. Cum quidam homines inquit ipsa synodus conspirassent, ut spreto niceno symbolo uulgum deciperent, falsum symbolum tradidere, & reliqua. Non ergo alia de causa sinodus nestorianum symbolum antiquasse uidetur, nisi q̄ nefanda dogmata in eo continebantur. Si quidem igitur pium fuisset, ipsum synodus suscepisset. Prima igit̄ tur causa quam profertis, cur symbolum illud reprobatum fuerit, falsa uidetur: Alteram uero rationem concedimus, sed tertia incōueniens nobis apparet: ita ut primam & tertiam falsam esse putemus. Adduci. n. ad credendum non possum nestorianum symbolum ex eo reprobatum fuisse, q̄ nestoriani Charisium insectabantur, ac si scilicet id synodus ualde curasset, sed potius putare debemus, synodum ipsam plurimum curasse, ne falsa dogmata in uero symbolo scriberentur. hic autem Pater Reuerende dixisti, synodum ipsam nunq̄ prohibuisse, ne cui liceret priuatas expositiones literis dare, dummodo a uera fide alienę non sint, quemadmodū Agathon, sophroniusq; fecere, qui quid de fide sentirent impune literis tradidere: ipse uero quęro ex te, an is Agathon & sophronius in explananda fide sua, quicq̄ in interdictum ipsum commiserint? Iul. Card.

Minime: non. n. addiderant symbolo. Et quoniam de religione sua priuatim conscripserant, iccirco interdicto Ephesino nō subiacent. diximus. n. supra neminem uetitum esse ne fidem explicet Mar.

suam: quandoquidem tantum fuerat interdictum, ut nemo propriam expositionē pro symbolo celebrari uelit, aut symbolo quippiam addat.

Iul. Card. ¶ Gaudeo te credere Reuerende Pater Agathonem, & Sophronium, ac Charisium in sua fide diiudicanda interdictū ipsum neutiq̄ fuisse preuaricatos: nunc ad id, quod ex me quesiuisti libenter respondeo, Charisium suum symbolum, quod uerum ac catholicę fidei congruum fuisse creditur, non ita tradidisse posteritati, ut id Ecclesia communiter celebraret: non .n. ad eum spectabat populum docere, aut communis fidei normam prodere, uerum ut suum tantum dogma manifestaret: mihi autem satis est fuisse probatum, Charisium ipsum nil in interdictum illud cōmisisse: unde sequitur neq; catholicam Ecclesiam, neq; rectorem eius, docendi populi facultatem habenti ab uniuersali Ecclesia fuisse uetitū, ne sibi liceat symbolo quippiam addere.

Mar. ¶ Ex tua oratione pater Amplissime id tantū habetur, iccirco Charisium condemnatum a synodo non fuisse, q̄ nil digni pœna commiserit, nequaq̄ tamen ex eo consequi, Ephesinum consilium mutandi symboli facultatem uolentibus permisisse, q̄ Charisii symbolum neutiq̄ antiquauerat. Tuum igitur argumētum destructū esse uidetur. Vtrum autem Ecclesia catholica ea sit prędita facultate, ut commune symbolum immutare transformareq; ualeat, necne, imposterum suo loco fauente Deo considerabimus. Nunc autē ex te scire uelim, an quod Charisio facere non licuerit, id Nestorianis, si de fide bene sensissent, facere licuisset. Nam paulo supra mihi uisus es, protulisse, si hi fuissent catholici, ipsis etiam fas fuisse, niceno postposito symbolo aliud eius loco in baptismate tradere.

Iul. C. ¶ Duo mihi dixisse uideris Pater Reuerende quorū primū prętermittendū nō est, immutādi symboli facultatē Ephesino interdicto, cuiuis hominū fuisse uetitā, eodē tñ interdicto nequaq̄ fuisse prohibitum; ne cui liceret professionem suā litteris tradere.

Mar. ¶ Dummodo uera sit, cōmuneq; symbolū non transmutet.

Iul. C. ¶ Sufficit nobis probatum esse synodū Ephesinam nequaq̄ interdixisse, ne cui suam fidem uerbis a symbolo diuersis declarare liceret, sed antea q̄ ad respondendum his ueniamus, hæc ipsius synodi uerba accuratius perpendamus. Nemini fidem inquit aliam proferre, aut conscribere liceat, & reliqua. quæ quidem ita uideris exponere, ut uerbis aliis quisq̄ symbolum explanare non ualeat, etiā

si laicus, nedum si clericus fuerit. Vnde profecto maxima dictorũ tuorum inter se repugnantia sequitur: nam ex una parte concedis quemuis suam fidem quibusuis uerbis exponere posse, ex alia uero uidetur interdictum illud ad laicos usq; protendi, quod ideo tibi quidem incommodum accidit, q; ipsa uerba ponis ad aliam sim/pliciter fidem referri: quæ si credideris ut ego exposui, fidem tñ religionis nostrę contrariam significare, nullum prorsus incommo/dum incurrisses. pręterea non ita synodus iussit, ut liceat nemi/ni uel publice uel priuatim uel simul uel disiũctim addere, seu pro/ferre, uerum simpliciter ac in uniuersum interdixit, ut nemini li/ceat & reliqua. patet etiam ex eiusdem synodi prooemio interdi/ctum illud non nisi ad oppositam fidem referri. Cum Patres in/quit conuenissent, symbolum nicęnum perlegerant, ut sermones extraneos cum eo conferrent, quiq; ipsi symbolo consonarent, eos susciperent, oppositos uero reiicerent. Decretum igitur syno di uerbis his respondere debet, ut uerba quæ fidei nostrę conueni/rent, ea tantum susciperentur, contraria uero reiicerẽtur, per aliã ergo fidem tantum contrariam pugnanteinq; ipsa synodus intelle xerat. De his ergo me uelim interroges, an ipsa possim ostendere: uerum ne uidear tuis quęstionibus respondere nolle, ipsis modo li/bentissime respondebo. Charisium inquis iccirco fuisse laude affe ctum a synodo, q; non habens facultatem aliud symbolum compo/nendi, nequaq̃ aliud composuerat: qua quidem ratione meum ar/gumentum credis fuisse destructum, dicens Nestorianos propterea fuisse damnatos, q; aliud symbolum celebrandum ediderint: nam si uerum ipsum quoq; fuisset, ii nũq̃ a synodo fuissent damnati. Cui equidem sententię acquiesco, ut si nestorianum symbolum fuisset catholicum, ipsum etiam instar Charisii, Agathonis, atq; sophronii symbolorum susceptum fuisset: sed quoniam contraria dogmata continebat, ideo fuit antiquatum.

¶ Nestorianum symbolum. P. A. longe alia ratione fuerat editum q̃ Charisii, Agathonis, atq; Sophronii symbola. Illud namq; his, q ab hęresi ad fidem reuertebantur, pro nicęno symbolo tanq̃ com/munis doctrina traditũ fuerat: hæc uero nõ ita ut per ipsa baptismã celebraretur, posteritati fuere prodita: unde non sequitur, ut una omnium eademq; ratio sit: nam illud etiam si catholicum fuisset, merito tamen synodus ad huc ipsum antiquauisset, hæc autẽ cũ nõ pro symbolis communiter celebrandis, uerũ ut expositiones, atq; Mar.

sententię ꝓprię, scripturę relictę fuerint, iccirco reprobata nō sunt: patet igitur falsum esse quod profiteris, nestorianos scilicet immutandi symboli facultatem habuisse, si recte de fide sensissent, nec non Charisium ac cæteros, nicęnū symbolum neutiq̄ tetigisse.

Iul.C. ℂ Sane mihi uideris .R.P. oppositum ueritatis proferre: nam ipse Charisius in suę fidei expositione uel symbolo, nicęnum simul & Constantinopolitanum mutauerat dicens, & in spiritum sanctum paracletum, Spiritum ueritatis consubstantialem patri & filio: quæ quidem uerba in ipsis symbolis non leguntur. porro q̄m in tui sermonis exordio protulistis, argumentum illud concessum nobis putatū iri, Cui nō fuisset respōsum, ideo nō simul oībus uerum singulis repetitis, ad oīa respondebo: dico igitur, idq; profiteor, ut nulla inter nestorianorum atq; Charisii, ac sophronii, tharasiiq; symbola differentia fuisset, si nestorianū ueritatē in se contineret. tu autem P.R. nō deberes legem ipsam exponere aliter quā posset intelligi: nam ut sępissime dictum est, iccirco synodus nestorianum symbolum antiquauerat, ꝙ in se multa dogmata nephanda concluderet. hanc ergo perpende sententiam: nam equidem interdictum fuisse puto, ne cui homini priuato liceret, Ecclesię catholicę celebrandū quippiam tradere, quod aliā, hoc est oppositam fidem significaret. ne autem eidem Ecclesię ab homine priuato uerum symbolum ita traderetur, ut ipso cuncti Christicolę uterentur, non ipso eodē interdicto, ueꝝ alia rōne fuisse uetitū censeo: q̄nquidem minime cōueniret, ut Ecclesia mortalibus obediret, qui nullā ab ea facultatem haberent, cum pręsertim oībus in rebus diuinis particulares Ecclesię communem sectari debeant.

Mar. ℂ Eadem ipsa mihi uideris repetere, atq; in eisdem .A.P. uersari, scilicet catholicam Ecclesiam ea facultate pręditā esse, ut symbolum immutare, ac ipsum particularibus Ecclesiis celebrandum tradere ualeat. ad hoc autem non dum clarius respondisti, utrum si nestoriani bene de fide sensissent, suum symbolum iure suo ꝓdere potuissent necne? huic ergo quęstioni si lubet, apertius respondeas, ut tādem ipsam concludamus.

Iul.C ℂ Satis mihi uidetur ad propositum respondisse.

Mar. ℂ Ex te requiro Pater amplissime utrum nestorianis licuerit suum symbolum ita tradere celebrandum, ut homines ipso in sacro baptismate uterentur, an non? nam Charisii, ac cæterorum fidei expositiones, nō sane fuerant symbola, neq; symbola nuncupata, neq;

deniq; pro symbolis a synodo ita suscepta, ut p ipsa Baptisma fieret.

☙ Fateor equidem nemini licere proprium symbolum ita proferre ut communiter in Ecclesia celebretur: Nestorianos autem ipsos potuisse symbolum uerum exponere, ac ipso uti, idemq; proferre ac sapere, non eo inficias. sin autem protuli etiam si symbolum ipsorum, nicęnum symbolum oppugnaret, me falsum dixisse cõfiteor: teneo tamẽ memoria me tantũmodo protulisse, fas ipsis fuisse symbolum uerum proferre. Iul. C.

☙ Nestoriani suum symbolum communiter celebrandum tradiderant, uolentes, ut qui ad fidẽ reuerterentur ab hęresi, nicęno postposito symbolo, illo tñ baptizarent. num igitur ipsis id agere licuisset, si symbolum ipsum fuisset catholicum? Mar.

☙ Et si prolixe clareq; mihi uideor rñdisse, tamen ut tibi pro uiribus satisfaciam, repeto: nestorianos proculdubio potuisse symbolum suum proferre, dummodo uerum fuisset, eodem tamen cõmuniter in Ecclesiis uti, nequaq̃ ipsis licuisse. Iul. C.

☙ Id est. P. A. quod equidem uolebã cõcludere, nõ alia uidelicet de causa nestorianos fuisse damnatos, q̃ q; suum symbolũ pro cõmuni doctrina nicęni symboli loco celebrandum tradiderint: quod tamen quoniam uidebantur suo iure facere potuisse, q; nondũ interdictum illud editum fuerat, iccirco synodus Ephesina legẽ, ut supra dictum est, promulgauit, ut in futurum neq; nestoriani, neq; quisq̃ cęterorum mortalium facultatem, uel ut melius dicam licẽtiam ipsam haberet, quam quidem constat plurimorum falsorum dogmatum causam fuisse, ita ut ausim dicere, ut synodus ipsa nũq̃ interdictum eiusmodi edidisset, si Nestoriani licentiam ipsam non habuissent, qua quidem nefanda dogmata seminarent: sed prudẽtissima synodus incommoda futura prospiciens, in uniuersum prohibuit, ne cui liceret aliã a nicęnoꝝ patrum fide docere, nõ inscia, ut sępenumero dictum est, immutandi symboli licẽtiam, falsorum dogmatum causam fuisse, foreq;. patet etiam ex ipsius synodi summa facultate qua pręd ita fuerat, suę mẽtis fuisse, ut aliam fidei expositionẽ, ac symbolũ nemo auderet cõponere. quã quidem cõclusionem tuis ex dictis, ut quoddã consequens, uel ut ita dixerim corollariũ expressimus, nisi aliter tibi uidet, qđ uelim ex te cognoscere. Mar.

☙ Tibi ne magis. R. P. an Ephesinę definitioni credendum est? Iul. C.

☙ Nos sane synodo tribuimus plurimũ, cũq; qcq̃ uocamus in dubiũ, decretis ac expositoribus eius magis cõcedimus, q̃ nobis ipsis Mar.

indulgeamus. porro autem beatus Cyrillus ad Ioannem & Acatiũ Melitineñ. scribens, definitionem ipsam explanat, lucidioremq; reddit, eiusdem ergo Cyrilli expositionem diligenter considere/mus, ac ipsum in omnibus imitemur: quo quidem melior inter/pres inueniri poterit nemo, nisi tu ita sentias.

Iul.C. ¶ Idcirco equidem ex te .P.R. quęsiui, cui nos magis oporteat cre dere ꝙ ipsa tertia synodus decreti sui reddidit rationem, dicens qm̃ nestorianum symbolum peruersa contrariaq; dogmata conti/nebat.

Mar. ¶ Nequaq̃ res sic se se habuit, ut causa ex illa symbolum ipsum fue rit antiquatum.

Iul.C. ¶ Sancta tertia synodus .P. A. Nestorii expositionem, hoc est do/gmata nefanda damnauit: quod itẽ ex uerbis Charisii apparet, qui cum incusaret nestorianos ita protulit, ii niceno symbolo spreto in/fidelitatis symbolũ protulerunt: preterea Cyrillus Nestoriano sym bolo ac literis in synodo recitatis, eam interrogauit, an ipsi uera ui/derentur, ea quæ in his scripta essent. quam quidem synodum re/spondisse constat, ea oĩa falsa esse, ipsaq; propterea statim reproba uit. ꝙ aũt Cyrillo .R.P. idcirco magis credendũ existimes, ꝙ summi Pontificis uicarius & legatus in eadem synodo fuerat, tibi ipse asser tior: cuius quidem literę, non solum meam sententiam non im/pugnant, uerumetiam ipsam mirum in modum confirmare uidetur: quarum sensum si bene perpenderis, satis tibi fuerit exploratum, ipsum per aliam fidẽ: contrariam nõ intellexisse: cuius quidem rei ex eo quoq; potes capere rõne: nã is Cyrillus literis ad Ioãnẽ antio chenũ missis, quibus cuidã Epĩs Nestorii respõdebat, multa relique rat, quæ in niceno symbolo nõ tam expresse, legunt: quæ quidem tamen quandoquidem a ueritate nõ fuerant aliena, idcirco dixisse creditur, nil addimus neq; auferimus. Ergo quominus ex ipsis lite ris nequaq̃ percipere possumus, hoc esse puto, ut cum symboli uera seruatur intelligentia, tum neq; additio neq; ablatio fieri cẽ/seatur. literę autem ipsius Cyrilli ad Acatium scriptę non solũ nõ contra nos sunt, sed etiam a nobis esse uidetur: quandoquidem ex his patet quo nam modo intelligi debeat illud, addere nõ licere: ita ut qui quicq̃ exponit atq; declarat, non noui quicq̃ apponere, ue/rum idem ipsum dilucidare, clariusq; reddere censeatur.

Mar. ¶ Num Cyrillus non prohibuerat, ne uerbis extraneis declara/tiones eiusmodi fierent?

Iul. C. Qui expositionem eiusmodi fecerit, is nil sane noui protulerit, neq; propterea censeretur diuinum symbolum immutasse, uerum quae clara fuissent, illustriora magisq; perceptibilia reddidisse. quod aliud argumentum hoc obsecro fortius poterit excogitari? quod cum proxime loquente niceno presule querens inuenire nequaq̃ potuerim, id deinde mihi, ne me falsum esse putaretis diligenter inuestiganti occurit; quo proculdubio nostra cõtrouersia soluitur. nam Cyrillus ipse literis ad quendam Nestorii auditorem scriptis, quae quidem sic incipiebant: Res quidem, declarationem hanc de qua agimus, additionem non esse demonstrat: quibus quidem literis in synodo recitatis, Cyrillus ipsam interrogauit.

Mar. De quibus obsecro Cyrilli literis mentionem facis?

Iulia. De his, quas contra Nestorium scripserat. Synodum inq̃ Cyrillus interrogauit, an nicene synodo consonantes essent: frequens autem synodus respondit, eas q̃ maxime congruas esse, q͛ his ueritas magis pateat, quodq; a symbolo niceno paucis ac obscure cõtineretur, id prolixius atq; clarius redditum sit: unde synodus ipsa conclusit Cyrillum ipsum, eadem cum synodo nicena sentire, ac eundem nil prorsus innouasse. Si quidem igitur Cyrilli uerba, fidem aliam, hoc est niceni symboli contrariã significassent, is proculdubio legis trangressor preuaricatorq; fuisset. sed quoniam au-

Cyr. toritati Cyrilli uehementer innitimur, icciro expositionem eius in medium proferamus, quam de symbolo fecerat, qua quidem clare cognoscere possumus, quid illa synodus cum interdicto suo uoluerit. Sancta synodus inquit Ephesi Deo annuente celebrata, sanctam in Nestorium ac eos, qui uana cum ipso sentirent uel in futurum senserint, & in eos, qui uanitates eiusmodi proferre, aut literis mandare fuerint ausi, sententiam promulgauit, pariterq; dãnauit. Ex his literis. A. P. clarissime patet, cur Nestorius ac eius secta condemnata fuerit: et illud, fidem aliam, contrariam fidem significare, quemadmodum Nestorii fides fuerat: et icciro nestorianũ symbolum antiquatum fuisse, q͛ talia dogmata contineret, qualia Nestorius ipse uidebatur sentire: quam quidem sententiam, licet tue contraria sit, tu tamen uir prudentia & sapientia preditus, ex literis ipsis percipies, si eas diligenter inspexeris: ex quibus quidem tibi fieret notum Ephesinam synodum nil aliud q̃ fidem fidei uere contrariam uetuisse. Rogo igitur te atq; obsecro Pa-

ter Reuerende ne tot ac tantos auditores sermonibus ita friuo/lis, ut uel a pueris possint refelli, detineas: uerum si uobis etiam quemadmodum nobis uidetur conducere, omissa huiusmodi con/trouersia, ad principem illam ueniamus, de qua quidem longam orationem non tamen alienam a ratione speramus habere: sin au/tem in hac eadem quęstione adhuc malitis persistere, per mensem ne dum per diem tibi paratus sum respondere: q̄uis animi dolore afficiar, ꝙ tempus uane conteritur.

Mar. ¶Sermones nostros neq; inutiles, neq; de paruis rebus habitos, neq; deniq; tales, ut uel a pueris (ut dicis Pater Amplissime,) pos/sint dissolui: uerum ualde conuenientes, ac ad propositum perti/nentes fuisse putamus: quandoquidem diuorum patrum senten/tias exposuimus, credentes, tametsi uestrum eiusmodi dogma ue rum forsitan fuerit, ipsum tamen diuino symbolo nequaq̄ adden/dum esse. Conuenientius ergo, maioriq; ueneratione dignum, ac ipsius rei naturā cōsequens esse uidetur, ut omissa illa, de qua uel les agere quęstione, hanc prius concludamus. Scias igitur uelim nos ueritatis huius inuestigationem, nolle prius relinquere, q̄ cō/muni sententia, ad conclusionem aliquam pręuenerimus: quan/doquidem, ut supra dictum est, nos asserimus, & ita sentimus, pro ut ostendere facile possumus, dogma illud de quo suo loco consi/derabimus, quamuis fuerit cognitum uerum esse, alibi tamen q̄ in symbolo scribendum esse, quemadmodum concilia generalia fecisse constat. ab ipso igitur symbolo dimouendum esse cēsemus, ut cunctorum Christianorum coniunctio fiat, qui ex ea causa iā diu dissident.

Iul.C. ¶Rebus omnibus pater Reuerende quibus humanū genus frua/tur, tempus expetibilius est: proptereaq; serenissimus Imperator sępissime protulit, id conterendum frustra non esse. quandoquidē ergo sermonibus & scripturis, satis hac de re egimus, uosq; qui sa pientes ac magno ingenio prędite estis, iam agnouisse censemini rei huiusmodi ueritatem & rationem non amplius in dubium noca/ri debere, iccirco ad aliam controuersiam ueniamus. Cur au/tem eiusmodi quęstionem in medium Pater Reuerende protu/leris, haud quaq̄ intelligo, nisi forsan id feceris, quod oratores egre gii faciunt, quippe qui cum aliquam causam uolunt agere, a faci/lioribus incipere soleant: qua quidem ratione tu quoq; forsan addu ctus, ac non inscius te magno certamine certaturum esse, prius ar/

matura leui nobiscum agere uoluisti: at qm̄ huiusce causæ uerita/ tem perdiu inuestigauimus, ita ut in presentia luce clarius pateat, (tametsi semper uobis fuerit nota, uerumtamen ut uobis fieret ex/ ploratum, quo nam pacto latini homines respondere scirent, ideo de nobis periculum facere uoluistis) iccirco uos rogo ut tandē ad maiorem illam questionem ueniamus: nam si nobis ut supra dixi/ mus demonstrabitis sanctum Spiritum ex filio nequaq̄ procedere, uobis ilico concedemus, id nulla ratione a Romana Ecclesia appo/ ni symbolo potuisse: sin autē illud nō poteritis assequi, sed eius op/ positū uobis probabitur, nullam amplius inter nos controuersiā fo/ re censeo. porro aūt per me nunq̄ stabit, quominus questionē illā, quo ad uobis libuerit, prosequamur, dūmodo disputationis huius/ modi auditores non tedeat: nam equidē ad omnes, quas proposue ris questiones libentissime respondebo: sed magis forsitam expedi ret, ut statis diebus de principe illa questione uerba facturi conueni remus: interea uero extraordinarie congregati hanc etiam questi/ nem tractaremus, nisi tu Pater Reuerende malis in hac eadem ma/ teria uersando, ex me quicq̄ aliud querere, qua in re tibi libentissi/ me respondebo: quandoquidem tecum ueluti cum patre meo ma gna cum declaratione dissero. Sed anteaq̄ de aliqua re me interro ges, ad id, quod sepenumero repetisti, interdictum uidelicet nullū ante tertiam synodum fuisse, respōdebo: de quo equidem lōge ali/ ter sentio, ideo non ab re esset, ut uos Patres Amplissimi hanc etiā ambiguitatē audiretis, de qua in sermone quē literis tradidi, nullam prorsus feceram mentionē. Argumentum cui mirum in modū inni ti uidemini, cur symbolo quicq̄ addi non liceat, ex Cyrilli literis su mitis: cuius tñ uerba si iuxta mentem eius accuratius perpenderi/ tis, non de uerborum additione, uerum de alia fide Cyrillum ipsum intellexisse uidebitis. porro licet concedamus uobis, eum noluisse symbolo quippiam apponi posse, id tamen nobis nequaq̄ uidetur obstare: quandoquidem scripture sacre fuerat innixus in qua legi/ tur ita, ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, ut pote qui nō ex se se uerum Dei Patris Spiritu afflati loque/ rentur. qm̄ ergo non sancti Patres, uerū sanctus Spiritus loquebat: ideo Cyrillo uidebatur nil addendum, aut auferendū esse. quæ qdē uerba longe ante Christi aduentum, ne dum ante tertiam synodū fuerant prolata. preterea beatus Cœlestinus hæc literis tradidit: qs unq̄ nō dignus anathemate fuerit iudicatus, qui fidei catholice qcq̄

addiderit, uel ab eadem ademerit? credere autem non debemus li/teris Apostolicis quippiam additum uel ab ipsis ablatũ fuisse, quamquidem nostris ex legibus graui pœna mulctantur, qui literas eiusmodi transformauerint: quas quidem literas Cœlestini, ante tertiã synodum fuisse constat, quibus tamen ipse prohibuit, ne fidei catholicę quippiã adderetur, uel ab ipsa auferetur. duos igitur testes cõtra tuam sententiã attuli: sed quoniam in ore duorum uel triũ stat omne uerbum, iccirco tertium quoque producam. septima namque synodus inquit, Ecclesię catholicę traditiones, neque diminutionem, neque ullam accessionem suscipere possunt. magna igitur afficiendi sunt pœna, qui quicquã abstulerint, uel addiderint: ac execrandus est ille, qui negligit ueritatem agnoscere, ac antiquos patrum suorum terminos transgreditur. Synodus igitur ipsa eisdem sacrę scripturę uerbis innitẽs inquit, qui terminos antiquos, & reliqua: quod quidẽ his solet accidere, qui ueritatẽ non curant cognoscere. unde sequitur eum terminorum esse transgressorem, qui fidem a suis patribus traditam neutiquã amplexatur. ergo qui eam declarat, suorum patrũ fines nequaquã egreditur, neque quicquã ei uel addit, uel aufert. quãdoquidem apud Cyrillum interdictum illud, tñ in eos, qui contra maiorũ suorum decreta loquerentur, editum fuerat, quod sanctus Spiritus ueritatis est Spiritus: et qui eam profitetur, ipsam etiam excolere creditur, ac intra terminos est. contra qui uanus & mendax est, is proculdubio sancti Spiritus fines transgreditur, & patrum fidei quippiam addere, uel ab eadem auferre putatur. Igitur ex sacra scriptura clarissime patet, ut qui ueritatem agnoscere nolit, is addere quicquã uel auferre credatur. porro quoniam sępissime protulistis prohibitionem ipsam a tertia synodo, uel per eam a sancto Spiritu promulgatam fuisse, iccirco Reuerende Pater ex te quęro utrum nobis credendum sit, nicęnam synodum maiorum suorum terminos transgressam fuisse? An non? Plane si credimus mutationem uerborum, ne dum intelligentię fuisse prohibitam, necesse est, ut credamus nicęnam quoque synodum anathemate deuinctã esse, ut pote quæ non nulla uerba, quemadmodum superius dictum est, ab Apostolorum symbolo abstulerit: necnon secundam synodũ anathemati subiacere, quę post illam testamenti ueteris prohibitionem, nicęno symbolo uerba multa addiderit. Sed quoniam Patres ii ueritatem protulerant, iccirco eadem non autem aliena, uel contraria cum maioribus suis sensisse creduntur. falsum est ergo proferre

Cœle.

posteriores synodos uetitas fuisse, ne symbolo quicq̃ addere pos/ sent. Amplius in hoc græco uolumine, quod nobis Constantino/ poli missum fuit, nicænum & Constantinopolitanum symbolum, prout uulgo celebratur, descripta sunt: in alio uero libro, qui quin gentorum annorum & ultra creditur esse, absq; de cœlis, ac secun/ dum scripturas, Constantinopolitanum symbolum legitur: licet in alio libro, qui longobardorum literis scriptus esse uidetur, symbo/ lum idem cum eisdem uerbis legatur: uolumẽ autem uestrũ in quo quarti generalis concilii acta scripta sunt, non nisi trecentorum an/ norum creditur esse. ut igitur Pater Ephesie neutiq̃ in nos inuehe/ mini, licet Deum de Deo in nostro uolumine scriptum sit, cum in uestro non extet, ita quoq; nos incusare non deberetis, q; uerbum unum addidimus symbolo.

¶ Ad omnia, quæ paulo ante dixisti .P.A. respondendi tempus nõ est, quandoquidem longa indigent responsione. quædã.n.ex no/ bis quæsiuisti, simulq; contendisti, ut ea uobis concederemus: quod plane nostræ non esset existimationis, quando possumus ad omnia respondere, ac ueritatem ipsam attingere. de his igitur ac de hoc uestro uolumine suo loco dicemus: q; autem ad Romanam Eccle siam summumq; Pontificẽ aspiciens protulisti, catholicam Eccle/ siam ac eius principem cõmune symbolum reformare posse, iccir/ co toties hæc a te repetita preterire nõ possumus indiscussa. de hac igitur quæstione sequenti sessione si uobis uidebitur disputabimus, argumentaq; plurima & fortissima pro nostra causa afferemus: sed qm̃ uehementer ambigimus, ne sermones huiusmodi aures ur̃as offendant, ideo si uobis uidebitur protuli. Mar.

¶ Inter alia capita .P.A. in quibus græci latiniq; differunt, est id, qđ de Romanæ Ecclesiæ facultate in dubium græci uocant, qm̃ tamẽ nunc agimus an sanctus Spiritus ex filioq; procedat, qui quidẽ fi/ dei articulus est, icirco nõ cõuenit has quæstiones cõfundere: pro/ ptereaq; in oratione quam scripturæ traditam uobis dedi, me de fa/ cultate Rom̃. Ecclesiæ tunc nil esse dicturum protuli, putans fuis/ se cõueniens, ut in aliud tempus differrẽ, suo igitur loco Pater Re uerende in eiuscemodi cõtrouersia, ut decet liberum hominẽ quic/ quid uoluens in medium proferes, in quo sanctissimo Domino no/ stro Pontifici maximo nulla profecto fiet iniuria: quippe qui nõ alia de causa pñs est, nisi ut ueritas illustretur: cuius quidem summi Põ/ tificis Ecclesiæ q; Romanæ facultas, tum ex Euangelio, tum etiam Iul.C

ex sanctis conciliis generalibus benignitate Dei patet clarissime si quidem igitur quęstio utrum liceat addere symbolo, uel ne, ab illa quęstione longe aliena uidetur esse: sane nō conuenit ambas has contemplationes simul, ut supra dixi, confundere. rogo igitur uos atq; obsecro, ut ad quęstionem de sancti Spiritus processione ueniamus, qñquidē si hac in re cōuenerimus, mihi eqdē persuadeo fore facile, ut in cęteris quoq; cōueniamus. his dictis sessio fuit dimissa, et ad alium diem dilata, elapsis uero nonnullis diebus summus Pontifex iussit, ut ad diem .xxvii. mensis eiusdē iterum conueniret.

¶ Die Iouis .xxvii. Nouembris Sessio .xiii. Ferrarię

FRequenti synodo Ducis Burgundię oratores in sessionem hanc introducti fuere, ex quibus quatuor pręsules, & unus diaconus, & duo equites fuerunt, qui salutato de more summo Pontifice, Imperatore uero nequaq̄, (nam patriarcha ualetudine aduersa detentus non aderat) consedere, summoq; Pontifici literas dedere. quibus quidē latine recitatis, & a græcis non intellectis, sessio fuit dimissa at Imperator ęgre tulit uehementissime, q; non fuerit salutatus, asserens se magna iniuria fuisse affectum, et nisi sequenti sessione ab oratoribus ipsis pro sua dignitate salutaretur, se nunq̄ amplius in sessionem uenturum, quinimmo fore ut synodus dimitteretur. Patriarcha uero tametsi plurimum ęgrotaret, tamen per nuntios egit, ut summi Pontificis nuntii Imperatorem rogarent, ut a synodi celebratione nequaq̄ desisteret, promittentes ei ut ab oratoribus ipsis sessione sequenti imperatorio more salutaretur. quapropter ipso cōsentiente summus Pontifex iussit, ut ad diem quartam mensis decembris sessio conuocaretur.

¶ Die Iouis quarta mensis Decembris
Sessio quartadecima Ferrarię.

HAc frequenti sessione, absente tamen patriarcha, Imperatorem ipsi legati salutauere, non ita ut ipsum deceret, id tamen ęquo animo tulit, ac iussit ut dissertores electi negotium prosequerentur. Ephesius autem uolens Cardinali respondere, dixit se uelle breuibus, ac per sic & non

disputare, quandoquidem latini uidebantur ei prolixis orationibus uti, ut eloquentissimi uiderent, deinde de Charisio protulit, exemplum illud ad latinos non pertinere, quibus & aliis ab Ephesio dictis Iulianus Cardinalis uir summo ingenio memoriaq; profunda preditus, ita prolixe respondit, ut dicendo dies ipsum defecerit & sessio fuit dimissa decreto ut triduo post conuenirent.

¶ Die Lune. xviii. mensis decembris Sessio. xv. Ferrarię.

EPhesius Imperatoris iussu, longam orationem habuit, uolens ostendere, ne syllabam quidem addere symbolo licere. quæ quidem oratio ita uagata est, ut omnes sibi facile suaderent, ei neminem responsurum esse. At Iulianus eloquentissimus, qui loquente Ephesio ne uerbum quidē protulerat, orationem eius ordine summo memoriterq; repetit, ac in duas de triginta partes distribuit. uolens partim philosophando, partim sacram scripturam citando, ac dialecticis argumentorū locis utendo probare, latinos minime peccauisse, quamuis addiderint symbolo. cōtra Ephesius magno affectus desiderio quęstionē cuiusmodi ad extremum tandem perducere, ac clarius demonstrare, nullam uerborum accessionem ad symbolum fieri licuisse, Iuliani sermonem in octo partes diuisit: et in prima quidem probauit, Charisii symbolum haud quaq̄ fuisse commune: in altera uero de Nestorii symbolo mentionem nullam fieri debuisse, nam in tertia pœnas eius in interdicto contentarum ostēdit: in quarta uero pœnas ipsas singulariter, non autem communiter in delinquentes editas fuisse demonstrauit, nam in tribus sequentibus partibus Cyrilli literas & Agathonis exposuit ac probauit quid nam ipsi docuerint. In extrema deniq; parte additionem ipsam absq; synodo nequaq̄ fieri potuisse docuit, in hunc postremo modum perorauit

¶ Symbolum illud pręstantissimi Patres quod ut optimum depositum a patribus nostris in nostra Imperatrice ciuitate suscepistis, a uobis tale repetimus, quale uobis fuerat traditum. nonne quisq; depositum sibi creditum reddere tenetur? patrium igitur depositum nobis ut dictum est, restituite. quod quia perfectum est, iccirco diminutione uel additione non indiget: qui quidem Patres nostri eos reprobauere proculdubio qui contra symbolū ipsum quicq̄ innouassent; alios uero pœna grauissima affecere, qui aliud symbolū fecis- Mar.

sent. quod si unius solę dictionis additio parum refert, ac parua de ea ratio debet haberi, ablata igitur, parum uel nihil prorsus nocebit, immo certe plurimam prodessent n... ea ratione cuncti Christicolę dubio procul cōiungerent: cōtra magnū ac indignū facinus esset, si talis additio tolleretur, ob idque magna ratio de hac re debet haberi: non igitur ipsi peccamus, qui rem hāc plurimi facimus. Amplius si talis additio prudenter fuerat facta, nunc quoque prudentius nobis consuleretur, si ipsam auferetis: sic.n. amicos uobis coniunctissimos faceretis, qui uestram mutuam amicitiam magnificerent, & excolerent. Vos igitur o, Patres & fratres ac Reuerēdi dñi nostri, ut sępenumero fecimus, ita etiam nunc per uiscera dñi nostri Iesu Christi qui nos peccatores ac perditos mortales dilexit, & animam suam pro nobis dedit, rogamus ac obsecramus, ut pacem optimā & summā inter nos sanctosque Patres nostros coniunctionem faciamus: qua quidem tum fuimus coniuncti cum idem omnes uolebamus, ac sentiebamus, & nullū inter nos dissidium erat. coniungamur obsecro tanq̄ fratres, ueneremur maiores nostros: definitionibus ac decretis ipsorum honorem plurimum habeamus: eorūdem minas & pœnas uereamur. Ipsorum denique traditiones seruemus custodiamus excolamus, ut uno corde ac ore Patris & filii sanctique Spiritus nomen dignissimum celebremus & glorificemus nūc & semper & in sęcula sęculorum Amen.

¶ Iulianus autem Cardinalis Amplissimus a disputatiōe nolēs desistere, sententiamque suam uehementissime defendens, post multa protulit, pro singulis decem argumentis, quæ sibi fuissent proposita, se decem millia redditurum. deficiente autem die, sessio fuit dimissa. tum græci tā pręsules q̄ cæteri omnes tedio affecti, de suo in patriam reditu infecta re cogitare cæperunt: dicentes in uanū tempus conterimus, quandoquidem, ne a latinis nos nec a nobis ipsi suaderi possent. At imperator magnanimus animos ipsorū cūctando restituit. porro uolentibus græcis disputationi facere modum, latini miruminmodum incumbebant, ut in sessionibus de ipso dogmate ageretur: asserentes de quæstione prima iam satis dictum fuisse, ac se nolle amplius querere, Cur illud ex filioque, symbolo fuerit additum. nam cum fieri non possit, ut quod iam factum probatumque fuerit prius tollatur, q̄ ostendatur a gręcis impiū esse, operępretium esse dicebant, ut imposterum de ipso dogmate agerent: quod quidem si impium esse constaret, illico tolleretur: sin autem

receptum esset, minime se esse incusandos. hæc Iulianus doctissimus: contra uero dicebat Ephesius: tollatur a symbolo proprioq; termino circunscribatur, quemadmodum de multis aliis uerbis cõstat factum fuisse. At Iulianus uehementius instans dicebat, inquiratur Pater ueritas inquirat, & si uerbum illud impium esse dignosceretur, neq; in symbolo stabit, neq; alio in loco(ut dicis) circunscribetur: impia.n.nulla ratione proferri debent, pia uero quo uis in loco, ne dum in symbolo stare possunt. interea Imperator ægrotauit simulq; Patriarcha aduersa ualetudine iam pridem domi tenebatur: post autem dies sexdecim uix potuit Imperatoris domum lectica uenire, quo biduo post græci quoq; præsules conuenere, ad quos Imperator fuit ita locutus.

¶ Nostra relicta patria patres optimi pro Ecclesiarum coniunctione non sine magno periculo huc frequentes conuenimus: & uos quidem antistites pro uestrarum Ecclesiarum securitate, laici uero tum pro uestra pia religione, tum etiam pro posteris uestris solliciti estis, ob idq; onus hoc libenter subiistis. Ego autem solum ut a Deo gratiam consequar, id quod etiam ad uos pertinet, uehementer laboro: quippe qui filios uel heredes non habens, nec dignitate maiore affici cupiens, pro generis nr̃i salute plura quã cæteri, ut uidetis, onera sustineo: operæpretium igitur est multis de causis, præsertim ut cum latinis coniuncti, nostram in patriam magno affecti honore potiusquã dedecore hinc disiuncti ꝓficiscamur. operæpretium inq̃ est, ut summo studio in unionem Ecclesiarum incũbamus. Imp.

¶ Quo quidem sermone audito, græci qua nam ratione de dogmate ipso agendum esset inter ipsos locuti sunt. Tandẽ uisum est ipsis ut duodecim præsules ex suis seligerent, qui cum totidem latinis de sancti Spiritus processione priuatim disſererent, quodq; benignitate Dei ab ipsis probatum esset, id omnes susciperent: nolebant .n. cum latinis oratione perpetua publiceq; contendere. dum autem hæc agerentur, a summo Pontifice græcis fuit nuntiatum, ob pestẽ synodũ esse Florentiam transferendam. qđ et si quã maxime græcorum conuentum turbasset, post multas tamen altercationes, quas quidem silentio præterii, ꝙ ad rem neutiq̃ pertinerent, uidentes Imperatori ac patriarchæ non nimium displicere synodum ipsam transferri, summi Pontificis uoluntati his conditionibus acquieuerunt, ut summus Pontifex mensium octo subsidium Constantinopolim mitteret; ipsis autem græcis, & quinq; mensiũ uictũ, & cõmeatũ

Florentiam usque tribueret, ac pro his omnibus (ut uulgo dicit) bãcũ ibidem assignaret, necnon ultra florentiam nequaquam proficisceretur: uerum ibidem synodus quatuor mensiũ spatio terminaretur, ac græcis omnibus esset facultas illinc cum sibi uisum fuerit, discedendi. quibus quidem conditionibus a summo Pontifice pro eius pietate acceptis, in cathedrali Ecclesia extrema sessio ferrariæ celebrata fuit: in qua quidem nil aliud factum est, nisi ut summi Pontificis decretum de transferenda florentiam synodo recitatum fuerit: non autem constat in quo die talis sessio celebrata fuerit, Cum tantum reperiatur die .xi. mensis Ianuarii græcos pecunias pro eorum cõmeatu, necnon xix. millia ducatorũ pro Cõstãtinopolitano subsidio a summo Pontifice accepisse, die uero .xvi. summum Pontificẽ ferraria discessisse.

¶ Sessio .xvi. Vltima Ferrariæ.

Frequenti sessione patriarcha tñ ob ualetudinẽ eius absente, Neapolitanus Antistes missam solemniter celebrauit: qua quidem finita, letaniisque decantatis, gradensis Præsul latine, Mitylenẽ. autem græce, consentiente Imperatore summi Pontificis decretũ oĩbus Cardinalibus & præsulibus pontificaliter ut moris esset indutis, ex sugestu recitauit: cuius tenor hic fuit. ¶ Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei ad futurã rei memoriam, generale concilium ferrariæ cõuocatũ fuerat, quod quidem etsi nostræ sententiæ fuerit ibidem conficere terminareque: tamen feruescente peste præsertim in hyeme, ex quo credendũ esset in uere quoque futurã esse, illud iuxta leges nr̃as ferraria florentiã trãsferre uolumus: quæ q̃dẽ ciuitas libera & pacifica, & aere saluberrimo ẽ. ¶ Post aũt dies paucos, summus Põtifex una cũ Cardinalibus præsulibusque latinis, primus florẽtiã pficiscitur: q̃ cũ equo insidẽs egrederet, Nicolaus ferrariæ marhio eq summi Põt. lora tenens, pedester una cũ suo filio ferraria exiuit. Postridie aũt patriarcha cũ Antistitibus græcis secutus fuit: cui florẽtiam appropinquãti Cardinales duo, ac triginta præsules obuiã uenere, honoreque magno in ciuitatẽ ipsam introduxere. Triduo uero post Imꝑator etiã uenit, qui a florentinis pompa magna honorificentissimeque, ut Imperatorẽ deceret, susceptus fuit: nã florentiæ rectores & domini, nobilissimo ac honorato quoque comitem se præbente, pedestres ipsum ad portam ciuitatis in conspectu Cardinalium & præsulum omnium

Decretũ summi põtificis de synodo trãsferẽda

exceperunt, ac domũ deduxerunt. tempus autẽ carnis priuii erat, in quo multa uariaq; spectacula prope domum eius Florẽtina res/publica honorificentissime celebrauit. primo uero quadragesimę die græci præsules ipsius Imperatoris iussu in domo eius congre/gati, ac interrogati quid nã uellent agere, dixerũt se ad celebran/das sessiones paratos esse: tametsi magis expediret, ut per selectos doctores priuatim ne tumultus fieret, ageretur. quod cum sum/mus Pontifex intellexisset, iussit ut ad diẽ. xxvi. Februarii mensis in suo palatio sessio fieret, ubi frequenti sessione ac ordine de mo/re seruato, Iulianus Cardinalis primus omnium sermonem hunc habuit.

¶ Anno Domini nostri Iesu Christi M.cccc.xxxix. Die Iouis.xxvi.mensis Februarii sessio prima ordine uero.xvii.Florentię celebrata fuit.

Q Voniam Imperator mitissime ac uos Amplissimi, & pie/tissimi Patres de numero sum illo℞, qui ad differendũ uo biscum electi fuerant, icciro mihi beatissimus ac sum/mus Pontifex iussit, ut hæc uobis pauca uerba faciam, breui ergo ac nuda utar oratione: quandoquidẽ diuina res, de qua agitur, opere magis q̃ uerbis indigere uidetur, q̃ plurimi profecto sermones utraq; ex parte sunt habiti, in quibus temporis multũ cõ/triuimus: nunc autem res in Cardine est, nam serenissimus Impe/rator sanctissimo Domino nostro nuperrime nũtiauit operępretiũ sibi uideri, ut paucis ac priuatim agamus: ergo in dñi nr̃i Iesu Chri sti nomine rem ipsam agrediamur. porro autem quoniam cum de transferenda synodo ferrarię tractaremus: serenissimus Impera/tor, necnon sanctissimus patriarcha magno affecti desiderio uide/bantur esse, ut inter nos coniunctio fieret, quod plane summo Põ/tifici perplacebat (ualde enim interest sua, ut huiusmodi cõtrouer sia ad finem celerrime perducatur; quod quidem fieri cõmode nõ posset, nisi sessiones sępissime celebrentur) icciro sanctis. ipse Põ tifex uellet, si lubet, ut uel singulis quibuscunq; diebus, uel saltem singula quaq; eudomada sessiones ipsas frequentes celebremus, & quæuis sessio non minus tribus horis continuis habeatur: etiam si serenis. Imperator, ac patriarcha sanctissimus absentes a sessioni/bus ob ualetudinem fuerint. Iul.C.

¶ Magis Amplissime Pater expediret, ut anteaq̃ ad differendum Impe.

conueniremus, aliquot ex nr̃is, ac uestris doctoribus seligeremus; qui priuatim agerent, ac nostræ coniunctionis modum inuenirent: & si nihil proficerent, tum communiter in sessionibus disputaremus: quemadmodum probi uiri aliqua de re contendentes facere solent: qui consultis prius amicis communibus, si suas controuersias componere nequeant, ad iudices deueniunt: non aliter igitur nobis faciendum esse putamus. cui quidem sententię summus Pontifex acquiescere uidebatur, ut modus coniunctionis priuatim inueniretur, Iulianus autem Cardinalis ita respondit.

Iul.C. ❡ Cum patres Amplissimi serenissimus Imperator primus sententiam hic & ferrarię dixerit, ut priuatim rem ageremus, iccirco summus Pontifex adductus spe serenissimum ipsum Imperatorem unionis eiusmodi modum posse facilius excogitare, credit ipsi q̃ maxime conuenire, ut is modum ipsum inueniat, nobisq; patefaciat, ut ipsi quoq; de eo paulisper consideremus. Credo equidem assecutum fuisse id quod uobis promiseram, me quẽadmodum Beatissimus Pater noster iusserat mihi, breui ac nuda oratione dixisse.

Imp. ❡ Quod iam præstantissimo Cardinali si me non interpellasset dicere uolebam, id modo proferam, dein eius orationi respondebo. ipsi quidem plurimum disseruimus, plurimęq; orationes ultro citroq; sunt habitę, quæ ad quæstionem de additione ipsa spectare uiderentur: & quamuis alia plura fortioraq; argumenta proferre potuissemus, cum tamen Cardinalis ipse multiq; probatissimi pręsules conuenientius esse dixissent, quod sanctissimus pater a me priuatim contenderat, ut omissa illa quæstione ad aliã ueniremus, tum etiam q; ipsi breuitati uehementissime studemus, iccirco nunc uolumus ad aliam quæstionem uenire, ita tamẽ ut cum ad primam regredi uoluerimus, nobis liceat. quod quidem uobis prædicimus, ne unq̃ forsan diceretis, ab illa causa nos prorsus cecidisse. fateor autem me primum omnium protulisse, priuatim prius nobis agendum esse, uerum: nil nunc nobis uenit in mentem quod ad componendam pacem proponeremus. Nobis ergo. P.A. gratissimum faceretis si quicq̃ in medium afferretis, quod ad cõcordiam huiusmodi pertineret: uidemur. n. uidere uos aliquid tale dicturos esse. dicant igitᵣ alii quicquid uelint, nos etenim hæc dixisse uoluimus. Cardinales autem Antistitesq; latini ad summũ Pontificẽ accessere, simulq; collocuti fuere, deinde Iulianus Cardinalis ita respondit.

Iul. C. Serenissime Imperator sanctissimi Domini nostri Iussu, ac hoꝝ/ rum præstantissimorum patrum consilio elegantissimę tuę oratio/ ni paucis respondebo, quam profecto bene percepimus: nam sa/ tis dictum fuisse dixisti, an liceret symbolo quicq̄ apponere: præ/ terea licet argumenta uestra fortissima & a ratione minime alie/ na fuerint, uos tamen multo plura fortioraq; afferre potuisse, nisi ego a uobis sępissime contendissem ut eiusmodi quæstione postpo sita, ad alteram, an sanctus Spiritus ex filioq; procedat, ueniremus, quemadmodũ etiam patri beatissimo conueniens esse uidebatur. ut igitur nobis gratissimum faceres nobis concedere uidebare, ut hac de re differemus, hac tamen conditione ut uobis cum uisum fuerit, liceret ad quæstionem primam redire, quandoquidem ab ipsa nequaq̄ penitus discessistis. Ad quæ. P. A. breuiter a me re/ petita, breuissime q̄ potero respondebimus. Porro autem ipsi ui/ dere non possumus, quid nam uestris in cordibus habeatis, quasq; alias rationes afferre potuissetis, quandoquidem nobis uidetur quę/ stionem illam ita explicasse ut amplius ambigendum de ea nõ sit, id quod uos etiã tenetis ut credimus: fieri enim non potest ut uos qui summo ingenio, maximaq; rerum scientia prediti estis, argumẽ/ ta nostra firmissima & inuicta esse, nequaq̄ intellexeritis: sed neq; non inscii estis uos semper facultatem respondendi nostris rationi/ bus habuisse, ita ut si quicq̄ aliud in nos afferre potuissetis, id pro/ culdubio tanto decurso tempore ex quo uestra refellimus argumẽ ta protulissetis. Si quidem igitur rationes nostras silentio præte/ ristiis, credimus uos ipsas refellere neutiq̄ potuisse, neq; alias ra/ tiones ad quæstionem ipsam spectãtes (ut dicitis) habuisse: quid enim uobis fuit impedimento quominus nobis responderetis? ni/ si q; argumenta nostra uobis firmissima uisa fuierint? proptereaq; beatissimus pater noster dicebat ualde conducere, ut ad alterã quę/ stionem ueniremus, cui cum uideretur nostram causam ita illustra/ tam fuisse, ut nulla prorsus alia indigeret cõsideratione, iccirco fere bat ęgre, uidere tempus in cassum produci, q̃quidem disputatiões de rebus tm̃ ambiguis debent fieri: hac igitur de causa. P. A. patrũ hoꝝ sententia ex uobis ipse contendi, ut ad aliam controuersiam ueniremus, uidentes clarissime quæstionem primam apostolorum autoritate, synodoꝝ decretis, sanctoꝝ doctoꝝ sñia pfectissime so/ lutã fuisse: si quidẽ igiť ne beatissimi p̃ris rogatu ab ipsa cã decedere uoluistis priusq̄ multę fierẽt disputatiões, iccirco nequaq̄ cõuenit, ut

sine conclusione infectaq; re ad aliam ueniamus: sed melius esse uidetur, ut si quid argumentorum ad huc uobis reliquum sit, id etiam in medium afferatis, quãdoquidem omnia Pater beatissimus, necnon hi prestantissimi Patres attenti auscultabunt, spe adducti ea quoq; benignitate Dei facile posse dissoluere. Quod autem tibi serenissime Imperator in mentem non uenit, neq; prorsus excogita sti quo nã pacto conueniremus, ob idq; dicis conducere, ut ipsi modum ipsum inueniamus, ac in medium proferamus, respondeo iã satis de hoc dictum esse, cum ipse dicenti tibi fore commodius, ut priuatim ageremus, contradixerim, q; magis expediret per sessiones ac publice agere: si autem hæc nostra sententia tibi non placet, putanti priuatam collocutionem magis expedire, idq; uestri Pontifices uolunt, sane non alienum esset a ratione, si primi quoq; nostrę coniunctionis modum in medium afferretis, quemadmodum ipsi proculdubio feceremus, si sententiam illam primi dixissemus.

Imp. ¶ Ad ea quæ de omittenda prima quæstione, ac altera capienda dixeram, Vos minime responsuros putabam, quandoquidem iam inter nos conuenit, ut ad aliam ueniremus: miror autem uehementer cur nos quæstionem illam prorsus reliquisse credatis, cum nondum ipsam ut nostis terminauerimus: namq; si nobis id cõtigisset, satis iam dictum esse protulissemus, & nulla alia opus esse disputatione. Ad alteram igitur quæstionem ut inter nos conuenit, ueniamus, hac tamen ut dixi conditione, ut ad primam, cum uisum fuerit, liceat nobis reuerti, a qua quidem nunq̃ ipsi discessimus, neq; prorsus discedendum putamus. Sed neq; unq̃ conueniens esse protuli, ut ipsi soli nostrę coniunctionis modum inuestigemus, ac nulla necessitate coacti, soli in eam rem incumbamus, sed uobiscum simul de ea considerandum putaui. Si quidem igitur quicq̃ aliquis in præsentia teneat quod ad propositum spectet, id in medium proferat: sin minus, posteaq̃ quisq; priuatim, ac per se se de hac re melius cogitauerit, in sessione suam sententiam dicat, quo quidem modo sperandum nobis esset, nostræ controuersię finem, ut mihi uidetur, facilius posse facere, ita tamen ut si hac non successerit, per sessiones agere possimus.

Iul. C. ¶ Ne de me serenissime Imperator imposterũ admirere, nonnulla paucis repetã: non equidem protuli quæstionem illam cõi sententia terminatam fuisse, sed inconueniens esse, ad eãdem reuerti: de

qua cõstat satis dictum fuisse, ac uos ad argumenta nostra fortissima ferrariæ respondere minime potuisse. dixi quoque ut uestri proferrent, ut lubet: nam ipsi benignitate dei ad respondẽdum parati fuimus, magis. n. conducere uidebatur de quæstione illa differere, quousque communi sententia finiretur, q̃ posteaq̃ de altera cœperimus disputare, omissa ipsa, ad primam redire. Ad te autem serenissime ac prudentissime Imperator præcipue spectare uidetur, quẽadmodum iussu sanctissimi Patris, ac horum amplissimorum patrũ superius protuli, ut diligenti consideratione coniũctionis eiusmodi modum, quodque magis expediens sit, solus excogites: quemadmodum etiam ut priuatim agere deberemus, solus ipse proposuisti: porro quoniam in extremum expostulasti, ut ipsi etiam hanc ipsam rem pensitemus ac examinemus, q tu quid nam agendum esset nondum excogitasti, ideirco patri beatissimo, cunctisque nobis uidetur operæpretium esse, ut hoc negotium in sessionem sequentem differaẽ, ut tunc accincti meliusque parati conueniatis, et quid agendum sit proferatis: quod quidem iure uestro debetis facere: namque uolentibus nobis per sessiones, ac publice disputare, te autem serenissime Imperator cõtendente priuatim nobiscum agere, ad te spectare uidetur unionis etiam modum excogitare.

Si ad totam tuam orationem respondere uellemus, nostra profecto disputatio fieret infinita: ut igitur dictioni nostræ modum faciamus, id quod sepissime diximus, paucis repetamus, necesse uidelicet esse, ut, quod inter nos conuenit, ad quæstionem alteram ueniamus, hac tamen conditione ut ad primam, si nobis placuerit, redire ualeamus: interea uero si uobis ita uidetur, ut unionis modum communiter inquiramus, nobis etiam placet. Imp.

V os de tali modo uideritis, ipsi uero ad ea quæ opus fuerint respondebimus. Iul.C.

Q uibus peractis sessio fuit dimissa, græcis autem qua nam ratione coniunctionis eiusmodi uiam inuenirent, non mediocre negotium uidebatur. domum igitur Patriarchæ frequentes conuenerunt, ut quid nam sequenti sessione de unione proferrent in mediũ, inter eos consulerent. cum autem quid agerent, aut proferrẽt nescirent, imperatorem rogarunt, ut a summo Pontifice impetraret, ut hi quos ex suis seligerent, cum totidem latinis priuatim agerent, ea ratione adducti, fore ut modum ipsum benignitate dei excogitarent: cui quidem sententiæ Imperator acquiescẽs uoluit ut statim

disputatores ipsos seligerēt, qui cū latinis disputarēt: selectis autē trib9 patriarcharum uicariis, uidelicet Antonio Heracleēn. Gregorio cōfessore, Marcho Ephesio, Isidoro Rhuteno, Dositheo Monembasieñ. Bessarione Nicęno, ac Dorotheo Mitylenēn. hisq; summo Pōtifici nūciatis, ipse se uelle respōdit, ut per sessiones, ac per electos, ut moris esset, ageretur: qnandoquidem coniūctionis modū ut græci promiserant, neutiq̃ inuenere; conuocata igitur sessione absentibus ob ualetudinem Imperatore ac patriarcha, Ioannes ille in philosophia & dialectica prȩclarissimus pro latinis ita dixit.

❡Die Lunæ secunda mensis Martii sessio.xviii. Florentię.

Ioan. BEatissimi Patris iussu, P.A. de sancti Spiritus processione uerba facturus sum, quæ quidem plurimum ad fidē spectare uidentur, & de quibus ut in primo de trinitate capite Augustinus inquit, maxima cum ueneratione loqui debemus. Rogo igitur uos atq; obsecro me attēte audiatis. Velim autem si quid ambigui aut alieni a ratione imprudens protulero, in primis ab eodem ipso patre sanctissimo, qui beatissimi Petri sedem tenens piam religionem excolit, atq; defendit, deinde a uobis in theologia clarissimis, corrigi ac emendari. Porro autem non debemus de uerbis differere atq; in ipsis uersari, sed ueram dictorum intelligentiam ac ueritatem ipsam exacte perpendere: spe adducti, ut quemadmodum Dei filius nobis ueritatem promiserat, ita etiam is a quo mens mortalium illustratur, sua benignitate faciet, ut ueritatem ipsam percipiamus, ac rebus in omnibus proficiamus. Deus enim ipse qui uoluit ut in hoc generali concilio de sancti Spiritus processione agamus, nobis per eūdem sanctum Spiritū dubio procul prȩstabit, ut mutua inter nos beneuolentia, & seruato Eccesiarum decore, quȩstionis eiusmodi ueritas demonstretur ac declaretur, ita ut tali ueritate sine controuersia cognita, quemadmodum unus est Dñs, ac una fides, ut Paulus inquit, ita nos multi unum in fide ac in Christo simus: in primis autem nobis memoria repetendum est, id quod serenissimi Imperatoris arbitratu inter nos Ferrarię conuenit, ne longas orationes habeamus: uerum per argumenta, & autoritates paucis agamus, spe ad ducti, ea ratione conclusionem aliquam facilius assequi posse. Cui quidem sententię cum oēs acquieueritis, sanctissimus et Dñs noster ut ipsi serenissimo Impe/

ratori & uobis faceret gratum, ipsam suscepit: operæpretium esse putans eiusmodi disputandi ratione imposterum uti. Quoniã au/
Aug. tem beatus Augustinus in primo libro de ciuitate Dei, quis inquit disceptandi finis erit, & loquendi modus, si respondẽdum esse re/spondentibus existimemus? iccirco patres Amplissimi conueniens esset, ut sanctorum patrum scripturis, atq; sententiis, quas sancta complectitur Ecclesia inniteremur, ac ipsis ueluti decretis ac legi/bus uteremur: ita ut nemini nostrum liceret eas inficiari, quemad/
Aga/thon. modum a maioribus nostris nobis traditum est: præsertim ab Aga/thone summo Pontifice, qui ad Constantinopolitanum Imperatorem & sextam synodum ita scripsit. Quorundam sanctorum pa/trum autoritates, quas sancta & apostolica Ecclesia susceperat ip/sis cum libris, legatis nostris dedimus, ut ipsis solis innitentes sere nissimorum ac Christianissimorũ Imperatorũ auxilio, quæ opus es/
Chal/cedo. Con. sent conficerent. Chalcedonense quoq; Concilium in sermone ad Martianum Imperatorem scripto, qui sic incipiebat, Id tuam Im/peratoriam maiestatem deceret plurimum: sermo .n. erat de Leo/nis epistola ad Phlauianum scripta, non oportet inquit de Roma/næ Ecclesiæ præsidentibus admirari, ac Epistolã illam impietatis ac/cusare, priusq̃ inueniatis eam cum sacris scripturis neutiq̃ conueni re, ac a patrum sententia alienam esse. Et infra, ut nullam amplius excusationem afferre ualeant. qui homini Apostolico detrahunt, ac ipsum iniuria afficiunt, & reliqua. Ex his ergo patres Amplissi/mi quæ pauca ex multis excerpsimus, quod supra dixi probatũ est, nos sanctorum patrum sententiis inniti debere: quo quidem antici pato & posito, ad rem ueniamus. Porro quoniam in quauis quæstio ne nomen rei de qua agitur, prænosci debet, ac nostra quæstio est de sancti Spiritus processione, iccirco quærendum in primis ex uo/bis est, quid nam processio significet? Et an in diuinis personis pro ut in rebus humanis intelligi debeat? iuxta nanq; diuini Dionysii do ctrinam in de diuinis nominibus libro, deum ipsum a rebus crea/tis appellare solemus, uerbum autem processio in sacra scriptura nõ solum de spiritu, uerumetiam de filio dicitur, ac ambobus adscribi tur: quemadmodũ Ioannes Euangelista testatur de filio dicens, exi/ui a patre: de sancto autem Spiritu, qui ex patre procedit. hæc uo lui dixisse, non inscius opus esse, ut hæc nobis sint nota, & in omni/bus sessionibus mentionem de his faciamus.

¶ Omissis superuacaneis Patres Amplissimi quæ reuerẽdus hic pr Mar.

in sui sermonis exordio protulit, quandoquidem in his non differi mus, ad eius interrogationem solummodo respondebo. Verbum processio aliter quidem in rebus humanis, aliter uero in diuinis personis significat: et quamuis duabus diuinis personis coueniat, iuxta tamen scripturam sacram ac omnes sanctos doctores & exactam rationem theologię, sancti Spiritus processionem pręcipue creditur significare: cuius quidem sancti Spiritus essentialis processio a filii processione eodem ipso uerbo differre uidetur ob idq; processio filii, generatio nuncupatur: spiritus uero pręcipue magisq; proprie processio noiat. Multa nāq; noīa sunt, quæ res alias ꝓprie alias uero cōmuniter significant: propterea non est admiratione dignum, si uerbum processio apud scripturam sacram filio etiam ascribatur. Exiui autem a patre, non idem est cum uerbo procedere, sed aliud significare uidetur: ideoq; spiritus sancti processio, ineffabilis & carens nomine a Theologis nominatur: ꝙ filii processionem, hoc est generationem, minus obscure q̄ Spiritus processionē percipimus: propterea beatus Ioannes damascenus de Spiritus processione ita scriptum reliquit. Alia ratio essentię huius est ineffabilis quidem, ac innominabilis, alia inq̄ a filii generatione. Hactenus ad tuam interrogationem. Io. dā.

ℭ Ex tua responsione. P. R. capita tria collegimus, primum processionem filio Spirituiq; cōmunem esse, quatenus ex patre procedāt, alterum processionem ipsam magis proprie ad Spiritum q̄ ad filiū pertinere, ob idq; uerbi processionem, idest generationem magis q̄ Spiritus processionem nobis notam esse: postremum eandem ipsam processionem essentialem & substantialem esse. Nunc de tertio capite ex te quæro, cum in diuinis personis nil aliud sit, nisi essentia & proprietas atq; relatio, quid nā hæc uerba significent? Processio est essentia in diuina persona, num essentiā significat uel proprietatē ab altero accipere? Processio nāq; uidetur esse uia ab uno in aliud & essentialis existit: quæ quidem a patre accipitur: & q̄m ipsi credimus accipere essentiam & ex filio esse, idem significare, idcirco uelim ex te scire, an uos etiam ita sentiatis.

Mar. ℭ Eam intelligo processionem esse, qua sanctus spiritus a Patre accipit esse, ac illud totum quo est quoq; proprie sanctus Spiritus nūcupatur.

Ioan. ℭ Magno equidem gaudio afficior ꝙ hanc ex te conclusionē habuerim, sanctū Spiritum ex patre accipere esse, ac ex ipso ꝓcedere

idem significare; nam si sanctus spiritus ex quo esse accipit, ex eodē quoq; procedit: accipit autem esse ex filioq; ergo ex filioq; necessario procedit, iuxta precipuā ac propriam processionis significantiā, quam ipsi paulo ante concessisse uidemini. possumus autem q̄ plurimis testibus demonstrare sanctum Spiritum a filio esse accipere.

℄ V nde obsecro id habetis? Nos. n. hoc non concedimus. Mar.

℄ V ideor uidere. P. A. quod quaero facile posse concludere: nam Ioan.

Epi. sanctū Spiritū ex filio esse, ac ab ipso esse accipere, ex sancti Epiphanii dictis ostenditur: quippe qui in sermone angyroto nuncupato, e graeco in latinū ab Ambrosio uerso, loquēs de. Deo patre inquit, ita filiū dico eum, qui ex ipso est, sanctum autē spiritū, qui ex utroq; est; Si quidē igitur sanctus spiritus apud Epiphaniū ex utroq; est, se

Epi. quitur ipsum ex utroq; habere esse. Amplius idē Epiphanius in eodē sermone inquit, quēadmodū nemo nouit patrē nisi filius, nec filiū nisi pater, ita dicere audeo nec sanctū spiritū nisi pater & filius a quo accipit, & procedit, neq; patrē & filiū nisi spiritus sanctus, qui uere glorificat, docens oīa, qui quidē est a patre & filio: ex his igit Epiphanii dictis apparet, ex patre & filio spiritū accipere esse, & ex patre filioq; accipere idē significare: unde sequitur sanctū spiritū a patre & filio accipere esse.

℄ Id non probasti Pater Reuerēde, quod nobis fuisti pollicitus, scilicet sanctum Spm a filio accipere esse, quandoquidē nullā sanctorum autoritatem ad ostendendum illud attulisti: neq; sancti Epiphanii uerba uidentur illud cōcludere: non. n. sequitur necessario, si sanctus spiritus ex patre filioq; est, ut ab ipsis etiam habeat esse, quādoquidem quicq̄ ex alio esse, multis modis accipitur, ita ut minime necesse sit, ut omne quod ex alio sit, ab ipso etiam esse habeat. Epiphanii ergo dictum non solum non ad tuam sententiam pertinere, uerum etiam tibi plurimum obstare, uidetur: non. n. inquit sanctus Spiritus a filio esse accipit, uerum simpliciter accipit: quam quidem sententiam ex hoc Euangelio habuit, de meo accipiet, & annunciabit uobis. porro autem si sanctus Epiphanius sensissent, ut uos ipsum interpretamini, ita profecto dixisset, nemo nouit patrem & filium, nisi spiritus sanctus, a quibus procedit, & a quibus accipit: quo quidem locutionis modo uerbum procedit ad illud accipit retulisset, sed cum duo illa uerba pronomine simul ac prepositione seiunxerit, dicens a quo procedit, & a quo accipit, dubio procul sensisse uidetur uerba ipsa res diuersas significare: illud quidem essentiam Mar.

sancti Spiritus, quam ex Patre creditur habere, hoc autem eiusdē sancti Spiritus cum patre filioq; conuenientiam atq; cōiunctionē, qua Spiritus ipse discipulis ea enunciat, quę quidē ipsos a filio edi/scere oportet. quam mihi sententiam a Cyrillo atq; Ioanne Chry/sostomo sumpsi: nā hic illud de meo accipiet declarans de mea inquit intelligentia, qua dictis meis conuenientia nuntiabit. Ille autem in thesauris inquit, non enim filius suam patrisq; differentiā declarare uolens dixit de meo accipiet, & annunciabit uobis, uerū q; sanctus Spiritus uerbis eius uteretur, qui quidem qm̄ eiusdē na/turę ac substantię cum filio est, idcirco ęquæ ac ipse filius operatur, ac loquitur. Si quidem igitur illud de meo accipiet, & annuntiabit uobis, iuxta sanctos ipsos tantum ad uerba filii refertur: sequitur ex eo nos minime credere debere sanctum Spiritum a filio accipe/re esse. Chry. Cyril.

Ioan. ¶ Orationem tuam .P.R. bene percepimus, qua quidem proba/re uolebas longe me aliter Epiphanii dictum exposuisse, q̄ ipse sen/sisset: ego autem in eadem opinione persistens eodem ipso dicto probabo sanctum Spiritum a patre & filio accipere esse. fieri. n. nō potest, neq; mente concipi, ut una res ab alia sit, nisi ab eadem acci/piat esse, qualecunq; fuerit illud esse: quoniam autem res creatę apud Dionysium in de diuinis nominibus libro a Deo sunt, ut ipsi quoq; fatemur, quæro ex te, utrum intelligendum sit ita, ut a deo esse accipiant, nec ne?

Mar. ¶ Ita prorsus, sed communiter uerum non est, ut cum quicq̄ ab alio esse dicatur, necesse sit intelligere, ab eodē etiam accipiat esse.

Ioan. ¶ Credis ne res creatas a Deo habere esse?

Mar. ¶ Credo equidem: ideo. n. creatę res nuncupantur, q; earū Deus causa est.

Ioan. ¶ Q uoniā aūt res creatę a Deo differenter accipiunt esse, iccirco etiam differenter a Dei substantia appellantur: uerum Epiphanius simpliciter inquit Spiritus a filio est: quod quidem uerbum est, in/fert esse: quid aliud obsecro potest ex eo inferri? si quidem igitur credendum non est, esse Spiritus ab esse filii differre, necesse est ut credamus sanctum Spiritum illud idem esse habere a filio, quod a Patre habere creditur, ut uerbum est Epiphanii, manifeste signi/ficat.

Mar. ¶ Legatur si lubet idem Epiphanii dictum. Tametsi Patres Am/plissimi autoritas hæc corrupta uidet̄ esse, uobis nihilominus eadē

ipsa satisfacere possumus, dicentes uerbum est, scriptum in ea non esse, sanctum.n. Spiritum inquit, qui ex utroque. absque uerbo est.

¶ Ita dicere audeo, inquit Epiphanius, nec sanctum Spiritum nouit aliquis nisi pater & filius, a quo procedit, & a quo accipit: uerbũ ergo procedit ad patrem refertur, illud autẽ accipit, ad filiũ. Deinde declarans quid nam illa duo uerba significent, inquit, neque patrẽ & filium nisi Spiritus sanctus, qui uere glorificat, docẽs omnia, qui quidem est a patre & filio, infert igitur Epiphanius sanctum Spiritũ a filio esse. porro autem in diuinis est & esse sunt idem, ac esse significatur per est: unde plane sequitur Spiritũ a filio habere esse quẽadmodum a Patre: namque si sanctus Epiphanius non ita sensisset, ita profecto dixisset, sanctus Spiritus rerum creatarum instar a Patre & filio habet esse. Preterea in eodem sermone inquit sanctus Spiritus ingenitus non factus, non frater, non auus, a patris filiique substãtia: credere ergo necesse est sanctũ Spm a filio habere esse. Ioan. Epi.

¶ Dicere mihi uideris. P. R. quoniam sanctus Spiritus ex Patre filioque simpliciter dicitur, iccirco etiam ipsum ex eisdem habere esse, ergo necesse est ita sentias, ut Spiritus ex patre, hoc est ex hypostasi uel persona patris sit, similiter etiam ex filio, idest ex persona filii: unde euenit, ut sanctus Spiritus ex duabus personis sit, nisi tu aliter sentias. Mar.

¶ Sanctum Spiritum nos dicentes ex patre procedere, patrem ipsum percipimus, ac ipsum consideramus, quatenus una diuina persona est, non secus ex filio proferentes ex ipsius persona procedere mente concipimus, cum autem ex utroque Spiritum ipsum procedere dicimus, processionem eiusmodi ab uno solo principio fieri credimus, quandoquidem ex patre filioque communiter fit. Ioan.

¶ Si cum Spiritus sanctus ex patre procedere dicitur, patris personam intelligis, similiter filii personam cum ex filio: cum autem ex utroque dicatur, quid aliud obsecro poteris intelligere q̃ ex utriusque persona? ponamus autem id uerum ac necessarium esse, ut cũ Spiritus ex patre procedere dicatur, ex eius persona intelligatur, & uideamus si lubet, an idem quoque de filio, ac de utroque credendum sit: cum Spiritum ex filio dicimus, aut ex patre & filio, ex filii, uel patris simul & filii personis nos oporteat credere, an alio modo? Mar.

¶ Cum ex patre dicimus, ex ipsius persona intelligimus, similiter etiam cum ex filio, quandoquidem Patris & filii eadem substantia creditur esse: emittere autem ita Patris & filii est, ut ab uno principio Ioan.

Spiritus sanctus credatur procedere.

Mar. ¶ Melius obsecro perpendamus utrum si sanctus Spus ex patre filioq; credatur procedere, ex ipsorum personis necesse sit intelligere, nec ne.

Ioan. ¶ Non opus est in presentia disputare an sanctus Spiritus ex patre, aut ex filio, aut ex utroq; procedat, sed nobis prius diligenter considerandum est, an si cū aliquid ab aliquo esse dicatur, necesse sit intelligere, idem eius quoq; substantiam habere.

Mar. ¶ Dedisti nobis. P. R. sanctum Spiritum ex persona patris procedere: quandoquidem ex patre dicitur esse, porro autem, quid ex hoc sequatur accurate consideremus. magnus Basilius in Eunomiū de sancti Spiritus processione loquens inquit, generat deus non ut homo, generat autem uere, & natum ex se Spiritum emittit per os, non quale est hominum, quandoquidem Dei os nō est corporeum: ex ipso autem Spiritus & non aliunde: si quidem igitur Spiritum ex ipso idest ex patre dicentes esse, ex eius persona intelligamus necesse est, Basilius autem inquit ex ipso esse & non aliunde, sequitur sanctum Spiritum ex sola patris persona esse.

Ioan. ¶ Magnus Basilius in tertio contra Eunomium libro scriptum reliquit, sanctum Spiritum ex filio esse; quod quidem est huius oppositum quod modo protulisti, Spiritum non esse aliunde: illud autem, emittit Spiritum per os & reliqua, similitudine quadam ab eo dictum fuisse concedimus: apud enim sacram scripturam uerbum dei os dicitur, & uerbo domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius. talis ergo loquendi modus in scriptura sacra uidetur, ad quam nos semper debemus aspicere, non q̄ illa in Deo corporea sint: uerba ergo scripture sacre, necnon ipsius Basilii ad propositum facere uidentur. tum colossensis Antistes Basilii ac Epiphanii dictum recitauit.

Mar. ¶ His imposterum respondebimus, nunc autem ad propositum redeuntes quæro ex te. P. R. quid nam illud Basilii significet, generat Pater, & paulo infra, ex ipso Spirtus & non aliunde, utrum eius persona sit generans an ipsius substantia? & utrum ex persona sua an ex sua substantia spiritum sanctum emittat? rogo te P. R. ut his questionibus respondeas.

Ioan. ¶ Nondum. P. R. ad propositum respondisti, in hoc enim erat cōtrouersia nostra, utrum dicentes spiritum a filio esse ut Epiphanius inquit, necesse sit intelligere eundem spiritum a filio habere

esse, necne? huic ergo quęstioni prius rńdeas, deinde nós ad uras li/bentissime rńdebimus: nãq; se ipsum magnus Basilius exposuerat dicens Sp̃us a filio habet & accipit, de quibus suo loco diffusius dice/mus. Quonam igitur modo Epiphanii dictum intelligi debeat, no bis rogo declares, deinde ad alia ueniemus.

℃ Tametsi. P. R. sanctum Sp̃m a filio habere esse, sancti Epiphanii autoritate ualde fuisti conatus ońdere, patet tamen te nihil ꝓbasse, non. n. Epiphanius ipse ꝓtulit sanctum Sp̃m a filio habere esse, ueꝝ simpl̃r ac sine uerbo est, ab utroq;, hoc est a Pr̃e & filio, ut ipse asse/ris: ꝓpterea quæsiui ex te, an cum Sp̃m ex pr̃e ꝓcedere dicimus, ex eius persona necesse nobis sit intelligere? Tu uero affirmans ita cre di debere, sanctum Epiphanium fuisti testatus, postea mutata orõne ad magnum Basilium uenimus, ubi equidem ex te quęsiui, an illud ex ipso, ex persona pr̃is deberet intelligi, ut ex filibus filia fierent cla riora. iccirco ut quęstionem hm̃oi concludamus, quæ supradiximus rẽpetẽtes, iteꝝ quęrimus, an dicentes Sp̃m ex pr̃e ꝓcedere, pr̃is per/sonam intelligant. huic ergo quęstioni prius rńdeas, deinde uero si aliam contrariam autoritatem in medium afferre poteris, alias de ea considerabimus. Mar.

℃ Ita credimus quemadmodum supra diximus, illud ex ipso, perso nam patris significare. Ioan.

℃ Magnus autem Basilius dixit sanctum Sp̃m ex ipso, hoc est ex pr̃e, uel ut dicitis ex ꝑsona pr̃is, deinde addidit, non autem aliunde, idest non ex alia persona nisi ex persona pr̃is, procedere. ergo se/quitur sanctum spiritum ex solo patre esse. Mar.

℃ Magnus Basilius R. P. in Eunomiũ profitentem, sanctum Sp̃m creaturam esse, ideo dixit ex ipso & nõ aliunde, ut declararet ipsum Sp̃m ex pr̃is esse substantia & natura, nõ autem aliunde, hoc est non alterius esse substantię uel naturę. nunc ergo ad Epiphanium redea/mus testantem sanctum Sp̃m a filio esse, et quęro ex te an accipere a pr̃e, & ex pr̃e esse idem significent? fieri autem non põt ut nõ idem significent. Porro Sp̃m ex pr̃e filioq; accipere esse duabus autorita/tibus paulo ante ꝓbauimus, quaꝝ prima Epiphanii fuerat, ꝓferen/tis sanctum spiritum ingenitum, nõ factum, nõ fratrem nõ auum, a pr̃is filiiq; substantia: a pr̃e autem esse, & pr̃is essentiam accipere, idẽ sunt, ut paulo supra probauimus: altera uero magni Basilii asseren/tis clarissime sanctum spiritum accipere esse a filio. Ioan.

℃ Sunis ut a nobis concessum, P. R. sanctum spiritum accipere Mar.

esse a filio, quod quidem neq; Epiphanius dixerat, neq; ipsi cõcessi/ mus, nec a uobis ostensum est: immo magni Basilii autoritate op/ positum huius probauimus, ad quem iterum si lubet ueniamus: namq; cuius contrarium paulo ante dixisti, id modo sentire uide / ris. Magnus inquis Basilius inuectus in Eunomium asserentem san ctum Spiritum creaturam esse, scriptum reliquit, ipsum ex Patre, hoc est ex substantia naturaq; Patris, non autẽ aliunde, hoc est non alia ex substantia & natura creaturarum instar esse: ita ne. P.R. sen/ tis, an ut superius protulisti?

Bes. ¶ Illud ex ipso, paternam personam significare, paulo ante. P.R. dicebas, modo autem protulisti, per idem ex ipso, patris essentiam & naturam debere nos intelligere.

Ioan. ¶ Esse & essentia patris idem sunt, iccirco. P.R. qui ex patre dicit, patris etiam essentiam intelligere debet: prępositio autem ex, pro/ cessionem a principio consubstantiali significat, Spiritus uero nõ ex se ipso, sed ex alio est, & cum dicimus Spiritum a filio esse, ab alio es/ se sentimus: si quidem igitur non ex se ipso Spiritus est, sed ex alio, a quo nam sit perpendamus, quod quidem magnus Basilius expla/ nat, atq; declarat, cuius sententiam debemus suscipere: Spiritus in/ quit ex ipso est. Epiphanius autem scriptum reliquit Spiritum ex Patris filiiq; substantia esse. Si quidem igitur Spiritus a patre & fi/ lio habet esse, necesse est ut ab ipsis accipiat. quam quidem senten/ tiam hi sancti doctores ex hoc Euãgelico dicto de meo accipiet, ha buere: sed hæc accuratius in futurum considerabimus.

Mar. ¶ Vt illud magni Basilii dictũ magis dilucidetur, quæro ex te. P.R. an diuina substantia & persona sint idem, ac uerbum ex patre, pa/ tris simul substantiam ac personam significent? uel secundum do/ ctores inter se differant?

Ioan. ¶ Diuina substantia & persona. P.R. re quidẽ sunt idem, secundum autem modum intellectionis nostrę differre uidentur: nam perso/ na ex substantia proprietatibusq; consistit, quæ tametsi ratione, ac secũdum nostram intelligentiam, ut supra dictum est, differant, ip/ sa tamen substantia cum personis communicat, proprietates uero nequaq̃ communicabiles sunt: quod quidem ex relationis ui credi/ tur euenire, quẽadmodũ etiam doctores nr̃i pręsertim sanctus Gre/ gorius theologus in Epiphanię sermone tenet: nã si ꝓprietas cõica/ bilis esset, ꝓprietas nõ esset ꝓprietas. Vt igit̃ personę differant inter se, necesse est ut hypostaticę personalesq; proprietates incõicabiles

sint, propterea doctores inquiunt, nil nisi principii habitudo est, in qua quidem hæc duo considerantur a quo aliquid, et ad quod aliquid: ob idq; Pater & filius sunt, ꝙ Pater principium est, filius autem ex principio, in quo quidem nequaꝗ communicant, cum cæteris in rebus inter se dubio procul communicent, ut Epiphanius de tali principii uel principali habitudine, qua substant personę, sensisse creditur, cui quidem non aliud ꝗ a quo aliquid, et ad quod aliquid conuenit. Siquidem igitur diuina omnia, proprietatibus personarum exceptis, inter se communicabilia sunt, sequitur cum quippiam ex aliquo credimus esse, necesse esse intelligamus ipsum ab eodem etiam accipere esse. Patet igitur id, de quo ambigere uidebamini. Reliquum autem est, ut ipsi quoq; Basilii dictum exponatis, quod uos obsecro, faciatis.

Mar. ¶ Quemadmodum diuina substantia & persona differant inter se, non opus est in pręsentia dicere, cum pręsertim in hoc minime forsan differamus, constat enim ipsas differre simpliciter ut commune differt a proprio, ut magnus Basilius ad suum fatrem Gregorium scribit, & quemadmodum, ut utar exemplo uulgari, humana substantia a persona sua differre uidetur, ut uos quoq; sentire censeo. Sed ad dictum Basilii redeamus, generat inquit Deus non ut homo, generat autem uere, et natum ex ipso Spiritum emittit per os. Velim mihi declares. P. R. quid hæc uerba significent, utrū Pater ex sua substantia, an ex sua persona generet.

Bas.

Ioan. ¶ Dixi equidem Pater Reuerande filium ex Patre, ac ex patris substantia generari idem significare, ita tamen ut persona sit producens & generans, principium autem, quo ipsa persona generet, sit id quod solum communicabile est: Pater ergo generatiuum principium est et suppositum quoddam significat, diuina uero substantia, quæ cum patre realiter idem sunt, non quidē generat, sed est principium, quo generatio fit, quandoquidē suppositum nullum significat. Porro autem actiones iuxta omnem philosophorum scholam suppositorum esse uidentur, ut in hominum genere fieri uidemus. quamuis. n. hic homo, hoc est persona, uel suppositum generet, eius tamē substantia generationis eiusmodi principium est, quandoquidem actiones suppositorum ut diximus sunt, quæ quidem substantia, uel essentia in homine cum sit humanitas, humanę gñationis principiū existit, quo generat hō: unde euēnit, ut homo cum filio non communicet, ꝙ filius quatenus

filius est neutiq̄ generat, uerum ipsa natura cum filio in eadē specie communicare uidetur. Natura igitur humana communicabilis est, persona uero uel hō hic operatur: non aliter profecto de diuinis personis intelligere possumus: nam patris persona suppositum est atq; generans, diuina uero natura generatiuum principium, quo pater filium generat, qui quidem pater suā personam filio nequaq̄ cōmunicat, cum tn̄ eius substantia & natura, ut supra dictum est, communicabilis sit, quæ cum una numero sit, iccirco non ea ratione communis dicitur esse, qua est humanitas, sed rationem tantum habet communis, quatenus communicabilis est, quæ quidem causa est cur filius a patre, ut a principio nasci credatur, q̄ a diuina Patris substantia nascitur: in unaquaq; tamen persona identitate reali manente, sola namq; relatio, quam principalem habitudinem superius nominauimus, apud omnes tam græcos, q̄ latinos doctores diuina processione personas multiplicat: cui etiam duo illa a quo & ad quod, de quibus est supra dictum, conueniunt. Si quidem igitur relationes huiusmodi personas multiplicant, ita ut non ulla alia ratione q̄ ui relationis pater a filio, ac una persona ab alia differant: quem quidem in modum, Spiritus etiā ab alio est, necesse est iuxta omnes supradictos doctores sic intelligere, ut iccirco persona hęc, idest Spiritus dicatur accipere, atq; esse, q̄ ab alio est. Propterea Magnus Basilius, ac Epiphanius asserunt, sanctum Spiritum accipere esse a filio ac procedere, idem esse. Constat igitur princeps ratio .P.R. cur ab alio Sp̄us esse dicatur. Nunc ad illud Magni Basilii dictum ueniamus, quod uos in medium protulistis, cui cum uehementer inniti uideamini, iccirco totum perlegamus, ut ipsum secundum latinorum doctrinam ac ipsius Basilii mentem interpretemur, ac exponamus: quippe qui ut sanctum Spiritum ex patre, nō autem aliunde, hoc est non ex alia substantia demonstraret esse, in Eunomiū scribit ita. Sed tu tanq̄ infidelis blasphemas, qui cum Spiritus sancti processio ex Deo generatio nuncupata non fuerit, iccirco nec oris Dei Spiritum esse credis, sed opus manuum Dei, ita ut humanis utens exemplis, diuina dogmata, quæ se ipsis constant, & ab alio non dependent, euertas, cū sacrā scripturā uene ratione atq; religione audire, ac eius dicta summa pietate deberes suscipere. Gn̄at Deus nō ut hō, generat aūt uere, ac genitum ex se enunciat uerbum non humanum, emittit autem uerbum ex se uere, emittit Sp̄m per os, nō humanitus, qn̄quidē dei os hūanū nō est, Bas.

ex ipso aūt Sps & nō aliūde: cū.P.A.Spm esse creatū heretici profi/terentur,iccirco magnus Basilius ipsum ex dei substantia, non autē aliunde protulit esse,deinde subiungit,operatur deus non humanis manibus,operatur autem,non ex se res creatas producens, sed agē do eas facit subsistere,queādmodum etiā homo suis manibus ope/rando,opus ex se non producit.non dimmoueas diuinoꝶ rationes: filius:'Sps:'non creatura. Non de filio quæras cur nam spiritus non dicatur,neqꝫ de Spu cur nam filius non sit,non deniqꝫ spiritū crea/turā esse blasphemes,'filius dei fructus sanctus ex sancto,eternus ex eterno,sancti spiritus dator ad substantiam,formationemqꝫ creatu/rę. Ex his patet prēstantissimi patres, illud nō aliunde, non alia ex substantia significare,sanctumqꝫ Spiritum sanctum fructum ex san cto,ac eternum ex eterno esse. Vnde sequitur si sancti Spiritus da/tor est filius,necesse esse, ut etiam ex filio idem spiritus sit: propte/

Ath. rea sanctus Athanasius in tertio libro in Arianos de filio scribens in/quit,ipse spiritum dat,et quęcunqꝫ spiritus habet a uerbo habet. lu ce igitur clarius est sanctū spiritum a filio habere esse: si.n. quęcūqꝫ spiritus habet a filio esse dicuntur,sequitur ut esse quoqꝫ a filio ha/beat,ut Athanasius inquit ipse spiritum dat,ac spiritus dator existit: si quidem igitur ex his patet sanctum Spm ex filio esse, palā sequit̄ ut ex filioqꝫ procedat, de quo tota nostra quæstio est, non equidem auderem uos.P.A.tot tantosqꝫ doctores aspicere, nisi esse ita firmi/ter crederem.Hæc cum Ioannes dixisset, Colossensis Pręsul sancti Epiphanii expositionem super hoc Euangelico dicto ille me glori/ficabit,quia de meo accipiet,& annunciabit uobis,recitauit.

¶ Inspicite diligenter.P.A.Epiphanii autoritatē, in qua uerbū est quod hic Pater Reuerendus pronunciat,dicēs Spus ex patre, ac fi/lio est, scriptum non esse uidetur: iuxta ergo sanctoꝶ patrū theolo giam intelligere possumus ac debemus spiritum ex patre procede/re,hoc est essentiam Patris habere, a filio autem dari,ac ab his susci/pi,qui credunt in ipsum: qua quidem expositione nobis dictum il/lud non obstat,neqꝫ quicq̄ ex ipso in nos possetis concludere. Mar.

¶ Visu uenit.P.A.ut doctores nominibus positis quandoqꝫ uerbū omittant,cum necessario subintelligitur,ut in hoc dicto,a quo ali/quid & ad quod aliquid, fecisse uidentur,ubi uerbū est non expres/ Ioan.

Epip. serant:quemadmodum etiam Epiphanius ipse in eodem sermone paulo supra inquit,filium dico,qui ex ipso est,sanctum autem Spm, qui ex utroqꝫ: in qua quidē oratiōe uerbū est dubio ꝑcul subintelli/

gitur. Verbum igitur est in hac quoque oratione, spiritus a Patre & filio, subintelligi debet, quod etiam hac rõne probabo, in ipsis duabus orationibus, uel ut dialectice loquar propositionibus uerbũ est, necessario subintelligitur: nam propositiones eiusmodi proprietatem a principio inferunt, & quemadmodum non est processio respectu termini a quo, ita & in propositionibus ipsis, et quoniam habitudo terminum a quo infert, ideo terminum etiam ad quem necesse est inferat, modus autem processionis sancti spiritus est, ut subiectum per ipsam processionem accipiat esse.

Mar. ¶ Tametsi uobis prestantissimi. P. forsan concederemus, ut in hac quam tractamus theologia uerbum est subintelligatur, quis expressum non sit. potest. n. hic locus aliter etiam ut supra diximus explanari, non est tamen necesse, ut illud ex patre, uel ex Patre filioque, paternam personam, aut personas duas significet, quandoquidem ex ipso sermone non aliquam disiunctionem uel differentiam, qua filius ex Patre, uel sanctus Spiritus ex Patre filioque habeat esse, intelligere possumus: uerum potius coniunctionem, qua patri filius, ac spiritus patri & filio consubstantialis existit: ut a doctoribus traditũ est, spiritum sanctum ex patre filioque, id est ex ipsorum substantia esse: quandoquidem eiusdem nature cum Patre filioque pie creditur esse: proptereaque sanctus Cyrillus inquit. sanctus Spiritus ex Patris filiique substãtia est. Sed redeamus unde sumus diggressi, ne magni Basilii autoritatem indiscussam transeamus, quam bene nondum explicasti, neque ad ipsam dilucide respondisti. Ex ipso inquit hoc est ex patre, spiritus est, & non aliunde. Siquidem igitur illud ex patre ex patris persona, ut inquis, significat, necesse est, illud quoque nõ aliunde, non ex alia persona significet. Sin autem utrumque ad substantiã debet referri, ita ut illud ex patre, ex substantia patris non autẽ aliunde, non alia ex substantia significet, quandoquidem ipsa substantia personis tribus communis est, ac sanctus Spiritus patri & filio consubstantialis ac connaturalis existit, sequitur ut tam illud ex patre procedere, quod passim legitur in scriptura sacra, q̃ illud Epiphanii ex utroque, ad patris filiique substantiã referri debet: non igit est credẽdum quod ipse modo dicebas, ut in diuinis, quod ex substantia dicitur esse, idẽ sit ex personis. Ideo ergo sanctus Spiritus ex Patre filioque dicitur esse, quia ipsis consubstantialis ut est supradictum, existit. Cyr.

Ioan. ¶ Ex tua oratione. P. R. duas habui conclusiones, ut tametsi nobis concederetis uerbum est subintelligi, minime tñ ex eo consequtur,

ut esse Spiritus ex persona sit, cuius tamen oppositum. R.P. innitens magni Basilii autoritati, paulo ante dixisti: qui quidem magnus Basilius si sic sensisset, ut a uobis exponitur, sibi ipsi nequaq̃ costaret, sed ualde contrarius esset, ac duo simul opposita litteris mandasset: quandoquidem modo inquit ex patre, & non aliunde, modo aũt spiritum sanctum ex filio esse. propositam igitur ipsius Basilii autoritatem in primis diligenter debemus perpendere, id deinde, quod ex ipsa consequi uideatur. his dictis sessio missa fuit. sancta synodo decernente ut ad diem Iouis proximi conueniret.

❡ Die Iouis .y. mensis Martii sessio .xix. Florentię.

SVperiore sessione. P.A. magni Basilii autoritatẽ, quam in mediũ protulistis, proferentibus uobis illud nõ aliũde, non alia ex persona significare, nobis autem non alia q̃ ex diuina substantia, implicatam & indiscussam reliquimus: porro autem magnus ipse Basilius in Eunomium scribens sanctum spiritum ex filio habere esse, si per illud non aliunde, non ex alia persona, ut dicitis, intellexisset, duo simul contraria literis proculdubio mandauisset: quod de tanto doctore absurdum esset asserere, quandoquidem tales doctores maximum nostrę fidei fundamẽtum existunt: cuius magni Basilii uetustissimum librum una cũ duabus expositionibus uidimus, ac unum eius dictum ad propositum ualde pertinens fideliter in latinum conuerti curauimus: talem ergo, ac tantum testem, & antiquissimum doctorem coram tot doctissimis patribus latine prius, uel si uobis magis expedit, graece recitetur: preterq̃ quod inquit, Spiritus non appellatur filius, quo nam pacto humana exempla, & reliqua. ex quibus patet magnum Basilium credidisse, sanctum Spiritum ex filio habere esse: in sequenti uero capite, quod incipit ita, nisi quis dicat spiritum ex deo, eandem ipsam infert conclusionem, quod quidem caput quoniam rationi plurimum consonat, ac ad propositum pertinet, iccirco puto te illud accurate uidisse, totum igitur recitetur. Ioan.

❡ Hæc. P. R. ad propositum minime spectant, quandoquidẽ uerba confundis, cum unumquodq; seperatim proferre deberes: quod cum in exponendo Epiphanio nequaq̃ feceris, eius sentẽtiam cõfudisti, obscuramq; reddidisti: quæ igiť protulisti, ea repetentes accuratius contemplemur: illud inquis Basilii ex ipso & non aliunde, Mar.

non quidē ex Patris persona,& non ex alia, uerum ex patris ac nō ex alterius substantia & natura significare,ita ut ipsum non aliunde, ad non aliam substantiam referri debeat,quod sanctus Spūs esset creatura, ut Eunomius asserebat: quam quidem nos expositionē suscipientes, illud etiam Spiritum ex patre,uel filio, uel ex utroque, non ex patris uel filii,uel ex amborum personis,uerum ex ipsorum substantia esse significare sentimus,ita ut illa uerba significent sanctum Spiritum Patri & filio consubstantialem esse,non autem ex alia natura,ut creatura. quam quidem expositionem theologi ratiocinantes bene demonstrasse uidentur, cum si quemadmodum ipsi creditis illa uerba uoluissent exponere, non tam profecto uehementer in demonstrando elaborassent.

Ioan. ¶ Videor mihi.P.R.duas ex sermone tuo habuisse conclusiones, alteram minime me ex Basilii mente dicere debuisse Sanctum Spiritum ex Patre ac filio esse, cum id ex dictis eius neutiquā possit haberi, alteram uero Basilium ipsum huius fuisse sententię, ut sanctus Spiritus non nisi ex Patris filiique substantia sit,ita ut ex ipsa substantia sanctus Spiritus intelligatur produci.

Mar. ¶ Itē uelim non nihil.P.R proferre,deinde te rēspōdere, Magno namque Basilio intendenti hęreticorum euertere dogma, credētium Spiritum sanctum non ex patris filiique substantia esse, non opus erat probare a quo nam sanctus Spiritus haberet esse,cum etiam ipsi crederent Deum Spiritus causam esse, quandoquidem mortales oēs a deo cuncta fatentur esse; neque Spiritus idem ex cuius nam sit persona;quoniam ex Euangelio patet,ipsum ex patre procedere, uerum magnus ipse Basilius ad ostendendum sanctum Spiritum ita esse ex dei substantia quemadmodum etiam filius,protulit ipsum ex Patre, non autem aliunde esse.

Ioan. ¶ Volebat inquis primum.P.R.magnus Basilius aduersus hęreticos demonstrare sanctum Spiritum Patri filioque consubstantialem esse: deinde non erat ipsi necesse probare. an pater uel filius causa sancti Spiritus sit. In extremum autem protulisti, eundem ipsum magnum Basilium ostendisse, sanctum Spiritum ex patris & nō ex alia substantia esse: ego autē primam partem affirmans,in qua quidem conuenimus, secundę nequaquā assentior, quandoquidem eius quod ipsa sessione dixisti, contraria uidetur esse. Tunc.n. illud non aliunde,pro non alia ex persona fuisse positum asserebas.nunc autē aliunde,ad dei substantiam, & naturam debere referri, immemor

ipsius Basilii in eodem loco dicti, Spm emittit per os: iccirco quęro ex te. P. R. utrum hæc uerba significent spiritum sanctum ex patre, an ex filio mitti: namq; quodcunq; dederis, sancti Sps causam ꝓcul dubio assignabis, sanctum autem Spiritum ex patris substantia esse, id quod in parte tertia protulisti, ipsi etiam profitemur, quandoquidem patris filiiq; substantia una eademq; numero est, sanctus uero Spiritus, creatura phantasma ue minime creditur esse: ita ut ex patre, non autem ex filio sit: ergo quemadmodum Spiritus a deo accipit quicquid sit dei, hoc est substantiam eius, ita quoq; necesse est a filio accipiat quicquid filii sit, idest substantiam eius: omissa igitur prima parte, in qua (ut est dictum) conuenimus, quid nam de duabus aliis sentias, obsecro nobis declares.

Mar. ☙ Tuam equidem expositionem R. P. ut nostrę sententię consonam eadem sessione suscipiens, te coram tot amplissimis patribus in contraria incidisse probaui: namq; requisitus an illud ex patre, ex patris persona significaret, ita esse dixisti: deinde magnum Basilium attuli asserentem Spiritum ex patre, ac nō aliunde esse, teq; ipsi sententię innitētem fateri coegi, hæc etiam uerba ad patris solam personam referri, ita ut in exponendis ipsis duobus dictis tibi constare uidere: postea uero mutata oratione ipsam secundam Basilii autoritatem ita exposuisti, ut illud ex patre, non autem aliunde, ex Patris substantia, non autem ex alia significaret: quam quidem expositionem suscipientes, nequaq̄ simul pugnantia, ut assereris protulimus: uerum quid nam ex ipsa sequeretur patefecimus, namq; clarissime sequebatur, ut illud etiam Epiphanii, sanctum autem Spiritum, qui ex utroq;, non necessario ad patris filiiq; personas, uerum ad ipsorum substantiam & naturam referri: quandoquidem sanctus spiritus patri & filio cōsubstantialis creditur esse, quemadmodum etiam ipsi ob unitatem, & ut ita dicam, identitatem nostrę substantię non ex eisdem personis, uerum ex una substantia consistere dicimur: ut apud sacram scripturam, Iudas de Ioseph loquens, inquit caro. n. & frater noster est. patet autem fratres nō eandem personam habere, uerum eiusdem esse substantię ac naturę.

Ioan. ☙ Quæ sessione proxima protuli. P. R: qua nam uidelicet ratione spiritus ex patris substantia & persona sit, hi præstantissimi Patres optime percepisse uidentur, quibus etiam exploratum est sanctum spiritum non ex alia persona esse, ad propositum ergo ueniamus, sic. n. forsan nos spiritus sanctus cōiunget, porro licet tibi ex nr̄is

expositionibus eam suscipere, quę tibi magis placuerit: namque quã/cunque nobis dederis, ipsam sine controuersia defendemus, quando/quidem extrema tua oratio uera fuit: ergo ponatur id, quod tibi magis placere uidetur, ut illud non aliunde, non alia ex substantia significet, in quo quidem quoniam dei benignitate conuenimus, iccirco ad tertiam partem ueniamus....

Mar. ¶ Cum altera de parte ageremus, ipsum non aliunde, non alia q̃ ex patris substantia significare uolebas, est ne ita?

Ioan. ¶ Ita prorsus.

Mar. ¶ Preterea siquidem inquis sanctus spiritus ex patris substantia dicitur esse, necesse est credere ipsum ex filii quoque substantia esse, quandoquidem patris filiique substantia una eademque numero est, ita ut uidearis profiteri patris filiique substantiam sancti spiritus causam esse.

Ioan. ¶ Non ita dico, hæc igitur repetamus.

Mar. ¶ Quando spiritum ex patre dicimus esse. patris filiique substantiam debemus percipere, ex qua sanctus ipse Spiritus esse habeat. ita ne credis?

Ioan. ¶ Non ita plane sentimus.

Mar. ¶ Quando spiritum ex patris filiique substantia esse audimus, eiusdem spiritus causam necessario intelligimus: an nõ ita uobis uidetur?

Ioan. ¶ Proferẽtes. P. R. sanctum spiritum ex patris filiique substantia esse, ipsum ex causa esse necessario intelligimus, quam quidem doctores nostri principium appellare solent: porro autem quoniam Basilius loquens de sancti spiritus causa inquit, Spiritus ex ore est, iccirco quesiui ex te utrum ex patris, an ex ore filii intellexerit, quandoquidem quod proferimus, id etiam nos sentire oportet: ex euangelio autem late patet, Spiritum sanctum ex patre, hoc est ex eius substantia procedere: si quidẽ igitur ex patre procedit, ex ipo etiam accipit, ut supra probatum est: & quemadmodum Spus a patre substantiam accipit, quod est idẽ a filio esse, ita etiam a filio accipit, cum patris filiique substantia una sit: exẽplum autẽ de Ioseph ad propositum spectat minime.

Mar. ¶ Magnum Basilium ac Euangelium simul missum in pręsentia faciamus: tu uero. P. R. clarius lucidiusque mihi respondeas, an profitẽtes sanctum Spiritum ex patris filiique substantia esse, ex ipsorum quoque personis eundem spiritum esse, credere debeamus?

Ioan. ¶ Quod queris. P. R. id est, quod sessione proxima demõstraui, uidelicet iuxta omnẽ philosophorum scholam actiões esse suppositorum.

nomine ita tibi uidetur?

ℭ An ita sit. P. R. nolo in presentia respondere, tu autē mihi uelim respondeas: deinde uero libenti animo tibi ad omnia respōdebitur. Mar.

ℭ Iacob, in hoc mundo. P. R. suppositum unum est, superius autē diximus diuinam substantiam non generare, neq; spirare, quando quidem eiusmodi gñatio atq; spiratio ad personas solummodo pertinet, unde sequitur ut patris persona, non autem substantia, generationis spirationisq; causa sit: porro aūt quoniam ipsa patris persona in generando filio substantiam ei communicat, idcirco iuxta doctores filius ex patris, spiritus autem ex patris filiiq; substantia dicitur esse, ut personarum seruetur disiunctio: in quibus oppugnantia relatiua non est, quia sunt unum re cum substantia: qua nam igitur ratione spiritus ex pr̄is filiiq; substantia esse habeat, ex his patet. Ioan.

ℭ Tua equidem uerba. P. R. componere rimariq; nequeo, ut pote quæ mihi uideantur plurimum inter se oppugnantia, nā quandoq; profers spiritum ex patris filiiq; substantia esse: quæ una eademq; numero creditur esse, quandoq; uero mutata sententia, dicis substantiam ipsam per se apud doctores personarum non esse causam. Mar.

ℭ Bene sciteq; Pater hic Reuerendus locutus est, tuq; Pater Præstantissime acutissime respondisti. at in generum equiuocatione, ac ambiguitate uersari uidemini: nam in communi tum grecorum, tum latinorū doctorum theologia multum differt, simpliciter proferre diuinam substantiam, uel patris filiiq; substantiā, haud quaq̄ tamen ex eo putare debetis, ut re differant, quandoquidem sola ratione ac intelligentia differre creduntur: doctores igitur ipsi diuinam substantiā simpliciter proferentes Patris & filii sanctiq; Spiritus, cōmune quoddam intelligūt, substantiam uero patris dicentes, patris personam mente concipiunt. Andr.

ℭ Id. P. R. qñq;, nō autem semper ac necessario contigere creditur, Mar.

ℭ Duobus simul presertim inter se cōtradicentibus nostri doctores respondere non possunt. Imp.

ℭ Vt exemplum Iacob. P. R. fiat clarius, licet mihi de eo satisdixisse uidear, uerba tamen nonnulla ad idē spectantia proferam: nam Iacob humanum suppositum est, cuius quidem substantia & natura, hoc est humanitas communicabilis est, non tamen generans, sed qua Ioseph a Iacob generatur, queq; Ioseph ipsi cōmunicatur: qua nam igitur rōne oratio hæc intelligi debeat, Ioseph est a natura Iacob, ex his patet, Ioseph. n. a Iacob supposito, p ipsius Iacob naturam Ioan.

ut per principiũ, quod quidem communicabile est, generatur: quã/doquidem actiones sunt suppositorum, ut sępenumero dictum est. fieri autem non potest, ut ipsius Iacob substantia a Ioseph substantia disiuncta non sit, exempli tamen causa eadem esse ponatur. Por/ro autem quoniã diuina generatio infinita, & inperceptibilis est, ic/circo dicimus patrem persona subsistere, quę quidem est suppo/situm generans, generatio autem actio est, quæ supposito solum co gnoscitur, patris uero substantia principiũ est per quod generat pa/ter, quodq; per generationem filio tradit, atq; communicat. & ab eo suscipitur & cõmunicatur: quemadmodum Iacob humanitati & na turę contigit, quam Ioseph a generante supposito suscepit: uerum diuina substantia omnium substantiarum excellentissima est, quæq; cum sit una eademq; numero, in patre simul & filio ac sancto Spiri tu est. ita ut in nullo alio differant, nisi q pater est pater, & filius est fi/lius. sapientiam quoq; dei, necnõ benignitatem & potentiam eius communicabilem esse credimus, quandoquidem idem sunt: qm̃ au tem diuina substantia nomen abstractum existit, iccirco generatio ei non potest ascribi, namq; cum una numero sit, siquidem generare posset, dubio procul in diuinis esset disiunctio, quandoquidem non se ipsam, uerum quicq̃ aliud generaret, propterea communi docto/rum sententia diuina substantia nequaq̃ generat. unde sequitur ue rum esse, id quod sępissime protuli, ut cum spiritum ex patris substã tia esse audiamus, necesse sit, ex supposito intelligamus, similr etiã cum ex filio: ut ueritatem igitur assequamur, ad illud dictum Ba/silii redeamus, quandoquidem nil aliud agimus nisi ut ueritatem inuestigemus.

Mar. ℭ Ex sermone tuo. P. R. ut puto concluditur, patris filiiq; substan/tiam, quæ una eademq; numero est, sancti Sp̃s principiũ esse: (quo sane nomine uideris uti sępissime) q pater & filius sua cõmuni sub/stantia & natura, Sp̃m sanctum producunt: siquidẽ igitur ex patris, ac filii substantia, ut ex causa Sp̃m esse credis, nũ etiam necesse est ut intelligamus patris filiiq; substantiam, principium & causam esse?

Ioan. ℭ Principium equidem bipartitus fui.

Mar. ℭ Credis ne modo quodam patris filiiq; substantiam principium & causam esse?

Ioan. ℭ Quid ni?

Ioan. ℭ Ergo sequitur substantiam sancti Spiritus ex communi patri fi/lioq; principio causatam esse.

❡ Ex communi quidem principio, a patre filioq; Spiritui tradito. Io.
❡ Si quidem communem patri filioq; substantiam, sancti Spiritus causam uel principium, quo, dicis esse, quid obstat obsecro, cur sancti Spiritus substantia causata non sit? Mar.
❡ Non plane sequitur. Io.
❡ Cur obsecro? Mar.
❡ Cur? quia id quod fit in humanis, tñ ab agente supposito fit, ita ut falsum sit proferre, hoc humanum suppositum ab humana natura productum esse, qñquidem apud nostros theologos humanitas abstractum nomen est, ac suppositum nullum significat: Iacob ergo uel homo suppositum, hoc quod substat, significãs, humanitate sua suppositum aliud producit. Io.
❡ Ita ne etiam de diuinis possumus proferre? Mar.
❡ Quid ni? Io.
❡ Ex eo tñ non sequitur. P. R. ut sanctus Sps ex substantia sit, & spiretur, uel ex patris substantia generetur, uel ex substantia filii spiret, uel procedat. Mar.
❡ Memini me. P. R. dixisse sanctis patribus in generalibus synodis morem fuisse, ut anteaq̃ quicq̃ de fide sancirent, maiorũ suorũ sententias uiderent, ac ipsis summopere inniterentur: quem quidem usum me seruare uolentem, ac dicta sanctorum in medium proferre incipientem, interpellastis, ac magnum Basilium attulistis, de quo satis, quandoquidem orationes nostras omnes hi. P. A. uidentur intellexisse, ad alias ergo sanctorum sententias ueniamus. Io.
❡ At nondum quicq̃ ex illis conclusimus. Mar.
❡ Vt equidem tibi. P. R. gratum facerem animo libenti concessi ut tot uerba in hac materia haberentur: non est igitur alienum a ratione ut ipse quoq; concedas, ut alias patrum sanctorũ sententias uideamus, nam sic ad conclusionem facilius perueniemus. Io.
❡ De his paulopost, namq; nondũ uidemus. P. R. quænam conclusio tuis ex uerbis haberi possit: in humano gñe suppositũ hoc inquis ab alio supposito, id est hic homo per naturã cõmunẽ ab alio fit, & falsum esset proferri hominem ab humanitate fieri: Si quidem igitur ita quoq; de diuinis personis credendum est, ut falsum sit dicere diuinã personã a cõmuni diuina substãtia esse, qñquidẽ ipsa substantia suppositum per se subsistens nequaq̃ significat, a quo aliud suppositũ fieri dicatur, sequitur nos nullã causam intelligere posse, qñ Spm ex patre filioq; dicimus esse. qñquidẽ diuinę substantię non Mar.

est ut inquis generare, aut producere, quemadmodum de natura humana dici solet.

Ioan. ¶ Volo equidem tibi. R. P. ostendere, dicentibus quicq̃ ab aliquo esse, necesse esse intelligere illud ex psona esse. magnus nãq; Basilius in. iii. cõtra Eunomiũ libro inq̃t, cur. n. necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Sps, natura quoq; ipsum tertiũ esse, dignitate nãq; ipsum secundum a filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit. Siquidem igitur apud Basilium, cui doctores oẽs plurimum tribuunt, Sps a filio habet esse, ac ab ipso est ut a cã, nobisq; supra concessum fuerat, accipere ac esse idem iuxta doctores significare, necessario sequitur, ut idem Sps a filio quoq; procedat. porro quãte autoritatis, ac existimatiõis in sancti Spus materia Basilius fuerit, Chalcedoneñ. synodus ad Martianum scribẽs testatur, hic magnus inquit Basilius minister gratię: et infra, hic doctrinam de sancto Spiritu illustrauit. Siquidem igitur sancti Patres, tm̃ in sancti Spiritus materia Basilio tribuere, ipse uero in ea clarissime scripsit, necesse mihi uidet, ut ipsi totaq; Ecclesia, Pr̃es ipsos sequentes, eundem magnum Basilium suscipiamus ac amplexemur, eiusq; scriptis acquiescamus: cuius quidem uetustissimus liber hic est, quẽ si lubet legatis. Bası

Mar. ¶ Hoc magni Basilii dictum. P. R. suo loco considerabimus, nunc autem concludamus quid nam ex illo tuo sermone sequatur.

Ioan. ¶ Quin immo. R. P. huic autoritati primo respondeas, quæ quidem sola controuersiam nostram dissoluet.

Mar. ¶ Communem patri filioq; substantiã. P. R. quæ una eademq; numero creditur esse, sancti Sps cãm & principiũ esse dicis, quo plane Sps ex Patre procedit: unde sequitur manifeste substantiam sancti Sps causatã esse, ac duas substantias inter se, secundũ cãm & causatũ oppositam in sacratissima trinitate existere: qđ q̃dẽ a Christiana theologia longe alienum & a nullo unq̃ doctore memorię pditum est: quippe qui diuinã substantiam neq; generare, neq; pducere, neq; patrem uel filium per communẽ sibi substantiam, ut uos dicitis uel p suã substantiã uel hypostaticã pprietatẽ gñare, uel pducere psiteri: hoc igiẽ incõueniens ex tuis uerbis sequi uidet, quæ si lubet, diligentius contemplemur, uel his in aliud tempus dilatis nunc ad Basilium ueniamus.

Ioan. ¶ Qm̃ nõ me bñ uideris intellexisse. R. P. iccirco quæ paulo ante protuli, ea clariora reddam, ergo diligenter attende: substantia

duobus modis a doctoribus solet intelligi, uno quidē pro rei rōne, quę diffinitionem, quod quid esse rei significantē, uel alio noīe, entitatem atq; naturam rei significat, altero uero modo substantia pro supposito capitur, quēadmodū Aris. in. v. metaphisica libro iuxta omnium doctorum expositionem dicere uidetur: quod quidem suppositum in prędicamentali substantię linea, speciebus atq; generibus, apud Porphyrium substat, ut Socrates atq; Plato: quæ alio quoq; nomine hypostasis, uel existentia, uel res naturę solet appellari. In genere autem humano eadem substantia personā significat, quandoquidem persona dicitur esse natura rōnis capax, incommunicabilis existentia, ita ut in rationali specie substātia pro supposito accepta, existentiam atq; personam apud omnes illos doctores significet, qui in Arium ac Macedonium conscripserunt, quorum ille filium creaturam non autem ex patris substantia: hic uero Spūm neq; ex patris neq; ex filii substantia dicebat esse: pater ergo cum sit rationalis naturę substantia, suppositum uel existentia uel persona dubio procul appellari debet. porro qm̄ gn̄are sic uere conuenit personę patris; quemadmodum est uerum proferre, substantiam hanc, huic substantię conuenire: sequitur ut ipsa substantia eadem sit pr̄i, ac paternitati, nullaq; rōne cōmunicabilis: unde euenit ut quoniam proprietates incommunicabiles sunt, iccirco doctores nostri substātia non pro patris persona, sed pro natura patris utuntur: quemadmodum in hominis diffinitione substantia capitur, ita ut in hac oratione, Spūs ex patris substantia est, substantiam, id est entitatē ipsam insitam patri doctores intelligant: substantia ergo cum una ratione suppositum, uel ut supradictum est in diuinis hypostasim, uel personam significet: cum Spiritus ex patris substantia dicitur esse substantia plane talis nunq̄ a doctoribus nostris pro supposito, uel existentia suppositi accipitur, quandoquidem ea ratione incommunicabilis est: uerum altera capitur rōne, quēadmodum diffinitio substantiam rei significat: quæ natura, uel entitas, ut supra dictū est, appellatur: cū ergo doctores nr̄i pronunciant sanctum Spm̄ ex patris filiiq; substantia esse, per substantiam ipsam non existentiā pr̄is, uerum naturam eius intelligunt: quæ qdē est in patre, ac in se ipsa, quemadmodum & pater: Pr̄is uero nomen substātiā habitudinēq; significat, per quā hæc existentia, uel hoc suppositū ab alio differat: hæc ergo communis substantia, quæ in patre protulimus esse, causa est & principium: quod per generationem cōmunicatur, porro

Pater generat, filiumque producit, substantia tamē hæc filio nequaq̄ communicatur; in quo quidem solent homines sępissime decipi: cum enim dicimus patris substantiam filio communicari, non id asserimus uerum esse quatenus pater filium generet, quandoquidem filius etiā generaret: proptereaque dicere solemus, nec ipsum esse cōmunicari, quia filius quoque necessario, ut paulo ante dictum est, generaret: hæc autem substantia (ut ita dixerim) absolute simpliciterque considerata, quæ generandi potestas est, principiū est, quo uel per quod, quod quidem a patre filio cōicat̃ & tradit̃, non tñ secundum absolutam eius considerationem: in gn̄atione autem filii, oīa patris communicantur, qn̄quidē principium esse cōicabile, filiationi se non opponit: pater ergo cum generet, per eandem ipsam substantiam, quæ principiū est, quo uel per quod, id etiā cum filio cōmunicat, ut is etiam sancti Sp̄us principium sit, qn̄quidē Sp̄us sancti principium in patre esse, habitudini proprietati ue filii nequaq̄ opponitur, propterea tñ nō sequit̃, ut hæc substantia secundum suum esse cōmune ac absolutum principium sit per quod. Secundum igitur eiusmodi considerationem, potētia producens uocatur, filioque cōicatur: qua quidem ratione non sequit̃, ut eadem substantia causa sit, atque causata: hanc nobis doctrinā P.R. doctores oēs tradiderant, orationes has exponētes, filius est ex substātia patris, & sanctus Spiritus ex patris filiique substantia: quam quidem doctrinam si etiam ipsi sequemini, profecto nunq̄ errabitis, sed hactenus: sessione uero sequenti de his diffusius dicam: tu autem si lubet respondeas.

Iul.C ¶ Q uęstionem tuam Pater Ephesie, prouincialis pater scite dissolui sse uidetur.

Mar. ¶ Nos iuxta primę synodi theologiam, ac eius symbolum. R.P. illud ex patre id est ex pr̄is substantia natum, nil aliud significare putamus q̄ ex patris persona, hoc est ex patris substantia, eiusque proprietatibus nonne tibi quoque uidetur ita ut persona, substantia nominetur, an quicq̄ aliud pręter hoc?

Ioan. ¶ Nonne dixi. P.R. duo esse substantiaę gn̄a? Alterę quatenus tribus personis natura cōis existit, alterum uero cum una cum existentibus proprietatibus consideratur, qua quidem ratione hypostasis & persona nuncupatur? illud ergo quod in nicęno symbolo celebratur, ex patre, id est ex patris substantia natum, necesse est ex hypostasi patris significet, quod aliud quoque gn̄s substantię pręter illa duo uidetur esse, doctores tamen substantię nomine duobus tantum

modis utuntur: nam primum illud, quod supra protuli, non aliter a latinis q̄ pro hypostasi capitur: ita ut merito nemo nos possit accusare, tria substantię genera profiteri, quandoquidem filium esse consubstantialem patri, id quod prima nicena synodus declarauerat, ipsamq; substantiam, per quam filius patri cõsubstantialis existit, tribus personis commune esse, ac illud ex patris substantia, principium quo uel per quod, non autem generans significare firmiter tenemus.

Substantiam per quam (inquis) pater & filius est, tribus personis communis existit, num ergo uerum est dicere sanctum Spiritum ex trium personarum substantia hypostatice procedere? quandoquidem paulo ante uisus es protulisse sanctum Spiritum ex communi patri filioq; substantia dependere. Mar.

Num cum ex patre profertis, prępositio ex, differentiam uel disiunctionem inter substantias aliquam apud uos significat? Ioan.

Ita profecto. Mar.

Realem ne? an secundum rationem? Ioan.

Personarum disiunctio, P. R. secundum nostram intelligentiam consideratur, non autem inter se, uerum hypostasis quęq; realiter. Mar.

Tametsi. P. R. secundum nostram intelligentiam inter se diuinę personę differunt, suis tamen proprietatibus re substant. Bes.

Hic quæro ex te. P. R. an proprietates cum persona sint idem? Ioan.

Secundum quidem rem & subiectum idem esse creduntur, ratione uero differre. Bessa.

In patre quidem. P. R. paternitas est, ac substantia, tribus diuinis personis communis, patris uero persona non nisi ratione ab ipsa paternitate substantiaq; differt, cum ab aliis duabus personis re quoq; differat. Si quidẽ igitur in patre paternitas ac substantia est, qua nam obsecro ratione pater generat? et utrum suppositum est? paternitas ne? an substantia? uel utrumq;? Ioan.

Substantia est. P. R. id quod patri communicatur, per ipsam tamen nequaq̄ filio pater communicatur, uerum per suam proprietatem, quæ quidem paternitas est, ad filiumq; refert, atq; principium est, non tamen tribus personis commune. Mar.

Immo substantia est. P. R. id quod filio cõmunicatur, quandoquidem in patris persona, ut paulo ante dictum est, nil aliud q̄ substantia & paternitas est: ergo suppositum non ut proprietas communicabile est, nam cum suppositum & substantia unum sint, necesse est, Ioan.

ut non alia ratione q̃ per ipsam communem substantiam pater ipse communicabilis sit.

Mar. ¶ Quod. P.R. protuli: ita debet intelligi, ut communis substantia per quam pater cum filio communicatur, quęq; una eademq; numero credit esse, in patrē & filium ac sanctum Spiritum secundum nostram intelligentiam distribuatur, proptereaq; disiunctim proferre solemus, patris substantiam, filii substantiam, sancti Spiritus substantiam, intelligentes propriam unius cuiusuis hypostatum: quid autem ex his concludere uelles q̃ cito proferas.

Ioan. ¶ Ex tuo sermone. P. R. contrarium eius, quod superius protulisti, concluditur, cum namq; substantia in tribus personis existit, ex tua plane sententia sequeretur, ut patris substantia, quæ filio sanctoq; Spiritui communicabilis est, ratione tantum, non autē re cōmunicet, quod in nostra religione q̃ maximum inconueniens esse uidetur, quandoquidem ipsam tribus diuinis personis re ipsa communicari, nobis est profitendum: nam si singula quæq; persona dependet a causa, sequeretur ut p̄sonę, ratione solummodo differant, quod impium esset credere.

Mar. ¶ Non equidem protuli. P. R. diuinas personas ratione tantum differre, sed quoniam unaquęq; persona una cum substantia intelligitur, iccirco separantes hæc, substantiam ipsam mente cōcipimus, quo quidem modo hypostasim filii ex patris hypostasi demonstramus, ac diuinas personas percipimus nequaq̃ sane credentes ipsas ratione tantum differre.

Ioan. ¶ Id neq; nos profitemur.

Mar. ¶ Quero ergo ex te. P. R. qua nam ratione patris & filii sanctiq; Spiritus substantiam intelligas?

Ioan. ¶ Nonne dixi uobis P. A. quemadmodum doctores nostri ratione triplici substantiam diuinam intelligant, uidelicet pro substantia, & entitate ac existentia, quāuis autem tres sint hypostases & personę re inuicem differentes, eas tamen unicum Deum & opificem uniuersi credimus esse, personam uero ex diuina substantia proprietateq; constare, ita ut persona nil aliud nisi substantia & p̄prietas sit: quæ quidem substantia & p̄prietas, licet unum re ipsa sint & per suas proprietates re inter se differant, quandoquidē ad aliquid sunt, ipsas tamen secundum substantiam deum unum esse fatemur.

Iul.C ¶ Iam quatuor horarum spatium elapsum est, sit igitur in pręsentia satis, tum synodus sancta decreuit, ut postridie conuenirent.

C Die Sabbati. vii. mensis Martii Sessio. xx. Florentię.

Mar. VT quęstionem propositam Patres Amplissimi tandem concluderemus, eam accuratius contemplari uolebamus, sed quoniam cuiusdam magni Basilii dictis bis aut ter meministis, ipsi plurimum innitentes, ac si ad uestram sententiam pertineret, iccirco quęstione illa in aliud tempus dilata, ad ipsum Basilium ueniamus, qui si lubet iterum recitetur.

Bas. Cur. n. inquit necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spus, natura quoq; ipsum tertium esse? dignitate namq; ipsum secundum a filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis, & oino ab illa dependeat causa, pietatis ratio tradit. hic locus. P. A. mendosus ac corruptus esse uidetur, quinq;. n. uel sex tm̄ libri Cōstantinopoli extant, quos in hoc loco mendosos credimus esse, cum qui sani sint, plusq̄ mille habeantur: quibus ipsi ꝓpter eoꝝ uetustatem & copiam magis credimus, cum pręsertim ad ipsius doctoris mentem, ut ex consequentibus eiusdem uerbis apparet, hi nostri libri facere uideantur: quemadmodum igitur diuinum symbolum additionem passum constat fuisse, ita quoq; credendum est, libros hos in hoc loco ab aliquo, qui dogma uestrum sectaretur, corruptos fuisse: quod uobis quoq; patebit, si nostrum uetustissimum librum diligentius inspexeritis, uerba sequentia cum antecedentibus conferentes, ac omnia simul ad sensum Basilii applicantes: in quo quidem nostro libro, non ita ut in uestro legere est.

Ioan. C Duo mihi. P. R. dixisse uideris, te sermone perpetuo quęstionem illam, de qua nuper multa fecimus uerba, libentissime cōcludere uoluisse: uerum ut nobis facias gratum te ipsam in aliud tēpus transferentem, ad magnum Basilium a nobis iam requisitum uenire uelle, id quod profecto nobis gratissimum est: q̄nquidē operępretium est, ac plurimum conuenit, ut a Patrum sanctorum testimonio, nostrę disputationis sumamus exordium: quorum auctoritas apud nos non mediocris esse debet, ac ipsos ut nostros duces sectari, ac in oībus imitari debemus. Deinde dixisti nr̄m hunc librum in hoc loco corruptum esse, quemadmodum etiam accidit symbolo: cui certam additionem factam fuisse uidemus: ad quę tibi. P. R. respōdeo, ita clare ac copiose in illa materia hinc inde fuisse dictū, ut mihi ipsi suadeam nil planius apertius fortiusq; nr̄is argumētis fieri potuisse: nil deniq; fuisse omissum, quod ad ipsam quęstionem spectaret: ue-

rum si adhuc ambigis, putans nō satis dictum fuisse, hac de qua modo agimus quæstione in extremum prius adducta, ad illam ii tibi ui debitur reuertemur: nam de hoc Basilii libro, quem in hoc loco mē dosum, & corruptum esse dixisti, rn̄demus ipsum a Nicolao secundino Cretensi uiro optimo doctissimoq́ nuper huc Constantinopoli allatum fuisse: qui quidem liber constat ex membrana, & sexcentorum annorum uidetur esse, cum dissidium & controuersia nr̄a nondum fuerat orta: præterea locus & littera hæc talibus punctis & lineis disposita est, ut nulla prorsus ex ordine tali corruptionis suspitio possit haberi: hic igitur liber corruptus non est, præsertim a Romanis, a quibus nunq̄ ante hac uisus fuerat: q̄nquidem non obliteratio, non macula, non deniq́ diuersa manus in hoc libro deprēhēditur. Præterea ex uetustissimarum uestrarum synodorum actis apparet, corrumpendorum librorum uicium & malignitatem (pace ur̄a dixerim) apud uos a nr̄e regionis hostibus ortam fuisse, ut Cyrillus lr̄is ad Ioannem Antiochenum Antistitem missis, quæ sic incipiunt, gaudeant Cœli: quasq́ Chalcedoneñ. synodus suscepit, testatur. Si quis inquit legum latorum uerba ueta euertit, mea quoq́ dicta, ut sibi placet, transmutat: tua ergo pietas non miretur, q̄nquidem ut optime nouit, generis cuiusuis hæretici ex a deo spirata scripturas, erroris sui causam capientes, quæ per sanctum Spiritum bene prolata sunt, malignitate sua corrumpunt, & reliqua. in quibus quidem lr̄is Athanasii dedit exemplum, oñdens eius Ep̄lam ad Epictetum datam, corruptam fuisse. Præterea Cyrillus idem ad Acacium scripsit, cuius quidem litteræ fuerunt inscriptæ mutua collocutio. Si quæ litteris inquit mandaueram, sic a nonnullis in mediū proferuntur, ut credant me eorum quæ in Ephesina synodo celebrauimus, pœnituisse, id etiam derideatur: dei nāq́ benignitate sanæ mentis sumus, ac a recta ratione neutiq̄ aberrauimus. Ex quibus meridiana luce clarius apparet sanctum Cyrillum in Ephesina synodo, ac semper alias unius sententiæ fuisse. Præterea in eisdem litteris de quodam niesenensi præsule facit mentionem, a quo quidem interrogatus an ipse quoq́ sentiret idem quod Athanasius ad Epictetum scripserat, respondit, si sanas & non mendosas Athanasii litteras haberes; ipsis equidem acquiescerem, ac eadem cum Athanasio sentirem. Visis deinde ipsius Athanasii litteris, quas Cyrillus sanas habebat, satis apparuit omnes alias eiusdem exempli litteras, quæ toto fere in oriente fuerāt, mēdosas fuisse iccirco Mesenus ipse Pōti.ex

Cyr.

Cyr.

Cyr.

ueras ipsas Athanasii literas statim ex scripsit, ac ad Ioannem Antio/chenum Antistitem misit: Ergo rationi congruum est, & ita credi/mus hunc Basilii librū fuisse, anteaq̄ de Sps sancti processione quę/stio inter nos oriretur: qua deinde exorta (quamuis ab ipso fere re ligionis nostrę principio hæc controuersia fuerit,) autores nostri schismatis in corrumpendum hunc locum incubuisse: uerum Sps sancti benignitate librum hunc Constantinopoli fuisse seruatum, ne ab impiis ipsis corrumperetur: qua quidem ratione adducimur, ut credamus hāc magni Basilii autoritatem nequaq̄ mēdosam esse. Si quidem igitur ad ueritatem inuestigandam ac pro communi bo no mutua beneuolentia huc frequentes conuenimus, operępretiū est ut libros nostros, qui uetustiores fuerint, conferamus, (de re ꝑ/fecto non mediocri agitur) ut ex sequentium ad precedentia con/nexu, quid nam ipse Basilius senserint facilius cognoscamus: sed pro euitando odio hactenus.

Nonnullos libros. P. A. cum hac additione Constantinopoli ex/tare paulo ante protulimus: nil miꝝ igitur, si unus ex ipsis huc fue/rit allatus: quos quidem libros ipsi simplicitate nostra utentes, ac ue ritati confisi, extare sinimus: quāuis eos facillime, q̄ per pauci fue/rint, delere prorsus potuissemus: ex quibus hunc uestrum librū ab aliquo, qui in illa regione uobiscum sentiret, ex scriptum fuisse cre/dimus: quod quidem admiratione dignum non est, cum hic etiam q̄ plurimi uestri sint homines, qui maiorum nostrorum sequentes uestigia, pium dogma nostrum sectentur: non autem imus inficias codices multos in terris nostris ab hęreticis, q uana dogmata in Dei Ecclesia introducere uoluissent, sępissime corruptos fuisse: ideirco autoritatibus, quas modo citasti ęquo animo assentimur: uerum ea uos non ignorare existimo, quæ zosimi summi Pontificis tempore acta fuerant: qui cū ad Carthaginensē consiliū scripsisset, Nicęnęq; synodi decretum misisset, Romanū Pontificem oecumenicum ap/pellandum, Concilium illud respondit se prius uelle ipsius synodi acta, quæ uel Alexandrię apud Cyrillum, uel Constantinopoli apud Proclū essent, diligenter inspicere: q̄nquidem apud acta ipsius nicę ni concilii decretum eiusmodi non extabat: quibus deinde nicę/ni concilii gestis ab Alexandria missis diligenter inspectis, ipsoq; de/creto nequaq̄ inuento, idem carthaginense concilium zosimo re/spondit, se tale nomen ipsi nolle tribuere, quod a generali synodo decretum minime fuerit: non ne uides. P. R. summū Pontificem

decretũ falsum, & non in synodo promulgatum, ad tantum cõcilium pro re tam magna misisse? non igitur tam uehementer debetis mirari, si quidem etiam ex nostris hominibus uel nouum dogma uolẽtes defendere, uel ꝙ ita sibi temere uisum fuerat, aliquos libros corruperint: cum igitur nostrorum librorum uetustas & copia, tũ etiã id ipsum ꝙ nos huiusmodi libros mendosos extare permisimus, cũ ipsos ut supra dictum est, facile delere potuissemus, nobis uictoriã dat, ac nos corrumpendorum uoluminum autores non esse demonstrat: ueritati namq; confisi, ac multis aliis ipsius magni Basilii autoritatibus innixi additionem ipsam uerbis Basilii factam paruifecimus: non ergo nobis proprium est, ut inquis libros corrumpere, sed Basilii sententia in nostro libro legatur, qui uero inquit illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere, fuerit ne unq̃ homo sic audax, qui diuinorum dogmatũ innouationes induceret? cur .n. necesse est si dignitate, ac ordine tertius est Sp̃s, natura quoq; ipsum tertiũ esse, dignitate namq; ipsum secũdum a filio pietatis ratio forsan tradit. magnus Basilius prestantissimi patres Eunomium accusans, ꝙ temere dogma nouũ instrueret, disputationis causa concedit sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium a filio esse, deinde concludit, non tamen propterea necesse esse Spritum natura quoq; tertium esse, dignitate namq; ipsum secundum a filio pietatis ratio forsan tradit, sic in nostro q̃ uetustissimo libro scriptum est, ut uidetis, & sic precedentibus consequentia cõsonant, non .n. Basilius suscipit sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse, neq; id aliquos doctores literis mandasse fatetur: quinimmo etiam si sic sit, negat tamen prorsus ex eo consequi Spiritum natura quoq; tertium esse: cur igitur magnus ipse Basilius rationem hanc reddidisset? dignitate ipsum secundum a filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis, & omnino ab illa dependeat causa? et cur eas causas reddidisset, quas antea nõ susceperat? Additio igitur ipsa neq; precedenti sermoni conuenit, neq; magni Basilii menti consonat: contra ut in nostro scriptum est libro, sequentia prioribus conuenientius connectuntur: nam uerbum illud forsan, Basilius protulit, ꝙ ipsam orationem disputationis causa ut supradictum est concedebat, propterea inferius inquit, quorsum hæc oratio? ꝙ non omnino si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est, id & naturam tertiam habet: nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes

Bas.

Angeli natura sunt, & in dignitate quędam diuersitas, in natura uero cōmunitas est, & reliqua: sic in nostro libro legere est, immo etiā in uestro quadam cum hęsitatione scriptum esse uidetur: si dignitate inquit ac ordine tertius est spiritus. cur igitur magnus Basilius illud subiunxisset, cum ab ipso esse habeat: si disputationis causa, ut sępenumero dictum est, sanctum Spiritum tertium esse, secundum uero a filio dederit, id putans alienum a sanctorū esse doctrina: porro autem ut melius intelligatis ipsum Basiliū non huius fuisse sententię sanctum Spiritum ex filio procedere, ac ab ipso esse habere, idē ipse Basilius afferatur, qui quidem suis literis ad fratrem suum Gregorium de substantię hypostasisq; differentia scriptis, quid nam de sancti Spiritus processione senserit, luce clarius explicauit, Sanctus

Bas. inquit Spiritus a quo cuncta bona in mundum emanant, quiq; filio adaptatur, & simul cum ipso percipitur, a causa uero paterna habet esse dependens, & procedit, id notionis, per proprietatis hypostasim habet, ut post filium, & cum ipso noscatur, ac ex patre subsTet: filius autem qui ex patre procedentem Spiritum, per ipsum & cum ipso cognoscit, ac solus unigenitus ex ingenito lumine resplendet, nullam secundum propriam notionem, communionem habet cū patre, aut cum sancto Spiritu, uerum supradictis signis cognoscitur. his uerbis. P. A. magnus Basilius sentire uidetur, sanctum Spiritum ex solo patre habere esse: sanctus inquit Spiritus filio adaptatur, hoc est post filium ordinatur atq; disponitur: cuius deinde causam uolens reddere, non sane dixit q; ex ipso procedit, uel q; ex ipo esse habet, ut in autoritate, cui uos innitimini, habetur: uerū subiunxit, q; simul cum ipso percipitur, uidelicet a patre: postea sermonem figura distinguens, inquit, a causa uero paterna habet esse dependens, unde quoq; procedit. uides ne. P. R. quemadmodum patri, ueluti causę magnus Basilius tribuit, ut sanctus Spiritus ex ipso dependeat, non autem credere debemus eundem Basilium sibi ipsi contradixisse, orationis namq; partitio non patitur, ut idē filio quoq; tribuatur, quandoquidem hoc notionis eius dedit signum, ut simul cum ipso percipiatur: deinde subiungit, filius aūt, qui ex patre procedentem Spiritum per ipsum, & cum ipso cognoscit: non autem dicit, mittit, sed cognoscit Spiritum ex patre procedentem, hoc est secum ipsum manifestat: postremo dicens, ac solus unigenitus ex ingenito patre resplendet, nullam secundum propriam notionē cōmunionē habet cum patre, & reliqua: declarat filium nullam habere

comunionem cũ patre, ut sanctũ Spm mittat, qñquidem id patri soli ascribitur, queadmodũ & filio soli tribuitur: ut his solis signis noscatur, ꝙ solus unigenitus ex ingenito lumine resplendet, ꝙꝙ per ipsum & cum ipso spiritum sanctum cognoscat: si quidem igitur filius, his non autem aliis signis cognoscitur, palam sequitur ut in mittendo spiritu, cum patre nequaq̃ communicet; uerum ipsi patri proprium sit ut sanctum Spiritum mittat.

Io. ❡ Longam orationẽ habuisti. P. R. cũ breuis forsan fieri potuisset, uolentibus enim ueritatem attingere, quæ quidem uel parua indiget illustratione, non nisi sanctorũ sententiis, ac autoritatibus opus est. Ad duo ergo, quæ contra magni Basilii autoritatem ex nostri codicis lectione dixisti, paucis respondebo. Credendum est inquis aliquem eorum, qui quondam nobiscum sentirent, locum hunc corrupisse: quod quidem falsum esse deprendimus, ꝙ cum hic liber exscriberetur, nulla prorsus inter grecos & latinos controuersia fuerit. nunq̃ autem affirmarem patres qui sunt, aut qui fuerant, tale facinus commisisse, quandoquidem firmiter credimus a primis nostri dissidii autoribus uestros libros fuisse corruptos, siue græci, siue latini fuerint illi, quippe qui dogma uestrum sequentes non ipsum defendere potuissent, nisi ueros Basilii libros corrupissent, quos contra se facere uiderent. nunc uenio ad Zosimum summũ Pontificẽ, in quẽ nullũ unq̃ testem fide dignum possetis producere, cũ equidẽ cõtra uos binas Cyrilli litteras protulerim, ex quibus unas Chalcedoneñ. synodus suscepit. aut ergo tales testes cõtra tm̃ Põtificem debebas producere, aut in ipsum sine testibus neutiq̃ inuehi: qñquidẽ minime cõuenit ex te crimina talia contra eũ proferre, sed uetustissimas ac humanissimas Iulii Liberiiꝙ summorum Pontificũ litteras. P. R. bene memorię tenere deberes, quas Iulianus pręstantissimus sanctę Sabinę Cardinalis uobis ostẽdit, quibus patet beatũ Athanasium, cum ab Antiocheno concilio dãnatus fuerit, ac eũdẽ concilium ipsum uehemẽter persequeretur, ad fęlicẽ Marcũ, Iuliũ, Liberiumꝙ, qui sequẽtibus temporibus Romani Pontifices fuere, scripsisse, ac eosdem obsecratum fuisse, ut acta nicęnę synodi quæ perfecta & non mendosa, Romæ in bibliotheca extarent, ad ipsum mitterent: qñquidem omnia, quę in orientali ecclesia extarent ab Arianis corrupta fuerant: cui quidem Athanasio, summi Pontifices ipsi respondere, se acta illa, quę grece latineꝙ scripta, ipsoꝙꝙ met nicęnoꝝ patrũ manibus subscripta, & eorũdem sigillis obsignata a

Ath. cõdẽ natus

summis Pontificibus summa ueneratione seruarent, nolle mittere, se tñ ipsi Athanasio nõnullos exscriptos canones daturos, q ad rem eius facere uiderentur. deinde cum Athanasius ab ipso antiocheno cõcilio ad Romanã sedẽ ꝓuocasset, hereticis eisdẽ obiicientibus id nõ iure fieri potuisse, liberius ipse ad Athanasiũ, nicenũ decretũ de prouocãdo ad Ro. Eccle. ex scriptũ misit: quo deinde is Athanasius acerrime se cõtra hereticos defendit. Iulius aũt ipsius antiocheni cõcilii autores lr̃is acriter reprehẽdit, ꝙ absq̃ sedis aplice autoritate cõuocare synodũ ausi fuerint, ostendẽs illis ex nicene synodi decreto, nullã unq̃ synodũ sine Romani Põtificis autoritate celebrãdã esse. Cur ergo. P. R. zosimũ accusas immerito, ipsum ad Chartaginense cõciliũ falsum nicene synodi canonẽ misisse? cũ illud idẽ cõcilium, quos ex oriente canones acceperat, oẽs corruptos ac falsos esse cognouerit? ut multis sanctoꝝ autoritatibus, quorum uetustissimos libros habemus, patet: nil miꝝ aũt. P. R. si in exponẽdis magni Basilii uerbis in multa incõmoda incurristi: qñquidẽ ut Philosophi dicũt, Paruus error in principio magnus in extremũ efficit: qđ qdem accidisse tibi uidet, ꝙ male Basiliũ ipsum exposuisti. ad ueritatẽ igitur cognoscẽdã operepretiũ est, tñ de duobus differere, que modo uisus es ꝓtulisse, an pater solus sancti Sp̃s cã sit, tãetsi Sp̃s filio ãdaptari dicat: & an Sp̃s eũdẽ ordinẽ & naturã ad filiũ nõ habeat, quẽ quidẽ filius ad patrẽ habere credit. Porro aũt ut hec dissoluamus, necesse mihi uidet, ut ex te querã, que nã differẽtia sit, inter aliqd alicui adaptari, & aliqd ab aliquo esse habere uel depẽdere: qñquidẽ nobis uidet ut qđ ab aliquo pfectibile est, idẽ post illud disponatur: quodq̃ hmõi est, idẽ ab aliqua cã depẽdeat, nõ tñ ꝓpterea ꝓfitemur diuinas ꝑsonas pfectibiles esse: id namq̃ nostri doctores minime dixere, filiũ aũt credimus principiũ ex principio, ac deum de deo esse, qñquidẽ pater principiũ est: magnũ etiã ipsum Basiliũ nõ solum in hoc, ueꝝ etia multis aliis in locis oñdisse, sanctũ Sp̃m eodẽ ad filiũ ordine se habere, quo filius ad patrẽ disponit, ac se habet: qualis autẽ eiusmodi dispositio, ac ordo sit, uelim ad mentẽ Basilii exponas.

Mar. ¶ Nullã eqdẽ de zosimo mẽtionẽ fecissẽ. P. R. nisi meũ de eo sermonẽ ueꝝ esse possẽ oñdere, sed qm̃ nr̃os libros ad hãc rẽ ptinẽtes Cõstãtinopoli reliq̃mus, nõ inscii unũ ex illis apud uos esse, ex quo uobis ipsius zosimi acta nota credimus esse, icciirco de his hactenus.

Io. ¶ Quem librum inquis?

Mar. ¶ De omnium conciliorum actis.

Io. ¶ Apud nos. P. R. nullum librum inuenies, quo quidẽ pateat zosi/mum ipsum ad Carthagineñ. conciliũ pro se falsum scripsisse, sed missa hæc faciamus, qñquidem alia indigent consideratione.

Mar. ¶ Placet nobis ad aliud uenire quandoquidem in presentia de zo/simo non opus est disputare.

Ioan. ¶ Igitur ad exponendum Basilium si lubet redeas.

Mar. ¶ Magnus ipse Basilius. P. A. illud filio Sp̃s adaptatᷓ, exponẽs inqt, qui post filiũ & cũ ipso percipitᷓ: quę nãq; cõnumerantᷓ, nõ possunt uno uerbo ꝑferri atq; disponi, uerũ necesse est ut alterũ post alterũ proferatᷓ ac numeretᷓ: si qdẽ igitᷓ Sp̃s adaptari filio dicitᷓ, fieri profe cto nõ põt, ut alr intelligatᷓ, q̃ ꝙ post filiũ disponatᷓ, non ita tñ ut ab eo tãq̃ a cã esse habeat ac depẽdeat: ꝓpterea Basilius ipsę subiũxit, qui post filiũ & cũ ipso pcipitᷓ. Tu aũt. P. R. unde habes, ut qd alicui adapterᷓ, ac post ip̃m disponatᷓ, id etiã sit necesse ut ab eodẽ esse ha/beat, & depẽdeatᷓ nobis sane non alia opus est expositione, qñqui/dem is Basilius se ipsum exposuisse uidetur, qui uerbi adaptatur, cau sam illico reddit, dicens ꝙ simul cum ipso percipitur.

Ioan. ¶ Si qdẽ igitᷓ. P. R. illud filio Sp̃s adaptatᷓ, a te sic exponitur, ut Sp̃s ad filiũ disponatᷓ ac ordinetᷓ, quęro ex te an ipsa dispositio, sanctiq; Sp̃s ad filium ordo, sit cã extrinsecaᷓ uel principium a quoᷓ

Mar. ¶ Non equidem protuli Sp̃m ad filium, uerum post filium disponi: necesse est. n. ut in diuinis ordo numerandi seruetur: ita ut filius post patrem, spiritus uero post filium numeretur.

Io. ¶ Talem igitur enumerationis ordinem, tantum uocalis esse pu/tasᷓ ita ut re ipsa nullus in diuinis sit ordoᷓ

Mar. ¶ Necesse est. P. R. ut diuinę ꝑsonę quoquomodo dispositę sint: nã enumerari nõ possent, nisi qdã inter ipsas ordo seruaretᷓ, qui quidẽ modo quodã realis est, ut idem magnus Basilius demonstrat: dum dicit, solus unigenitus ex ingenito lumine resplendet, ubi filii ad pa trẽ dispositionẽ ac ordinẽ ostendit: unde sane necessario euenit, ut sanctus Sp̃s tertius in ordine numeretur, ne ad filiũ ordinatus, uel fi/lio ut supradictũ est adaptatus, ad patrẽ uero immediate relatus, ip/se quoq; filius esse uideretᷓ. qm̃ igitur sanctus spiritus post patrẽ cũ filio cõtinuo numeratur, idcirco tertius a patre disponitur, atq; col/locatur, quod quidem solũ dispositionis & ordinis genus in diuinis creditur esse, cum aliud apud theologos nequaq̃ inueniatur.

Io. ¶ Ex magni Basilii sñia, P. R. profiteris inter filiũ ac sanctũ spiritũ ordinem esse naturę utrum igitur inter patrem & filium idem est

ordo, an aliud dispositionis ordinisue genus inter ipsos existit? quādoquidē mihi sentire uideris illud adaptari, atq; disponi, cām no significare: porro qm̄ inter patrē & filiū ordo naturę re ipsa dicit̄ esse, certā significans dependentiā, iccirco necesse est sentiamus filium a patre ut a causa, re dependere: unde euenit, ut qm̄ inter filiū & sanctū Spm idem ordo naturę creditur esse; ideo necesse sit filiū sancti Bas. Sps cām esse quēadmodū magnus Basilius in eodē cōtra Eunomiū libro testatur: ubi probat Spm eiusdē esse naturę cum patre & filio. q̄uis ordine ac dignitate secundus a filio sit, quēadmodū inqt filius ordine quidē a patre secundus est, qm̄ ab illo, & dignitate, qm̄ origo & cā existēdi pater ipsi est, et qm̄ per ipsum accessus & adductio ad Deum patrē, natura uero nullo modo secundus, q in utroq; una dictas est: ita etiā sanctus Sps, & si dignitate ac ordine secundus a filio est, non tñ uerisimiliter alienę ipsum esse naturę inde consequitur: quibus uerbis probatum est sanctum Spm eundē ordinē ad filium habere, quē filius ad patrē habere creditur: quod angelorum Bas. exemplo idem Basilius ostendit continuo, Angeli oēs inquit ut appellationis unius, sic eiusdē sunt naturę inter se: Attñ. alii ipsorū gētibus prępositi sunt, alii uero fidelium singulos consequuntur: quāto autem gens uni uiro pręponenda est, tanto maiorem necesse est Angeli qui gentis principatum habeat, esse dignitatē, dignitate eorum, quibus singulorum tutela cōmissa est: & infra, quorsum hæc oratio? q nū oīno inquit, si qd ordine ac dignitate secundū aut tertiū est, id & naturā alterā habet: nā quemadmodū angelorum alius princeps, alius subditus, et tñ oēs Angeli natura sunt, & in dignitate quędā diuersitas, in natura uero cōitas est, &.n. stella stellę pręstat in gloria, & natura stellarū oīm una: & mansiones multę apud patrē, idest dignitatum diuersitates, glorificatorum uero una natura: sic profecto & Spus sanctus dignitate quidē & ordine secundus est: accepimus.n. ipsum tertium a patre & filio numeratū, cū ipse dn̄s in traditione, salutaris baptismatis ordinem tradiderit, his uerbis, euntes baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti: in natura autem tertium a filio ac patre deiectum Spm nullibi audiuimus, hæc magnus Basilius, qui quidem nil aliud in ipso tertio in Eunomium libro concludere uoluit, q̄ sanctum Spiritum eiusdem esse naturę cū patre ac filio, quāuis in ordine, ac dignitate tertius sit, quod quidē angelorum exemplo, multisq; rationibus clare probasse uidetur.

¶ Inter patrem & filium. P. A. quatenus ex patre filius habet esse, Mar.

ac ad ipsum immediate refertur, naturalis est ordo: quę quidem sola causa est, cur sanctus Spus necessario tertius numeretur: ob idq; magnus Basilius de patrę filioq; loquendo, uerbo adaptatur, uel dispo nitur, nequaq̃ utitur, neq; filium patri adaptari, uel post ipsum dispo ni dicit, uerum ipsum secundum esse a patre, q; ab ipso esse habeat: sanctū aūt Spm filio dicit adaptari, hoc est post ipsum, ut dictū est su pra, disponi: quod quidem ideo euenit, ut sanctus Spus tertius col/locetur, q; filius necessario pręcognoscitur, qm̃ ad patrē immediate refertur. q; si magnus Basilius credidisset, eūdē ordinē inter filiū, ac sanctū Spm esse, quē inter patrē & filiū esse nouerat, ita ut si ea rōne Spm secūdū a filio, qua filiū secundū a patre pcepisset, nequaq̃ pro/fecto Eunomiū insecutus fuisset, neq; ipsum dixisset sanctoꝝ doctri nam falso citasse, cum diceret sanctum spiritum ordine, ac dignitate tertium esse: ex quo quidem patet ipsum Basilium non suscipere sanctum spiritum dignitate secundum a filio esse, uerū illud ex hy/pothesi disputationisq; gratia, ut supra dictum est, dare.

Io. ¶ In ambiguo uersamur .P.A. propterea diffinitionibus uti debe/mus: nā inter filiū sanctūq; Spm ordo naturę dicit̃ esse, ac illud uer bū disponit̃ ordinē naturę significat: iccirco nos diligēter debemus dispicere quo nā pacto ordinē ipsum naturę pcipiamus: q̃nquidem ex uestro libro pbauimus sanctū Spm eundē ordinē ad filiū habere, quo quidē filius a patre disponitur: sed ut nos serenissimus Impera/tor melius intelligat, hāc rē altius repetā: nā oēs theologi philoso/phos imitantes, diffinitionibus in earum propria significatione utū tur, q; si qua ambiguitas esset in eis, oīs ipsoꝝ doctoꝝ scīa rueret, p/pterea uester Aristoteles, quē eqdē inuitus testor, in .v. metataphy/sica libro, in capl̃o de natura, quod nā modis natura possit intelligi, demonstrans, natura uero inquit dicit̃ uno quidē modo nascentiū generatio, altero uero ex quo generatur primo, quod nascit̃, qui quidē secundus modus ordinē gñationis significat, ut ea quę gene/rant̃ ab ipsa substantia fiant: quo sane gñationis significato, Basilius Athanasius Augustinus, ac oēs alii doctores, tā gręci q̃ latini fuerūt usi, tenentes gñationis ordinē unius personę ab alia ordinem esse naturę: ita ut neq; Basilius neq; cęteri doctores in ambiguo fuerint uersati, credentes processionis ordinem nil aliud esse q̃ unius per/sonę ab alia processionem, quemadmodū Arist. naturam altero mo do (ut supra dictū est) diffiniuit: si quidē igitur ordo naturę sancti Spus ad filiū est, necesse est ut sanctus Spus a filio esse habeat, id q̃d

Basilius sensisse uidetur, qua quidē in re, tota nostra cōtrouersia est.

¶ Anteaq̄ de tali ordine. R. P. agamus, illa Basilii sententia nobis di ligentissime consideranda est: dic ergo mihi, credis ne magnū Basilium huius fuisse sententię, sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse necne? Mar.

¶ Ita prorsus, quemadmodum filius secundus a patre dicitur. Io.

¶ At idem etiam Eunomius asserebat. Mar.

¶ Cum hanc sententiam Eunomius. R. P. ex sacra pagina suscepisset, ex ea concludere uolebat, sanctum Spiritum natura quoq; tertium esse: non igitur Eunomium magnus Basilius reprehendebat, q illius esset sententię, cum dubio procul in ea conuenirent: uerū q ex ipsa uolebat inferre, sanctum Spiritum natura quoq; tertium esse: id quod ut dicit Basilius nequaq̄ inde consequitur. Io.

¶ Veritatem igitur Eunomius asserebat, sanctum Spiritum ordine dignitateq;, tertium esse? Mar.

¶ Cur non? Io.

¶ Si quidem igitur ea in re cum Basilio sentiebat, quę nam eius sententia fuerit, accurate dispiciamus: nonne in uestro prędicto libro scriptum est ita? Eunomius sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos qui ipsam tradiderant. Mar.

¶ Simulat inquit sanctorum seruare doctrinam, qui quidem, ut dicit Basilius, credebant sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse: ex quo Eunomius inferebat eundē Spiritū natura quoq; tertium esse: a sanctis enim ait didicisse ordine ac dignitate tertium esse spiritum, a se autem ipso credidisse natura quoq; tertium esse. Io.

¶ Non ita. P. R. Basilius dicit, sed Eunomius simulat sanctorū doctrinam seruare, qui sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse dicebant: qui uero illi sancti sint, & quibus sermonibus doctrinam fecerint, non potest dicere. Mar.

¶ Illud uerbum simulat. R. P. ad Eunomii conclusionē refertur, quam ex sanctorum doctrina dissimulabat inferre: nam sancti dicētes sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nequaq̄ credebant ipsum quoq; tertiū esse, quod tamen ex ipsorum positione Eunomius simulabat inferri posse: quę quidem Eunomii uerba, quoniam clara sunt, iccirco nulla indigent expositione: nam si Basilio uisum fuisset, falsum esse sanctū Spm ordine ac dignitate tertiū esse huic etiā sententię clare cōtradixisset, quēadmodū argumētis fortissimis ac angelorum exemplo, spiritum natura tertiū esse, oppugnauit. Io.

Mar. ¶ Si sanctorum ac magni Basilii. R. P. hæc fuisset opinio, sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nequaq̄ profecto protulisset: Eunomius simulat sanctorum doctrinam seruare, sed potius clare testatus fuisset in hoc Eunomium bene sensisse. Porro quoniam is magnus Basilius non credebat sententiam illam uerā & aliquorum sanctorum esse, iccirco dixit simulat sanctorum doctrinā seruare: & paulo infra Eunomium reprehendit, q̄ qui nam illi doctores fuerint, non expresserit: et Paulo inferius, fuerit ne unq̄ homo sic audax inquit, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? Autorem nouorum dogmatum, ac audacē. P. A. Basilius Eunomium nominat, q̄ ea proferebat, quæ nemo unq̄ sanctorum dixerit: quandoquidem Basilio non constabat, qui nam sancti huius sententię fuerint, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. tuę igitur partes sunt. P. R. probare sanctos aliquos hanc sententiā habuisse: nam ipsi credimus demonstrasse, magnum Basilium in ea opinione cum Eunomio neutiq̄ conuenire, sed potius ipsam oppugnasse: num in uestro quoq̄ libro non ita legitur? Bas.

Io. ¶ Quoniam inficiatis. P. R. magnum Basilium credidisse sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, iccirco de hoc accuratius contemplemur, ac Athanasium autorem dignissimum uideamus, cuius fidem Cyrillus profitebatur excolere: qui quidem Athanasius in dialogo, quem in synodo nicęna in Arium habuit, ac in quibusdam suis literis ita dicit: si quidem spiritus ex patris filiiq̄ substantia non est, cur filius cum sanctum baptisma suis discipulis traderet, de eo fecit mentionem? dicens euntes ergo docete omnes gentes baptizantes in nomine patris & filii & spiritus sancti? preterea q̄m in sacro symbolo de tribus personis mentio fit, iccirco Athanasius ipse ad serapionem scribens spiritum ex patris filiiq̄ substantia dicit esse, spiritus inquit a filio accipit iuxta domini uocem, de meo accipiet, & annuntiabit uobis, de filio autem in nomine patris ueni, de Paracleto uero spiritus sanctus, quem mittet pater in meo nomine: si quidem igitur inquit Athanasius talem ordinem & naturam spiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem, quo nam pacto, is qui spiritum creaturam esse credit, idem quoq̄ de filio non necessario crederet? Athanasii ergo sententia clara est, qualem ordinē filius habet ad patrem, talem spiritum habere ad filium, ita ut ex prima eius autoritate appareat, spiritum personam tertiam esse, ac ex altera spiritus ad filium ordo, ex utroq̄ uero spiritū a filio accipere: Ath. Ath.

quo nam autem ordine spiritus a filio esse accipiat, uestrum est de/clarare, quandoquidem non oportet magno Athanasio obiicere, sed de his in presentia satis, sequenti uero sessione ex ipso magno Basilio eandem sententiam luce clarius demonstrabimus. quibus di/ctis sessio fuit dimissa, & ad diem martis prorogata.

¶ Die Martis. x. Mensis Martii Sessio. xxi. Florentie.

Sessione proxima. P. A. magni Basilii sententiam accura/te considerantes, ac ipsius librorum discrepantiam inspi/cientes ex uobis quesiuimus, an Basilius ipse crediderit sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, quod quidem affirmantibus uobis, statim aliam proposuimus questionem in dubiumque uocauimus, utrū opinio Eunomii ex doctrina sancto/rum fuerit, necne? quod cum etiam nobis dederitis, magnum Ba/silium cōtra uos manifeste citauimus, sanctorum inquit simulat cōseruare doctrinam, non autem inquit conseruat: deinde reprehendens Eu nomium dicit, qui uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus do/ctrinam fecerunt, non potest dicere, fuerit ne unquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? quis igitur fi/lius ordine ac dignitate secundus a patre est, quia ab ipso est, non tamē ex magni Basilii dictis concluditur, sanctum etiam spiritum ordine dignitateque secundum a filio esse, ac ab ipso ueluti a causa esse habe re: quandoquidem ipse Basilius hanc sententiam nequaquam suscepis/se uidetur. Vos ergo uerborum discrepantiam bene considerātes, deprehendentesque notham accessionem ad sermonem Basilii fuis/se factam: quippe qui cum Eunomio neutiquam sentiens, sanctum spi ritum secundum a filio esse, cur sit secundus nullam reddiderit cau sam, uerborum inquam discrepantiam bene considerantes, omisso Ba silio, ad magnum Athanasium confugistis, ad ostendendum sanctū spiritum ordine dignitateque tertium esse. Cuius quidem Athanasii duas autoritates citastis, quarum prima fuerat haec, sanctus spiritus ordine tertius, absque uerbo est, altera uero, sanctum spiritum eun/dem ordinem & naturam ad filium habere, qualem filius ad patrem habere creditur: quibus uerbis probasse putatis sanctum Spiritum dignitate quoque tertium esse: nos autem Prestantissimi. P. profite/mur sanctum spiritum in trinitate tertium esse, ut seruator noster ba ptisma tradens pronuntiauit, dignitate uero tertium esse nequaquam

asserimus, de uobis mirum in modum admirantes, qui quod a san/ctis doctoribus ne scriptum quidem fuerit, id ut datum ac a nobis concessum sumitis, queadmodum alias fecistis sępissime: nam huic orationi spiritus a patre & filio, a qua quidē uerbū est, abest, ipsum apponitis, huic uero Spiritus a filio accipit, accipere esse, additis: ita ut quę ad huc uocantur in dubium, & sub iudice sunt, ea pro claris atq; probatis, sumatis, quod quidem demonstrandi genus deterri/mum & inutilissimum esse constat, quodq; principii petitio a diale cticis nuncupatur. Nunc uenio ad alteram Athanasii autoritatem, in qua nobis accurate considerandum est, cur & ad quos homines sermonem ipsum Athanasius magnus habuerit: eum.n. oportet, ut Cyrillus in tertia synodo protulit, qui sermonibus in diuinis uersa tur, personarum & temporum ac omnium causarum rationem ha bere, & cur quæq; uerba prolata fuerint: quo quidem pacto quisq; cuiusq; uerbi, sancti Spiritus bonitate, rationem congruam facile reddere poterit: nam gloriosissimus Athanasius in acerrimos sancti Spiritus inimicos, qui filium eiusdem dignitatis, atq; substantię cum patre profitentes esse, sanctum spiritum minorem eis, ac post ipsos dicerent, ꝙ ipsum inter creaturas connumerarent, ad ostendendū ipsum quoq; consubstantialem, eiusdemq; dignitatis cum patre ac filio esse: eo quo cæteri doctores argumento fortissimo fuit usus, sanctum uidelicet spiritum eiusdem ordinis & uoluntatis ac opera/tionis cum patre & filio esse, quemadmodum ad Serapionem Epi/scopum scribens, filius quidem inquit a patre mittitur, sic.n. Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, filius autē mit/tit spiritum, si.n. inquit ego abiero, mittam eum ad uos, & filius qui/dem patrem clarificat, ego inquit te clarificaui, spiritus autem cla/rificat filium, ille.n. inquit me clarificabit: amplius filius quidem di/cit, quæ audiui a patre, hæc loquor in mundo, spiritus uero ex filio accipit, de meo inquit accipiet & annūtiabit uobis, & filius in patris nomine uenit, de spiritu autem dicit, quem mittet pater in nomine meo: si quidem igitur talem ordinem & naturam spiritus habet ad filium. qualem filius ad patrem, quo nam pacto, is qui spiritum di/cit creaturam esse, idem quoq; de filio nō necessario credet. quibus uerbis. P. A. doctor ipse non personarum distinctionem, neq; unde existendi causam haberet, sed earumdem potius unitatem & con/iunctionem ac consubstantialitatem probasse uidetur, ex eo ꝙ ana/logia proportioneq; quadam eiusdem sunt uolūtatis, ac operatiōis.

Ath.

non.n.inquit filium a patre habere esse, spiritum autem a filio, neq; patrem generare filium, spiritum uero a filio mitti: namq; si sic Athanasius protulisset, talis profecto sermo ad uestram sententiam faceret, uerum bonitatem patris ex operibus filii, & bonitatē eius ex operibus sancti spiritus, proportione quadam, ut supra dictum est, demonstrauit: ex eo.n.q́ filius a patre & spiritus a filio mittitur, patris bonitas ut inquit Gregorius, cōprehenditur, ita ut ipsa missio sit bonitas patris, & sancti spiritus missio, bonitas filii sit putanda: illud autem filius quidem patrem, filium uero spiritus glorificat, operationum proportionem, & uoluntatis eorum identitatem significat: & enim quoniam filius iam diu cognito patre, mundo apparuit, deinde uero sanctus spiritus palam se fecit, iccirco ne ἀντίθεοι hoc est aduersus Deum esse uiderentur, filius quidem patrem, spiritus autem filium clarificare dicitur, & quę pater tacuerat, filius discipulis reuelauit: quę audiui a patre, hęc inquit loquor in mundo: spiritus uero a filio accipit, quemadmodum scripturę relictum est, de meo accipiet & annuntiabit uobis. ex quibus quidē uerbis credere debemus sanctum spiritum a filio sermonem accipere, ac ipsum discipulis nūtiare: spiritus ergo non accipit esse a filio, ut tu. P.R. sentire uideris. deinde filius de se loquens inquit, in patris nomine ueni, de spiritu uero dicit, quē mittet pater in meo nomine, ut uoluntatis idētitatem, & operationum suarum analogiam, ut sępe sępius dictū est, declararet: proptereaq; magnus Athanasius illud protulit, talem ordinem & naturam spiritum ad filium habere, qualem filius ad patrē, hoc est ita spiritus cum filio disponitur, & ei consubstantialis existit, quemadmodum filius patri: quo nam igitur inquit pacto is qui spiritum creaturam dicit, idem quoq; de filio non necessario credet? stante uidelicet ipsorum uoluntatis, substantięq; unitate, nec nō eorundem operationum analogia. Sic magnus Athanasius. P.A. debet exponi: quippe qui non personarum distinctionem, uerum ipsarum coniunctionem ac earumdem substantię unitatem (ut supra diximus) ostendere uoluit. hæc igitur Athanasii autoritas. P.R. longe aliter, q̄ sperares exposita est, atq; ita ut ad dogma uestrū nequaq̄ facere uideatur: an autē de sancti spiritus processione ita ut ipsi creditis, senserit, & an filius, sancti spiritus causa sit, necne alia eiusdē Athanasii autoritate posset intelligi: quippe qui in sermone de filii ac spiritus ęterna essentia, diuinarum personarum distinctionem edocens, solum patrem diuinitatis fontem, ac ingenitū nominauit,

Ath. (margin, beside "declararet")

Ath. (margin, beside "Athanasii autoritate")

ac si solum ipsum dixisset, genitorem ac mittentem esse, non igitur sentiebat filium sancti Spiritus causam esse, si diuinitatis fontem patrem solum esse credebat: disiungimur inquit & ab iis qui iudęos secuti, cum deum de Deo negant, Christianorum fidem euertentes, unū Deum ut Iudęi profitentur, nō ꝙ solus ingenitus & solus fons diuinitatis est pater, iccirco deum ipsum pronunciant, sed ꝙ nō genitor filii & absq; fructu uiui uerbi. si quidē igitur solus fons diuinitatis, ac solus ingenitus pater est, sequit͛, ut solus filii genitor ac solus spiritū mittens existat: non igitur apud Athanasium filius sancti spiritus causa est, & ab ipso spiritus esse habet: hæc nunc ad tuam orationem.

Io. ℭ Hæc uia. P. R. qua quidem ad ueritatem illustrandam progrederis, tenebras potius obducit, q̄ (quod oēs summopere cupimus) lucem afferat: nec id sane principio nostrę disputationis inter nos conuenit, ut tam longis orationibus uteremur, uerum ut breuibus ultro citroq; habitis argumentis atq; responsionibus, paucis rē ipsam concluderemus: te tamen longam habentem orationem uerbaq; duo per horam exponentem, hi pręstantissimi patres audiendo iam fessi sunt: & ut mihi uidentur nil aliud de tuo sermone intellexerunt, q̄ id in quo me ualde repręhendisti, ꝙ uerbum est, Athanasii uerbis addiderim, ut sępe numero facere soleo: nam alterā ipsius Athanasii autoritatem sanctum uidelicet spiritū talem ordinem & naturā ad filium habere, qualem is ad patrem habere creditur, male explanasti: qui autem sermonem aliquem exponit male, is nunq̄ bene respondere potest: deinde ad materiam de temporali personarum processione uenisti, in qua necessario cōcludere possumus, Spiritum sanctum ex filio etiā ab ęterno procedere, ex eo ꝙ ab eodem temporaliter procedere creditur: in qua quidem materia tibi paucis respondebo, quamuis de ea nullam modo mentionem facere debebas, quandoquidem ad propositum neutiq̄ spectare uidet͛: sed anteaq̄ aliud proferam, ex te. P. R. scire uelim an ita protuleris, cum filius patrem dicitur audire, uerba eius audit, quandoquidem auditus ad uerba refertur, & ita dictū Euangelii de meo accipiet, & annuntiabit uobis, ut inquis debet intelligi, ex quo quidem sanctū spiritum a filio habere esse minime sequitur. ita ne sentis an non?

Mar. ℭ Quid ni? nam & magnus Athanasius Euangelium ipsum sic exponit.

Io. ℭ Ex hoc. P. R. secundum uestros & nostros sanctos doctores Deo

fauente probabimus sanctum Spiritum a filio eternum esse suscipe re: sed anteq̃ ad demonstrandum hoc ueniamus, orationi tuę breuibus respõdebo: nam sessione proxima ex me quęsiuisti, an ex magni Basilii sententia sentirem sanctum Spiritum ordine dignitateq; tertium esse: deinde me hanc eius fuisse sententiam asserentem, interrogasti, an alii quoq; sancti doctores fuerint idem sententes: me uero respondente, multos sanctos huius fuisse sententię, continuo ad ostendendum oppositum, magni Basilii autoritatem exposuisti, quemadmodum etiam modo fecisti, ita dicẽs in summa, Eunomius sanctorũ simulabat conseruare doctrinam sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse: qui uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, nõ potest dicere: idcirco magnus Basilius ut pote qui non sentiret, aliquos sanctos eiusce fuisse sententię, inquit, fuerit ne unq̃ homo sic audax, & reliqua. Credis igit ex mente Basilii, neminem sanctum eius opinionis fuisse q Eunomius ipsos citare nesciuerit: hanc tuam expositionem. P. R. uolui repetiisse, ut hi. P. A. solutionem eius, quam afferam, facilius intelligant. Nos magni Basilii librum habemus, quem non mendosum, sed fide dignum esse putamus, cuius quidem rei ex eo facimus coniecturam, q cum mitylenẽ. pręsulis uetustissimo libro, quemadmodũ ii testari possunt qui utrumq; diligenter perlegerãt, in omnibus cõuenit: qui quidem liber si lubet in medium afferatur.

¶ Hi libri eadem manu exscripti uidentur esse. Mar.

¶ Tria uobis. P. A. demonstrare uolo, primum alia Basilii autoritate sanctum spiritum a filio accipere esse, Alterum quanto dedecori Basilio magno futurum fuisset, si scripturę reliquisset ita ut in uestro legitur libro, & quemadmodum talem tantumq; uirum, ac in dei Ecclesia, ut Chalcedonẽ. synodus testatur, maximę autoritatis exponitis. ultimo ex precedentibus ac consequentibus uerbis eius ostendam, ipsum non aliter sensisse, q̃ in nostro libro scriptum uidetur. in explicandis autem his tribus capitibus. P. A. non ero multus, neq; mea uagabit oratio, spe adductus sancti Spiritus, de quo agitur bonitate, uos non mediocrem per nos ab ipso gratiam consecuturos: quo quidem magnus Basilius plenus, non potuisset in tanta materia, de qua agimus, diuersis in locis diuersa conscribere: quandoquidem sancti doctores in his, quæ ad fidem spectarent, sibi ipsis constare, nulibiq; contraria scripsisse creduntur. Nuper ergo cum essem in amplissimi sanctę Sabinę Cardinalis domo, Ambrosio eius Ioan.

fratre pręsente, egregio literarum gręcarum interprete, Leonardus Aretinus literarum grecarum professor eruditissimus, ac huius ciuitatis illustrissimus scriba, uel ut uulgo dicitur Cancellarius, uetustissimum quoddā uolumē gręcū nobis attulit, in quo quidē quęrētibus nobis quādam epistolā, forte fortuna sermo quidā Basilii de sancto Spū occurrit, quē ego sperans tū uidere miraculū (credebā & enī id, qd fuerat, magnū Basiliū sancti Spiritus plenū, in ipso sermone clarā aliquā & manifestā sentētiā reliquisse) eiusdē. A. Cardinalis iussu perlegi, quo qdē plecto maximas ipsi sancto Spiritui grās egimus, q nobis euenit ex snīa, ut quod a Christianis in hac materia celebrari debeat, id ex eodem ipso sermone cognouimus. Vnū quidem patrem inquit, unum filium, unū Spiritū sanctū iuxta diuinā traditionem profitendum nobis est, non autem duos patres, neq duos filios, quandoquidem Spiritus neq filius est, neq nuncupatur, non enim a Spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, sed eo ad nos ueniente, nosq sanctificante diuinitatis hereditatem suscipimus, necnon hereditatis ęternę pręmium, ac ęternorum bonorum primitias: hęc sunt, quæ nos a spiritu accipimus, quęq nobis creata fuere, atq a sancto Spiritu causata: si quidem igitur. P. A. iuxta Basilium non ita nos a Spiritu accipimus quemadmodum a filio Spiritus: nos autem a Spiritu creaturas accipimus: sequitur ut quod is a filio accipit, diuinum sit: quandoquidem quęq res uel diuina uel creata creditur esse: quę autem sint illa, quæ nos a Spiritu suscipimus, Basilius ipse declarat, uidelicet diuinitatis hęreditatem, ac hęreditatis ęternę pręmium. Scriptum est enim ego dixi dii estis, nam facti filii cohęredes, dii possumus appellari, & hęreditatis ęternę, ac ęternorum bonorū participes efficimur: qua quidem ratione Basilius ipse sententiam improborum euertit, q illud esse, quod Spiritus accipit, Creatorum bonorum causa est. Nunc uenio ad secundum & luce clarius demonstrabo, magno Basilio non mediocri dedecori fore, si sic intelligatur quemadmodum a patre Ephesio exponitur: qd quidem utramq nostram expositionem diligentissime conferentibus palam fiet: id igitur si lubet agamus: nam in nostro libro scriptum est ita, cur enim necesse est, si ordine ac dignitate tertius est Spiritus natura quoq ipsum tertium esse: in uestro autem ita, cur enim necesse est si ordine ac dignitate secundus est sanctus Spiritus, natura quoq ipsum secundum esse: in nostro ergo libro Bas.

tertius, in uestro autem secundus, sanctus Spiritus ponitur.
Immo in nostro quoque libro tertius legitur. Mat.
Deinde in nostro hæc uerba sequuntur, dignitate namque ipsum 10.
secundum a filio cum ab ipso esse habeat & ab ipso accipiat, & an/
Bas. nuntiet nobis: & omnino ab illa causa dependeat pietatis ratio tra/
dit: natura uero tertia uti nec a diuinis scripturis docti sumus, nec a dictis potest consequenter ratiocinari: In uestro autem libro, legitur ita, dignitate namque ipsum secundum a filio, tradit forsan ratio pietatis, ubi uerbum forsan ambiguam reddit orationem, & magnum illum Basilium dubitasse demonstrat: deinde in uestro libro sic legitur, natura uero tertia uti nec a diuinis scripturis docti sumus, nec a dictis potest consequenter ratiocinari, ubi non nulla uerba deesse uidentur: deinde Basilius prædictorum reddit rationem, ut in utroque libro legere est: nam inquit quemadmodum filius ordine quidem a patre secundus est quoniam ab illo, & dignitate, quoniam origo atque causa existendi pater ipsi est, & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deũ Patrẽ: natura uero nullo modo secundus, quoniam in utroque una est deitas: postea in nostro libro hæc uerba sequuntur, quæ in uestro neutiquam extant, ita uidelicet & sanctus Spiritus & si dignitate & ordine secundus a filio est, nõ tamen uerisimiliter alienę ipsum esse naturę inde cõsequitur. In his ergo quæ de filio Basilius loquitur, bene conuenimus: ubi uero de Spiritu mentionem facit, liber uester deficere, ac mendosus esse uidetur: quis .n. ambigit an uerbum illud forsan non sit Basilii? ac contra tanti uiri existimationẽ positum? nam id semper notius esse debet, ex quo quippiam demõstratur, quandoquidem, ut dialectici dicunt, ex ambiguis & abstrusis nil prorsus potest dilucidari, cũ a notioribus ad minus nota procedere, natura nobis insitum sit, qui quidem demonstrandi modus a sapientibus approbatur: nam Eunomius ita ratiocinabitur, quoniam spiritus dignitate tertius est, ut ex scripturis sacris habetur, iccirco sequitur ipsum natura quoque tertium esse: cuius quidem argumenti illationem & consequentiam Basilius uolens euertere, pluribus exemplis scripturę sacrę demonstrat, dicens Angelorum, alios primos, alios secundos, alios ordine dignitateque tertios esse, non tamen ex eo consequi, natura quoque tertios esse: si quidem igitur ipse Basilius uerbo forsan, fuisset usus, argumentum eius in Eunomium, quod clarum esse debebat, ualde fuisset ambiguum: at inconueniens esse uidetur, tali tantoque uiro tantam inurere notã,

de quo Chalcedonen. synodus testatur, ipsum exactissimam ac curatissimamque tradidisse doctrinam, porro quã exactissimam de sancto spiritu nobis scientiam tradidisset, si uerbo forsan usus fuisset? illud ergo forsan, quod magni Basilii sensum corrumpit, ex libris eius deleri penitus debet. Preterea is magnus Basilius in eodem sermone clarissime dicit, sanctum spiritum a filio accipere: quod autem accipit, id profecto non creaturam, ut nos, uerum ut supra dictum est, diuinum esse necesse est. Et.n. quidnã aliud obsecro, sanctus spiritus, in ipsa trinitate a filio accipit? quandoquidem quod accepit, uel accipit, uel in futurum accipiet, id eternaliter habet. et filii auditus a patre, ac eius notio idem sunt, & diuinorum intelligẽtia, & esse ipsorum idem esse creduntur: necnon illud a patre audire, nil aliud apud latinos & grecos est, (ut probabo) q̃ ex patre substantiam capere. quod ergo Spiritus a filio accipit, id notio & esse diuinaque substantia est. cur igitur est censendum magnum Basiliũ in sermone de sancto spiritu, quem in eius celeberrimo die habuit, absque aliqua hesitatione dixisse spiritũ a filio accipere, alio uero loco, eundem ipsum Basilium de eodem spiritu, quo plenus fuisse creditur, illud forsan, tam inconstanti sententia protulisse? utreque namque sententie ab hominibus sanctis, sacris literis tradite fuerant, quibus innitens Basilius, in Eunomium uehementer inuehebatur. Sed uenio ad tertium illud, quod ab initio uobis probare promiseram, ut ex precedentium & consequentium uerborum Basilii nexu cognoscatis, cuius nam sententie fuerit: nam clarissime patet, uerbis his, forsan pietatis ratio tradit, orationem hanc, quae subsequitur, ita uidelicet & sanctus spitus & si dignitate & ordine secundus a filio est, non tamen uerisimiliter aliene ipsum esse nature inde consequitur, oppositam esse, quandoquidẽ simpliciter ac sine ambiguitate a Basilio fuerat prolata: & si quidam fallaces homines ex eius sententia inferebant, Spiritum sanctum natura quoque tertium esse. ex his igitur Basilii uerbis, non enim a Spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, cum nil aliud preter diuinam naturam possit accipere: necnon ex alia eiusdem Basilii autoritate, palam fit, uerbum illud forsan ipsius Basilii neutiq̃ esse: quandoquidem sibi ipsi constare non uideretur, quod ei magno dedecori esset: si quidem igitur accipere esse ac procedere, idem significant, & Spiritus a filio accipit, ut probatum est, Spiritus ergo ex filioque procedit. Sed ut magni Basilii sententia fiat clarior, Basi.

uerba eius in tertio contra Eunomium libro altius repetam, uix tandem inquit blasphemiis in unigenitum saturatus, ad Spiritum sanctum transiit, totiq; suę consentanea uoluntati de ipso etiam differit, sic scribens, cum uero hæc nobis de unigenito sufficiant. reliquum est ut de Paracleto quoq; dicamus, nec opiniones inexquisitas multorum sequemur, sed sanctorum in omnibus doctrinam conseruabimus, a quibus cum dignitate ac ordine tertium ipsum didicerimus, tertium quoq; natura esse credidimus, hæc Eunomius arrogans & superbus, qui (ut Basilius consequenter dicit) q; non putat oportere in simplici & sincera fide multorū permanere, sed artificiosis quibusdam ac cauillatoriis rationibus ad id, quod sibi uidetur ueritatem rursus commutare, satis uerbis suis ostendit: cum enim contemnat opinionem multorū, qui Spiritum sanctum glorificant, sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos, qui sibi ipsam tradiderunt: nam ex eorum scripturis cognosceremus, an hæc illatio &, ut ita dixerim, consequentia ex ipsorum sententia fuerit, si ordine ac dignitate tertius est Spiritus, ipsum natura quoq; tertium esse: magnus ergo Basilius in Eunomium inuehitur, q; ipsorum sanctorum libros non citasset, ex quorum sententia inferebat sanctum Spiritum natura quoq; tertium esse: quorum quidem sanctorum autoritatem Basilius approbabit, sanctum Spiritum ut supra dicitur, tertium esse: uerum ipsam Eunomii consequētiā reprobabat, spiritū natura quoq; tertium esse, proptereaq; paulo inferius Angelorum exemplū dat, dicens, alium principem, alium subditum, omnes tamen unius esse naturę: deinde de spiritu inquit, sic profecto & Spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus est, Accepimus.n. ipsum tertiū à patre & filio numeratum, cum ipse dominus in traditione salutaris baptismatis ordinem tradiderit his uerbis, eūtes baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti, in natura autem tertia a filio ac patre delectum spiritum nullibi audiuimus. Postea suam sententiā argumento confirmat, dicens, cum enim duę res dicantur, deitas & creatura, dominatus ac seruitus, sanctificās & quę sanctificatur, qua in parte spiritum ordinabimus? in his, quę sanctificātur? at ipse met sanctificatio est: & infra, nō ergo ipsum principalē natura Spm, fas est nobis conseruū dicere, nec creaturis cōnumerare eū, qui in diuina & beata trinitate cōnumeratur: unde patet, P. A. sanctū Spm nō creaturis sed ipsi diuinitati cōnumerandū esse: quandoquidē quęq;

res uel diuina, uel creatura creditur esse, in qua quidem diuinitate magnus Basilius Spiritum sanctum ordine ac dignitate tertium esse, crediderat: quippe qui paulo ante protulerat filium a patre secundum, ordine quidem, quoniam ab illo: dignitate uero, quoniam origo & causa essendi pater est: sanctum autem spiritum a filio secundum: hic uero extra creaturas ipsum connumerat, quæ quidem inquit a communicatione, quam cum illo habent, qui natura sanctus est, sanctificationem habent, spiritus autem natura sanctitas est, illis uero participatione inest. si quidem igitur sanctus Spiritus tertius est, necesse est filium, causam & principium eius esse per diuinę naturę participationem: quandoquidem ut q̄ sepissime protuli, inter diuinas personas ordo, ab uno in aliud esse creditur, quo quidem una persona ex alia substantiam & esse, ac ordinem accipit. unde euenit, ut quoniam nobis concessum est, accipere & esse idem significare, Spiritus, qui a filio habet esse, ab ipso quoque procedat. Alias quoque Basilii autoritates. P.A. possem afferre, ad ostendendum sanctum Spiritum a filio esse, atque procedere, necnon ad easdem duas eiusdem Basilii autoritates luce clarius explanandas: uerum maius operępretium mihi uidetur, ut ad Athanasium ueniamus, quem quidem si bene. P.R. exposuisses: intellexisses melius ipsum, qui in Apologia sua in Arium dicit, si sanctus Spiritus ex patris filiique substantia non est, cur Dei filius in symbolo sanctificationis ipsum connumerasset? dicens, euntes docete omnes gentes, igitur ex Athanasio patet, si sanctus Spiritus ex patris filiique substantia nō esset, nulla prorsus ratione in sanctificationis symbolo connumeraretur. porro uos Greci domini nostis, quod a uobis symbolum dicitur, id a latinis compositionem uel signum nuncupari iuxta beatum Clementem, qui post sanctum Petrum ad beatū Iacobum scribens, inquit, Apostoli congregati symbolum fecere, quod quid nam significet exponens dicit, quod quidem ideo cōpositio, ac signum dicitur, quod ii quandam compositionem con fecerant, ex qua quod creditur demonstratur: propterea patres optimi sanctificationis symbolum ab Athanasio nominatur, quod baptismatis charactere, ac signo, Christianus a non Christicola differre creditur. Ergo pauloante uobis probaui clarissime ita sanctum Spiritum ex filii substantia habere esse, quemadmodum filius ex Patris: nunc autem Athanasius inquit, si sanctus Spiri

Ath.

Cle.

tus a filio non haberet esse, cum ipso non connumeraretur. porro autem. P. R. quoniam sessione proxima respondens mihi dixisti me hinc inde sumere autoritates neutiq̃ ad rem pertinentes: quemadmodum in beati Epiphanii autoritatibus feceram: quibus quidem ab re uerbum est, apponebam, iccirco ad Epiphanium ipsum uenire uolo: & quoniam complures interpretes docti ac in philosophia preclari presertim serenissimus Imperator hic adsunt, ideo non aliis testibus opus est, ad probandum an uerbum est in ipsis Epiphanii dictis subintelligi debeat: quod nõ equidem primus,
Epi. uerum Ambrosius apposuerat, dicens ita, filium Epiphanius dicit, qui ex ipso: sanctum autem Spiritum, qui ex utroq;, quæ quidem Epiphanii autoritas prima fuerat, de qua iterum ex uobis quæro, an he due prepositiones ex uerbum est necessario includant? nam ipse multis in Ambrosii expositionibus talem modum loquendi cõperio: ut mos est grecis, qui cum uerbum necessario intelligitur, illud non exprimunt: quemadmodum etiam Basilius fecerat, qui dicens Spiritum ordine dignitateq; tertium, uerbum omiserat, quod
Epi necessario intelligit: altera uero Epiphanii autoritas fuit hæc neq; filium nouit quis, nisi Spiritus sanctus, qui uere clarificat, & docet omnia: qui ex patre filioq;, ubi uerbum est, deest, ipsum tamen subintelligitur: rogo igitur te. P. R. ne in posterum oratione morali, uel uerbis quandoq; mores significantibus, uti uelis: quandoquidẽ ex ipsis nil firmi poterimus assequi, et ne me in eo amplius reprehẽdas, q̃ quæ uerba necessario subintelligantur, ea exprimo. Ad secundam autem Athanasii autoritatem breuibus respondeo, ex ea nobis credendum, si diligenter ipsam perpenderimus, sanctũ spiritum ordine ac dignitate tertium esse. talem inquit ordinem & naturã sanctus Spiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem, quonam igitur pacto qui Spiritum dicit creaturam esse, idem quoq; de filio non necessario credet? hoc est ob ipsorum ordinis similitudinem, ordine namq; nature iuxta philosophos & theologos, ut alias demonstraui, quippiã ex aliquo generatur: ac ex una persona producitur altera. Porro autem non debemus in theologia rerum diffinitionibus aliter uti q̃ ipse significent, q̃q; a doctoribus accipi soleant: si quidem igitur ordo nature processionis est ordo, per quam una res ab alia naturam accipit, que quidem natura principium est quo, uel per quod, ut Damascenus etiam inquit, sequitur generationem esse ordinem nature, non ueluti generantis, uerum quo

generans generat, quod quidem principium communicabile est.

Mar. ¶ Ne mutes dictiones. P. R. Aliud. n. est dicere ordinem & naturá, Aliud uero ordinis naturam.

Io. ¶ Ordo secundum naturam. R. P. & ordo naturę idem significant, quemadmodum de persona, ex qua fit aliud, dici potest, si relationē principii habeat, quod quidem secūdum naturam communicatur: unde sequitur sanctum Spiritum ordine ac natura secundum post filium esse, & ab eodem esse accipere, ac consequenter ab ipso procedere, sed hæc hactenus. nam de temporanea sancti Spiritus processione suo loco dicemus, quandoquidem alterius est considerationis.

Imp. ¶ Operępretium esse nostis. P. A. ut breuibus disputetis, uos autem tam longam habuistis orationem, ut antea dies defecturus uideatur: q̄ nostri respondere sufficiant, quibus dictis sessio missa fuit, & ad diem sabbati dilata.

¶ Die Sabbati quartadecima mensis Martii Sessio. xxii. Florentię.

Mar. SI ad omnes orationis tuę partes oratione perpetua respō dere uelim, hic dies mihi. P. R. ad dicendum nequaq̄ sufficeret. quoniam igitur sermones prolixi nobis inutiles sępissime uisi fuerunt: iccirco singulam quamq̄ orationis tuę partem memoria ut potero repetendo ad ipsas sigillatim paucis respondebo, te interrogando, ac ex te rationes quęrendo, & tibi cum fuerit opus reddendo: quoniam autem. P. R. dixisti nos primam Athanasii autoritatem non bene intellexisse, quandoquidem ipsam male exposuimus, ideo nostrę responsionis exordium ab ea sumemus.

Io. ¶ Ut disputatio nostra. P. R. iuxta prioris nostri sermonis ordinem, habeat, a magno Basilio debes incipe, deinde ad Athanasiū ueniie.

Mar. ¶ Quoniam sessione proxima. P. R. magni Athanasii autoritas recitata & exposita fuit a te, iccirco mihi uidetur, ut eandem prius explanemus, clarioremq; reddamus, postea uero ad magnum Basilium ueniamus.

Ioan. ¶ Ut ordine bono. P. R. hac in re procedamus, agendum est nobis ut dixi, sin minus inter nos confusio poterit exoriri, nam in superiore sessione primo ex me quęsiuisti, an crederem magnum Basiliū

huius fuisse sententię, ac una cū sanctis suis maioribus sensisse, sanctum Spiritum ordine dignitateq; tertium esse, deinde uerbis eius a te explanatis, continuo ad Athanasium uenisti: ego uero ut eodem ordine tibi respondere m, eādem Basilii autoritatem prius exposui, ac eius aliā simul attuli, & ex pręcedentiū cū consequentibus eiusdem Basilii uerborum nexu, mentem ipsius dilucidaui, necnon ex tua expositione magnum in ipsum Basilium inconueniens sequi, demonstraui: in extremum autem ad magnum Athanasium ueni. ne igitur orationes nostrę confundantur, idem nobis ordo seruandus est, cum pręsertim beatissimus dominus noster serenissimo Imperatori, ac nobis omnibus id contendentibus benigne concesserit, ut singulis argumentis atq; orationis partibus respondentes, eo usq; disputationem nostram trahamus, quousq; controuersię nostrę modum inueniamus: ad primam igitur magni Basilii autoritatem prius respondere debes.

Mar. ¶ Volebam equidem. R. P. eodem ordine, quo proxime sum locutus, adhuc in pręsentia tecum agere, ac in primis ostendere, magni Athanasii autoritatem ad nostram magis sententiam q̄ ad uestram facere: uerum quando tibi uidetur ut tui sermonis ordinē sequar, in hoc etiā morē geram tibi, & a Basilii autoritate incipiam. primo tribus argumentis probare conatus es librum uestrum mendosum non esse, quem ipsi dubio procul corruptum esse putamus, quorum quidem argumētorum primum fuit, q; idem Basilius alio etiam in loco testatur, sanctum spiritum a filio esse habere, Alterum q; contra eius esset existimationem, qui doctor egregius admiratione q; ualde dignus existit, si de diuinis dogmatibus hęsitans, uerbo forsan usus fuisset, ac non sine ambiguitate suam sententiam literis mandauisset: postremo ex nexu uerborum ipsius Basilii iudicatis uestrum librum incorruptum, nostrum autem mendosum esse, sanctumq; Spiritum ordine dignitateq; tertium esse. Sed anteaq̄ uobis respondeamus hęc Basilii autoritas recitetur. Vnum inquit patrem, unum filium, unum spiritum sanctum esse iuxta diuinam traditionem profitendum nobis est, non autē duos patres, neq; duos filios, quandoquidem sanctus Spiritus filius non est, neq; nominatur, & reliqua: in quibus uerbis. P. A. non legitur, neq; ex ipsis necessario potest inferri, sanctum Spiritum a filio esse accipere, nam illud, non. n. a spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, sic debet exponi, nos nō a Spū accipimus aliqua, quēadmodū

(Bas. in left margin beside "bis respondeamus")

a filio accipimus Spiritum, nam spiritus apud grecos neutri generis est, & illud quemadmodum a filio Spiritus, quod uos pro nominatiuo casu accipitis, nos accusatiuum credimus esse, quae quidem expositio nostre sententie ac uerbis ipsius Basilii, necnon eiusdem menti q̄ maxime conuenire uidetur, ut statim monstrabimus: nam sancti Spiritus inimici hac disiuncta oratione utentes, contra Christi fideles sic argumentari solebant, si Spiritus ex patre genitus est, ecce duo filii, sin autem ex filio, ecce duo patres, hoc est pater & filius. aduersus quos hereticos magnus Basilius inquit, unum patrē, unum filium, unum spiritum sanctum iuxta diuinam traditionem profitendum nobis est, nam sanctus spiritus quamuis ex patre procedat, non tamen filius est, neq; ex ipso ut filius natus, propterea inquit, non autem duos patres, neq; duos filios, quandoquidē sanctus Spiritus filius non est, neq; nominatur. Porro autem patet nos a filio spiritum sanctum accipere, id est adoptionis spiritum, nam filii secundum sui naturam proprium est, nos per spiritum adoptare, ut Paulus ad galatas scribit, quoniam autem estis filii dei, misit deus Spiritum filii sui in corda uestra, clamantem Abba pater. si quidem igitur Spiritum adoptionis a filio accipientes, a patre dicimur adoptari, a spiritu uero nil aliud preter Spiritū ipsum accipimus, quēadmodum a filio spiritum ipsum, qui ab ipso alius est, sequitur sanctum spiritum non esse filium, propterea nec a sacris literis filius nominatur. hoc ergo sensu magnus Basilius protulit, spiritum nō esse filium, q̄ a spiritu non accipimus aliqua, ab ipso uidelicet aliena, & per se se subsistentia, quemadmodum filii spiritū accipimus, aliū ab ipso secundum eius personam, sed ipsum spiritum ad nos ueniētem, & nos sanctificantem, ac nobis sua charismata donaq; largientem suscipimus, ut Apostolus inquit: haec aūt omnia operatur unus atq; idem Spiritus, diuidens singulis prout uult ipse uero unde habeas. P. R. spiritum a filio esse accipere, non uideo cū ex his, que lōgam modo recitauimus Basilii uerbis, neutiq̄ inferri uideatur. Paul.

Io. ¶ Quāuis lōgā orationē. R. P. in exponēdo Basilio habuisti, rē tamen ipsam neutiq̄ tetigisti, preterq̄ q̄ in fine ex me quesiuisti unde illam expositionem habuerim, ego autē tibi respondeo, uerba hec, unum patrem, unum filium, &, reliqua non absolute, sed definite, ac determinate prolata fuisse, propterea paulo inferius inquit, non. n. a spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, que quidem comparatio est.

❡ At non ita nobis uidetur. Mar.

❡ Vt si quis uerbi gratia dixerit, nemo de serenissimi Imperatoris subditis, ab eo quicq̃ accipiet, quemadmodum eorum aliquis, quos in consilium summus Pontifex adhibet, ab ipso accipiet: in qua quidem oratione quemadmodum non potest intelligi, ut illud aliquis quos in consilium adhibet, sit casus accusatiui, ita quoq; necesse est, ut illud a filio spiritus nominatiui sit casus. Ioan.

❡ Res ita ut dicis P. R. se haberet si sic scriptum esset, quemadmodum a filio Spiritus accipit: uerum cum spiritus ut sępe sępius dictũ est accusatiui sit casus, ea quam ipse dicis comparationem a mente Basilii aliena uidetur esse, quemadmodum ipsum exponis, nos scilicet a spiritu nõ accipere aliqua quemadmodum a filio Spiritus: nã ipse uolens ostendere spiritum non esse filium, uerbis his usus fuit: quę quidem si ad mentem ipsius Basilii conferas, nos ipsum melius explanare cognosces: iccirco magnus Basilius inquit, sanctus spiritus non est filius neq; nominatur, q ipsum a filio non accipimus, qui ab eo personaliter differt, a spiritu autem non accipimus aliqua, quę ab ipso differrent, quẽadmodum is spiritus alius a filio est: deinde sequitur, sed ipsum spiritum ad nos uenientem, ac nos sanctificantem, & nobis sua charismata largientem, uidelicet communionem diuinitatis, filiiq; cohęreditatem & reliqua id gñs dona suscipimus: sic ergo magnus Basilius debet exponi: nam expositio hęc, eius sententię melius conuenit. Mar.

❡ Non accipimus inquis a spiritu aliqua quę ab ipso differant. Io:

❡ Non ea differre intelligo quẽadmodũ spiritus a filio alius existit. Mar.

❡ Velim equidem huic uestrę sententię obiicere, ut pote sacrę scripturę, ac ipsi ueritati contrarię. Ioan.

❡ Cur obsecro, cum is doctor id sentiat? Mar.

❡ Quęro ex te. P. R. an sancti spiritus dona sint ab eis donis diuersa, quę nobis tribuit? Ioan.

❡ Nõ ea ratione sunt alia ut per se seproprii sq; personis subsistãt, quemadmodum filius ac sanctus spiritus per se se subsistere credit. Mar.

❡ Non equidem quęro an sancti spiritus dona eo modo sint eadem uel diuersa. Ioan.

❡ Sunt sane diuersa, non tamen per se se subsistentia. Mar.

❡ Quãuis spiritus dona suscipiamus, ea tamẽ per se nõ subsistũt. Bes.

❡ At paulo ante proferebatis ipsa diuersa esse a spiritu, quemadmodum ipse diuersus a filio creditur esse. Ioan.

Mar. ❡ Eandem ipsam sententiam alia Basilii autoritate confirmare possumus.

Io. ❡ Q uero ex te. R. P. utrum Spiritus a filio datus creator sit an creatura? nam queuis res, creator creditur esse uel creatura. Porro autem ipsi credimus sanctum spiritū creatorem esse, opera uero eius creata, utrum inq̄ is sanctus spiritus, quem deus per Iesum Christū in nos infundit abunde, sit creatura necne? Obmutuit pater Ephesius. iterum peto. P. R. an sancti spiritus gratię, una cum ipso, ac eius persona Christicolis largiantur uel ne? & an sint eędem cū his, quae ab ho minibus suscipiuntur. Videns autem Imperator Ephesiū respondere nolle, ac timens ne sermo ad aliam quęstionem transiret, grecię cogerent de creatore ac creatura disserere, iussit ne amplius de quęstione huiusmodi uerba facerent, latinis autem eadem repetentibus ita respondit.

Imp. ❡ Hęc ad propositum . P. A . nequaq̄ spectare uidentur, neq̧ ab huiuscemodi quęstione nostrum dependet negotium: de quo solo, nō autem alia de re, quę forsan causa futurę nobis controuersię fuerit, inter nos agere conuenit.

Io. ❡ At operępretium esset serenissime Imperator, ut haec etiā quęstio dissolueretur.

Mar. ❡ Illa Basilii autoritas. P. A. longe aliter a nobis q̄ a uobis exponitur: si quidem igitur ex ambiguis ac obscuris nil necessario potest concludi, sequitur uos nihil ex ipsis ostendere posse. quamuis autē autoritas ipsa sic etiam posset exponi, quemadmodum uobis uidetur, a Spiritu non accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus accipit, licet talis expositio prioribus uerbis Basilii nequaq̄ conueniat, quia tamen ex ea non infertur, filium spiritus causam esse, iccirco ipsa omissa, ad aliam ueniamus.

Io. ❡ Ex beati Cyrilli literis. P. A. quae sic incipiunt, seruatore nostro clare loquente, docemur nos non solum accurate uerba perpendere, uerum etiam doctoris mentē diligenter inspicere debere: si quidem igitur autoritates sanctorum in medium proferentes, ipsarum sensum exacte non explicare dispicereq̧ uellemus, cōtra sane Cyrilli canonem ageremus: at ipsi, qui profitemur ipsam Cyrilli sententiam & legem seruare, illam Basilii autoritatem meridiana luce clariorem esse tenemus, de qua tantum hi merito possunt ambigere, qui eam exponunt male, ut uobis credimus cōtigisse, qui cū ipsam nō bene intelligatis, in multa incidistis incōmoda, ac facitis

eandem ipsam autoritatem, opposita simul includere, proferentes, quemadmodum a Spiritu accipimus aliqua, ita etiam a filio Spiritus, quod contra omnes doctores uidetur esse: quandoquidem Spiritum accipientes a filio, Spiritus etiam dona suscipimus, necnō eadem dona suscipientes, Spiritum etiam ipsum una cum eius donis
Paul. accipimus: quemadmodum Paulus Apostolus inquit. Charitas autem dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus nobis. Si quidem igitur accipientes a filio Spiritū, Spiritus etiā dona, ut est supra dictum, accipimus, & ipsa dona suscipientes, spiritum etiam ipsum suscipimus: & magnus Basilius inquit, a Spiritu non accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, ubi profecto quandam accipiendi diuersitatem is doctor intellexisse uidetur, necesse est, ut Spiritus nominatiui, non autem accusatiui sit casus: latinorum itaq; patrum expositio uera & clara est, ut non accipiamus a spiritu aliqua, quemadmodum a filio Spiritus accipit, nā ipsa dona, ut ipsi etiam paulo ante dixistis, a spiritu sunt seiuncta, & qđ Spiritus a filio accipit, diuinum idemq; cū ipso Spiritu creditur esse, quandoquidem creatura non est: sua uero dona, quę nobis largitur, proculdubio creaturę sunt: necesse est ergo hanc magni Basilii autoritatem exponi sic & intelligi.

Mar. ¶ Nos nō inficiamur. P. A. hanc uestrā expositionem posse stare ac uerā esse, cū oēs in hoc couenimus, fieri nō posse, ut absq; spiritu nos eius dona acceperimus quandoquidem singula eorum cum eodem spiritu suscipimus q totus spiritus in suis singulis donis existit, quę quidem uerba tametsi uera sint, adhuc tamen expositio nostra uera potest esse, quandoquidem a spiritu non aliqua per se ię subsistentia suscipimus, quemadmodum a filio spiritū accipimus; quae quidem expositio pręcedentibus Basilii uerbis consona magis uidetur, quę omnia. P. A. quamuis uerisimilia sint, nequaq̄ tamen ex ipsis consequitur, sanctum spiritum a filio esse accipere; sed nos ab ipso spiritu creaturas suscipere. hęc ergo. P. R. melius demonstrato, de quibus inter nos controuersia est.

Imp. ¶ Vt tibi pater Ephesius morem gereret, huic quęstioni. P. R. respondit, uerum imposterum ne uerbum quidem de ea faciet, quandoquidem non tot de causis hūc conuenimus.

Ioan. ¶ Hęc expositio. P. A. uera est, ut spiritus nominatiui sit casus, nam hęc oratio a filio spiritum accipimus, nos spiritum una cum eius donis accipere significat, ut ait Apostolus, dilectio dei posita est in cor/

dibus nostris, hoc est a deo, q̄ filius dat nobis Spm: Accipere igitur a filio Spiritum, nil aliud significare uidetur q̄ ut paulo ante dictum est, Spiritum cum eius donis accipere: quę quidem donorum acceptio nil aliud est q̄ quod idem Basilius in eodem loco declarat: uidelicet diuinitatis cōicatio, & bonorum participatio, ac pignus hereditatis ęternę: quę omnia, ut Basilius inquit, a Spiritu accipimus. quæ igitur a Spiritu accipere credimus, his eadem donis ipsis esse uidentur, quæ nobis filius elargitur per spiritum: at magnus Basilius non.n.inquit a Spiritu accipimus aliqua, quēadmodum a filio Spiritus: quę quidem si Spiritus casus esset accusatiui, essent eadem: uerum maxima differentia debet esse inter ea quę Spiritus a filio accipit, quęq; ipsi a spiritu accipimus, quandoquidem principiū in theologia notissimum est, id quod ipse Basilius in eodem loco citat: duo tantum genera rerum existere, idest creatorem & creaturam: porro dona, quę Spiritus nobis largitur, creaturę sunt & seiuncta, spiritus uero sanctus creator, unde sequitur si non a Spiritu accipimus aliqua, quemadmodum a filio Spiritus, ut id quod Spiritus a filio accipit, diuinitas sit: ua igitur expositio nulla ratione menti Basilii conuenit. hęc Ioannes. nolente autē Ephesio quicq̄ de hoc amplius proferre, Imperator sic dixit.

Imp. ¶ De proposita quęstiōe necesse est, in pręsentia disputetis, de hac uero forsan alias.

Io. ¶ Equidem te serenissime Imperator sapientissimum ac ingeniosissimum esse puto, mihiq; persuadeo te ueritatem huiusce rei cognoscere, ac ipsum Basilium aliter exponi non posse. si quidem igitur tibi lubet, ut finē his ponamus, satis tibi libentissime faciemus.

Iul. C ¶ Siqua dubitatio est. P. R. uiderint auditores.

Imp. ¶ Ita quoq; nobis uidetur.

Iul. C ¶ Dominus prouincialis. P. A. Basilii autoritatem q̄ optime declarauit, ita ut aliter exponi non possit, ut uobis omnibus exploratum est, iccirco si uobis placet ad alia ueniamus.

Imp. ¶ De hac quęstione suo loco considerabimus.

Ioan. ¶ Quoniam de his satis est dictum, ideo si beatissimo summo Pontifici & serenissimo Imperatori uidetur, orationem nostram ad alia transferemus.

Mar. ¶ Qm̄ autoritas ipsa uidetur ambigua, & utraq; ex parte uarie intellecta, iccirco ad alterum orationis tuę caput, si lubet ueniamus.

Io. ¶ Nos aūt profitemur ipsam satis superq; exposuisse, ac dilucidasse.

P

¶ Fieri non potest. P. A. ut Spiritum in loco tertio disponamus & numeremus, nam in diuinis personis non sunt, primum secundum tertiū, neq; unū duo tria, uerum unum, & unum, & unū & una substantia. si quidem igitur generare producereq; non naturalia & propria, sed hypostatica sunt, sequitur si sanctus Spiritus ex patre filioq; producitur, ut ex duabus personis producatur, quæ duę causę, ac duo principia essent. Mar.

¶ Nequaq̄. P. R. nequaq̄, non enim duo principia, duas ue causas in diuinis, uerum unicum tantum principium & causam profitemur, nam Pater ut Pater ad filium refertur, filii enim est Pater, similiter filius ut filius ad Patrem, Patris namq; filius est, quo quidem non existente Pater esse non poterit, quandoquidem relatiua sunt: at sanctus Spiritus neq; ad Patrem, neq; ad filium, quatenus Pater & filius sunt, per se potest referri. est ne ita, an nō? Io.

¶ Quid ni? Mar.

¶ Porro Spiritus ut Spiritus ad spirantem refertur, spirantes uero sunt, pater simul & filius, cum sine ulla controuersia Spiritus patris filiiq; dicatur esse: qui quidem una eademq; spiratione, facultateq; productiua, Spiritum sanctum spirant, atq; produ cunt: quę quidem potentia facultasq; productiua cum una eademq; numero sit, patris præcipue creditur esse, a quo etiam filius accipit ipsam, qua ratione. P. A. dicere solemus patrem & filium, unicum Spiritus sancti principium & causam esse. Ioan.

¶ Fieri ne potest. P. R. ut duę personę una sit causa? Nimirum personę coniungi non possunt, alioquin uerum esset Sabellii dogma. Mar.

¶ Si me pacienter & ęquo animo auscultaueris, me. P. R. facile intelliges, nam unicam causam unicum ue principium, patrem in diuinis esse profitemur, filii quidem per generationem, Spiritus autem per processionem. Porro quoniam pater in generando filio, sine tempore Spiritum simul producit, ideirco filius ex patre accipit esse, ac simul Spiritum sanctum producere, non ex se se, sed ab illo, a quo etiam habet esse: qua quidē ratione, ut supra diximus, Pater pręcipue simpliciterq; sancti Spiritus causa est. Non igitur in diuinis duo principia sunt, propterea quia quæcunq; filius habet, ad Patrem referuntur. Ioan.

¶ De his hactenus, nunc ad secundam partem ueniamus: liber in quis uester incorruptus est, nostri uero ex eo mēdosi creduntur esse, Mar.

ꝙ nō conuenit credere magnū Basiliū in sancti Spiritus theologia dubitasse, ac uerbo forsan usum fuisse, dicentem forsan pietatis ratio tradit, ipsi autem tibi respondemus, hanc magni Basilii sententiam non fuisse, neq; aliquos sanctos id literis mādasse, quod Eunomius proferebat, sanctum uidelicet Spiritum ordine dignitateq; tertium esse, ut ex ipsius Basilii uerbis apparet. sanctorū inquit, simulat conseruare doctrinam: & infra, qui uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinā fecerunt, non potest dicere fuerit ne unq̄ homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret. nullos profecto sanctos Eunomius poterat citare, qui talem sententiam habuissent: nam magnum Athanasium nequaq̄ sanctū esse credebat, & ante ipsum neminem sanctum doctorem fuisse cōstat, qui illam sententiam habuisset: neq; igitur Eunomius ostendere poterat, eam fuisse sanctorum doctrinam, neq; ipsam Basilius suscepisse uidetur. Porro quoniā Eunomius scripturę sacrę potuisset inniti, in qua seruator noster inquit, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in noīe patris & filii, ac spiritus sancti, ex quibus uerbis quisq̄ forsan credere posset sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, iccirco magnus Basilius id disputationis causa suscipiens ac ex hypothesi sumens, inquit sanctum spiritum dignitate secūdum esse a filio, forsan pietatis ratio tradit: pietatis quidem rationem appellans eam, quam ex sancto Euāgelio habemus, ita ut hoc modo magnum Basilium exponentes credere debeamus ipsum in hoc hęsitasse, an ratione pietatis, hoc est ex sacra scriptura haberetur, sanctum Spiritum dignitate quoq; tertium esse: propterea inquit, cur enim necesse est, & si dignitate, ac ordine tertius est, natura quoq; ipsum tertium esse? ita ut illud forsan ad id debeat referri, quod ex sacra scriptura non clare patet, sanctum uidelicet Spiritum dignitate tertium esse. Ne autem quisq̄ crederet sanctum Spiritum ex eo dignitate tertium esse, ꝙ ordine tertius est, ideo magnus idem Basilius ut in nostro libro bene scriptum est, post Angelorum exēplum inquit: sic profecto & Spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus est, ut aiunt, Accepimus enim ipsum tertium a patre & filio numeratum, & reliqua: cui soli Euangelicę autoritati. P. A. Eunomius innitebatur, qn̄quidē sanctorū aliā non habebat, qua suā sententiā tueretur: quod quidē Euangelicū dictū Basilius, ut sępenumero dictū est, dans Eunomio eo mō interprętādū, uerbo forsan usus fuit, ac si sic dicere uoluisset, Eunomius Euāgelio

forsan innititur, quod forsan dicit, sanctum Spiritũ dignitate tertiũ esse, non tñ inde consequitur ipsum natura quoq; tertiũ esse: q quidẽ Basilius cũ uocaret in dubiũ an sanctus spiritus dignitate tertius sit, iccirco in eodẽ ipso sermone sic inqt, nõ tñ alienę ipsum esse naturę inde consequitur, quanq̃ concedendũ non sit, quę quidẽ particula qq̃ cõcedendũ non sit, in uestro libro nequaq̃ habetur, nõ igitur magno Basilio dedecori uel turpitudini creditur esse, si in eo sermone, quem non affirmans, sed ex hypothesi sumens uerbo forsan protulerit: sic ergo Basilium, nostris libris, qui q̃ plurimi sunt acquiescentes, exponimus ac intelligimus.

¶ Vt ueritas libri nr̃i, ac simul uestrorũ falsitas appereat. P. A. fieri q; non posse ut aliqua rõne, ex uestris hmõi libris ueritas habeatur, tres oẽs Basilii in Eunomiũ libros, secũdũ Ambrosii expositionem diligenter examinaui, ex quo quidẽ bene cognoui in quibus nam differamus, quę dum explico, attendite obsecro. In nostro quidẽ libro scriptum est ita, dignitate namq; ipsum secundum a filio cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annũtiet nobis, & oĩno ab illa cã depẽdeat, pietatis rõ tradit: natura uero tertia uti & reliqua. In ur̃o aũt ita, dignitate nãq; ipsum secundũ esse a filio, forsan pietatis rõ tradit. Natura uero tertia uti & cętera, ubi multorum uerborũ defectus, patet clarissime. prę terea Basilius uolens probare spiritũ ita se se habere ad filium, quemadmodum filius ad patrem, his uerbis utitur, nam quemadmodum filius, ordine quidem a patre secundus est, quoniam ab illo, & dignitate, quoniam origo, atq; causa essendi pater ipsi est, & qm̃ per ipsum accessus & deductio ad deũ patrẽ: natura uero nullo modo secundus, qm̃ in utroq; una est deitas, ita uidelicet & sanctus spiritus, & si dignitate & ordine secundus a filio est, nõ tñ uerisimiliter alienę ipsum esse naturę inde cõsequitur, hęc in nostro uolumine, in quibus quidem uerbis nulla est ambiguitas uel conditio, sed simplex ac mera comparatio uel similitudo: uos tamen his uerbis hoc additis, quanq̃ concedendum nõ est, & facitis ut argumentum & ratio tanti uiri sit ambigua & conditionalis: sed est alia quoq; magna nostrorum codicum dissonantia, nam magnus ipse Basilius post Angelorum ac syderum exemplum, eandem ueram simplicem ac sine ambiguitate aliqua ue conditione certam conclusionem infert, sanctum Spiritum dignitate & ordine tertium esse, quam quidem pietatis ratione, cui inniti maxime uidetur, demonstrat: Accepimus enim inquit

tertium a patre & filio numeratum, cum ipse dominus in tra/
ditione salutaris Baptismatis ordinem tradiderit, his uerbis, eun/
tes docete omnes gentes baptizantes in nomine patris & filii &
Spiritus sancti. quæ sane uerba Basilius pietatis uocat rationem,
quibus uerbis opinionem suam, ut dictum est supra, fulcitus, san/
ctum Spiritum dignitate & ordine tertium esse ostendit, quæ
omnia sequentium cum precedentibus nexu ualde consonant: nã
Angelorum exemplum pro uero ac absoluto suscipiens, sic ex eo,
argumentatur, quemadmodum Angelorum alius princeps, alius
subditus, & tamen omnes Angeli natura sunt, & in dignitate quę/
dam diuersitas, in natura uero communitas est, sic profecto & Spi
ritus sanctus, & cætera: in quo quidem argumento quod in prima
propositione uidetur accipere, id simplex, absolutum, definitũ: ac
sine alqua cõditione, aut hęsitatione uidet esse: ergo necesse est, ut
id quod ex eo cõsequitur certũ & nõ ambiguũ sit, queadmodũ ex
nostri codicis lectione habet, at in uestro uerbũ hoc, ut aiunt, additũ
est, ita ut magnus Basilius non ex certa scía uerũ dubitãter eam sen/
tentiã habuisse uideat. Videre uideor. P. A. uerba Basilii ut in uro
nostroq; codice scripta sunt, memoriter repetisse, uerũ si qua in par
te defecerim, eã tu. R. P. explana: quandoquidẽ mihi uidet nõ aliis
in Basilii uerbis nos differre. ut autem ueritas magis pateat, in ex/
ponendis ipsis patienter constanterq; persistamus: nam in ipsis uer/
titur cardo, cum eisdem iactis pro fundamentis magnus Basilius in
Eunomium disputat, quæ quidẽ uerba si essent ambigua, nil pror/
sus ostẽdere posset. Quero igitur ex te. R. P. id quod sessione pro/
xima ex me petiisti, utrũ ex hac Basilii autoritate sentias, magnum
Basiliũ credidisse aliquos sanctos fuisse, qui credidissent literisq; mã
dassent sanctum Spiritum ordine dignitateq; tertium esse, necne?

Mar. ¶ Equidem. P. R. neq; Basiliũ id sensisse, neq; ipsum credidisse hãc
fuisse sanctoꝝ sníam, neq; deniq; assensum fuisse Eunomio proferẽ
ti sententiam ipsam a sanctis sibi fuisse traditam censeo, ut ex ipsius
Basilii uerbis apparet.

Io. ¶ Vt magnum Basilium. P. R. hoc sacrum concilium intelligat
optime, ab initio tertii in Eunomium libri usq; ad eam partem, cur
enim necesse est, omnia uerba Basilii repetens, ipsum explanabo:
quandoquidem ipse non pauca preteriisti. Vix tandem inquit, blas/ Bas.
phemiis in unigenitum saturatus, ad Spm sanctum transiit, totiq;
suę cõsentanea uolũtati de ipso etiã differit, idest cum nil a sanctis

habuisset, deinde uerba Eunomii repetit, cum uero inquit hęc nobis de unigenito sufficiant, reliquum est, ut de paracleto quoq; dicamus, nec opiniones non exquisitas multorum sequemur, sed sanctorum in oibus doctrinā conseruabimus: a quibus cū dignitate ac ordine tertiū ipsum didicerimus, tertiū quoq; natura esse credidimus hæc Eunomius, in quo quidem sermone magnns Basilius tria uerba in primis notare uidetur: primum illud, nec opiniones non exquisitas multorum sequemur, secundum illud, sed sanctorum in oibus doctrinam conseruabimus, postremum illud a quibus cum dignitate ac ordine & reliqua: quibus omnibus eodem ordine cōtradicit, ita dicens, ꝙ igitur non putat oportere in simplici, ac syncera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdam ac cauillatoriis rationibus ad id quod sibi uidetur ueritatem rursus commutare: Eunomium igitur repręhendit, ꝙ multorum fidem dispicere uideatur, qua Spiritum sanctum glorificarent: ex quibus quidē uerbis apparet, Eunomium bene nouisse, qui nam hi fuerint, qui eā de spiritu sancto opinionem habuerint, quos tamen Eunomius nihili faciens, sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos; inquit Basilius, quemadmodum in sermonibus suis de filio fecerat: & infra, qui uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus: & paulo infra, cur.n.necesse est, & reliqua. Quęro igitur ex te. R. P. an ipse magnus Basilius multorum illorum sententiam nouerit, quos Eunomius sectari noluerat? Et an artificiosa & cauillatoria Eunomii sciuerit argumenta, quibus ueritatem euertere cupiebat. Credo equidem. P. A. Basilio hæc omnia explorata fuisse, necnon qui nam hi sancti fuerint ii, quos Eunomius proferre non poterat.

Eunomius. P. R. multorum opinionem de sancto Spiritu eā esse intelligebat, quam multitudo Christianoꝝ ex traditione baptismatis salutaris conceperat: ex eo.n.ꝙ sanctus Spiritus cum patre & filio disponitur, atq; numeratur, pie quoq; Christiani crediderāt, spiritum sanctum eiusdem esse naturę. Mar.

Bene igitur Athanasius, ac cęteri sentiebant? Ioan.

Ipsi etiam credebant cum pluribus. Mar.

Eunomii autem artifitiosos, ac sophisticos sermones, quos putas fuisse? Ioan.

Quia multorum spernebat opinionem, ꝙꝙ sanctorum doctrinam simulabat seruare, quos nequaq̄ proferre nominareq; potuisset: nullos enim tales fuisse credendum, ꝙ deniq; sanctum Spiritū Mar.

ordine dignitateq; tertium esse concedens, ipsum natura quoq; tertium esse artificiose cauillatorieq; ratiocinabatur: quam quidē cōclusionem Basilius uolens euertere, dat non tamen concedit Eunomio, spiritum ordine dignitateq; tertium esse, probans, non tamē ex eo necesse esse, ut natura quoq; tertius sit. patet ergo Eunomii rationes artificiosas fuisse, quibus concludere ostendereq; nitebabur, id quod ex ipsis necessario non potuisset inferre.

Ioan. ¶ Eunomius. P. A. sanctum Spiritū ordine ac dignitate tertiū esse, a sanctis accepisse profitebatur, ratus ex eo simpliciter, ac sine cōtrouersia concludere posse, ipsum natura quoq; tertium esse: necesse enim fuerat ei ad conclusionē ipsam probandam, argumento falsitem sophistico, apparenterq; uero uti, quod quidem fuisse creditur, iam quod a sanctis accepisse dicebat: iccirco Basilius inquit, sanctorum simulat conseruare doctrinam, non autem dicit artificiosas & cauillatorias rationes accepit. patet igitur Eunomium ex præcedenti uero, conclusionem suam ostendere uoluisse, ac ipsam ueram esse putasse: quod quidem Eunomii argumentum, si bene perceperitis, dubio procul uobis patebit, ipsum cōclusionem eam inferre uoluisse. Cum sanctis autem illis, qui sanctum Spiritū ordine ac dignitate tertium esse proferrent, ipse Basilius sentiebat, quorum sententia Eunomio nequaq̄ opitulabatur, ut ex ea conclusionem suā posset inferre, sanctum uidelicet spiritum natura quoq; tertiū esse, quandoquidem sancti tametsi noti fuerint, quoniam tamen eorū sententia ad Eunomii rem neutiq̄ facere uideretur, iccirco is Eunomius ipsos, ut inquit Basilius, nominare non audebat, quos multos esse dicens, opiniones eorum non exquisitas appellabat, qui sancti sanctum spiritū ordine ac dignitate tertium esse profitebantur, quos tamen Eunomius paruifaciebat, & nulli alii sancti fuerant, quos uere posset citare: ꝓpterea Basilius inquit, q uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere: quibus quidem Basilii uerbis pater Ephesie falso uideris adduci, ut credas ipsum Basilium neutiq̄ credidisse, sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nec illos unq̄ sanctos huiusmodi sententiā habuisse, cū si qui fuissent, eos inquis Eunomius citauisset: at ipsi dicimus nonnullos sanctos nostros ante ipsum fuisse, qui cum eius opinionis fuerint, spiritus sancti quoq; processionem credebant: Eunomium autem arianorum secta inuolutū, cū ipsis sanctis sentire noluisse. Nunc redeo ad proximum meum sermonem, ad quem etiā

respondisti, in quo quidem Eunomii uerba repetii, ut uos. P. A. rem nostram melius intelligeretis, magnum dicebam Basilium uolentē Eunomio contradicere, suā primo conclusionē simpliciter posuisse, ac ipsam deinde ut ex nostri codicis lectione uidetur, duabus rationibus demonstrasse: altera quod quemadmodum filius se habet ad patrem, ita etiam Spiritus ad filium: altera uero Angelorum exemplo, quippe qui uerus ratiocinandi modus existit, ut ex propositionibus ueris simplicibus ac absolutis, uerę simplices & absolutę conclusiones inferantur, quandoquidem canon certus, ac non fallax in dialectica est, ut ex propositionibus ueris, falsum inferri nō possit: cum igitur uera & non ambigua magnus Basilius proposuerit, conclusionem etiam ueram necessario intulit. differt autem nihil siue illa fuerint argumēta, siue autoritates: sacra namque scriptura & autoritates sanctorum, uerorum argumentorum uim habēt: ex uestri uero libri lectione duo non parua incommoda sequi uidentur, nam ex propositionibus ueris falsa conclusio sequitur, & ex ambigua Basilii propositione uera non autem ambigua conclusio habetur, quod dubio procul fieri non potest: nam necessaria cōclusio ex dubia propositione nequaq̄ consequitur: dispice igitur obsecro. P. R. quibus in tenebris uersere, in hac ista tua persistens sententia, nā ex his duabus rationibus patet librum uestrum in hac parte mendosum & corruptum esse.

¶ Nō equidem arbitror. P. A. necessarium esse, ut ex simplici ac absoluta oratione conclusio simplex & absoluta semper sequatur, qn immo fieri posse existimo, ut quippiam uerum simpliciter sit, id qd tamen ex eo infertur, nō uerum simpliciter, sed ex hypothesi, ac alicuius positione uerum existat: quemadmodum magnus Basilius ratiocinari uidetur, qui Angelorum exemplis, quę uera simpliciter sunt, non necessarium esse diuersam ipsos naturam habere demonstrat, & si alius quidē princeps, alius uero subditus, ut inquit Basilius, sit: quippe qui positis Angelorum exemplis, datoque sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, quod Eunomius ab euangelio habere profitebatur, non tamen necessarium esse demonstrat spiritū natura quoque tertium esse: non igitur uerū est, ut ex simpliciter absolutisque ueris, id quod concluditur, tale sit. Mar.

¶ Vt me melius intelligas. R. P. hoc exemplū do tibi, homo currit, ergo mouetur, in quo quidem argumento necesse est intelligere non solum hominem simpliciter currere, uerum etiam ex con- Io.

ditione, ut si homo currit, moueatur.

Mar. Non ita se habet, his dictis sessio fuit dimissa: sancta iubente synodo, ut die Martis frequens iterum conueniret.

Die Martis.xvii. mensis Martii Sessio. xxiii. Florentię.

Mar. Nostra quidem religio. P. A. non ab hominibus, neq; per homines initium habuit, confirmataq; fuit, uerum ab ipso dño Iesu Christo, quē discipulis suis locutū fuisse credimus: iccirco uerbis ambiguis & obscuris postpositis (licet ea etiā accurate cōsiderata, à nobis magis q̄ ꝯtra nos faciāt) eo nostram transferamus orationem, unde rerum omnium canonem nos habere oportet. porro autem credendum est, magnū Basilium nec contra Christum dominum, & eius discipulos, nec ipsorum posteriores, nec sibi ipsi dissona scripsisse, memorięq; prodidisse, ut pluribus eiusdem Basilii uerbis uobis probauimus, ac dei benignitate, a quo dicendi facultatem habemus, probabimus. Age igitur laudemus discipulum a pręceptore, ac seruum a Domino, & eūdem ipsum Basilium in suis sermonibus, non a domino discrepasse, uerum ipsum secutum fuisse probemus: in primis quidem Deus & uerbum, ac primus theologus, & theologorum omnium doctor, cum extremo sermone discipulis suis illa theologię secreta proderet, dixit, cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me: in quo quidem sermone, cum de tribus personis mentio fit, tribus etiam uerbis utitur, singulis uidelicet ad personam singula referendis: nā de Spū ꝓtulit illud, cum autem uenerit paracletus: de se ipso patreq;, quem ego mittam uobis a patre: de solo aūt patre, qui a prē procedit. Inspice igitur obsecro. P. R. q̄ exactissimam theologiam nobis tradiderit: per illud. n. cū uenerit, maximā spiritus libertatem ac facultatem ostendit: per illud uero quē ego mittā uobis a patre, suam & patris beneuolentiam erga Spiritus sancti pręsentiam apparitionemq; demonstrauit: per illud autē, qui a patre procedit, patrē Spiritus causam esse patefecit: pro quarum duabus primis partibus Gregorius theologus in sermone de sancto Spiritu, quem in festo Pentecostes habuit, inquit, uenientem quidem ut liberum, missum uero non ut, ἀντίθεον, hoc est cōtra Deum: quoniam. n. pater iam diu pręcognitus fuerat, ac deinde fi- Greg.

lius, postremo uero Spiritus sanctus apparuit, nequisq̃ impius crederet ipsum alterius existentem naturę ac uoluntatis aduersus deũ uenisse, iccirco a patre & filio mitti dicitur, ita ut illa missio, ipsorum beneuolentiam, ut est supra dictum, significet: idem in alio de sancto Spiritu sermone theologus idem inquit, mittitur quidem œconomice, uenit autem sua sponte: sancti spiritus apparitionem, ob generis humani commodum, œconomiam appellans: ergo quẽadmodum uerbum mittere ad patrem simul & filium refertur, uenire uero ad Spiritum: solus enim Spiritus uenit, minimeq; necesse est intelligere, personam aliam cum ipso uenisse, uel uenire: ita quoq; credẽdum est uerbum procedere ad patrem ita referri, ut ex ipso solo, non autem ex filio processio fieri intelligatur. cur &.n. de sancto spiritu loquẽs dominus eum ex se & patre mitti protulit: de processione uero faciens mentionem, non a nobis dixit, uel ex me patreq; procedere, uerum qui a patre procedit: quoniam igitur Spũs sancti processio patris propria est, iccirco necesse nõ est, ut

Gre. filius in ea intelligitur: cuius quidẽ rei testis est sępe nominatus Gregorius, qui de diuinarum personarum proprietatibus loquens, inquit. propterea nostris in terminis stantes, ingenitum & genitum, & quod ex patre procedit, proferimus, ut ipse Deus & uerbum dicit, si quidem igitur sancti spiritus proprium est, non quidem simpliciter, sed ex patre procedere: proprium uero cum eo cuius est proprium necessario conuertibile est, ac eidem ęquale, necesse est has enuntiationes ueras esse, quod sanctus spiritus est, id ex patre procedit, & quod ex patre procedit, id sanctus Spiritus est: ita ut si quid aliud esset, quod ex alio quoq; procederet, id Spiritus sanctus non sit: quod palam est secundum ueram rationem conuersionis. fieri ergo non potest, cum sanctus Spiritus ex patre procedere dicitur, ut ex filioq; subintelligatur procedere: quam quidem firmissimam rationem, ex nostri seruatoris uerbis, necnon ex nostro theologo habuimus. Nunc ad ipsius nostri seruatoris discipulũ, & arca-

Paul. norum eius participem & cœlestem hominẽ, ac uas electionis Paulum ueniamus, quidq; ipse de sancto Spiritu, ac eius essentia scripserit ad corinthios, accurate consideremus. Nos autem inquit non Spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo: ne autem quispiam crederet Paulum ex filio quoq; subintellexisse, perbeati Ioannis theologi doctrinam inspiciat, eandẽ ipsam Pauli theologiam dilucidantem, ea uidelicet in parte, qua semper Virgine

Dei genitrice Maria fauente, magno ac admiratione digno Grego/
rio arcana theologię aperuit, ut beatus Gregorius nissenus in eius
uita testatur: qui quidem sanctus Ioannes inquit, unus Spiritus san
ctus ex Deo essentiam habens ac per filium manifestatus homini/
bus & reliqua. unde clarum esse uidetur fieri non posse uerbum ex
filioq; subintelligi, nam huic rationi ex deo essentiã habens non il/
lud statim subiunxisset, ac per filium manifestatus hominibus: qua
quidem particula demonstrauit, soli patri proprium esse, ut ex ipso
sanctus Spiritus esse habeat, filio autem, ut per ipsum mortalibus
appareat: audientes ergo spiritum ex deo esse, non est necesse quin
immo fieri non potest ut ex filio subintelligant, quandoquidem
hę duę orationes, sanctum Spiritum ex Deo essentiam habere, ac
per filium manifestari, diuersa significant: hoc enim filio, illud
uero Patri, dubio procul ascribitur: quæ omnia ex literis sacris ha/
bentur. Porro autem Dionysius Pauli discipulus, ac eiusdem secre Dio/
torum & mysteriorum particeps, quidnam in hoc sentiat, uidea/ ny.
mus: quippe qui in capitulo, qđ inscribitur quę sit unitio & discre/
tio in diuinis, inquit, Est autem & discretio in super substantialibus
theologiis non quam dixi tantum, q; secundum ipsam unitionem
immixte & inconfuse collocatur unaquæq; principalium persona/
rum, sed q; ea quę sunt supersubstantialis Dei formitatis, non cõ/
uertuntur ad se inuicem. solus autem fons supersubstantialis deita/
tatis est pater. si quidem igitur solus fons supersubstantialis deitatis
est pater, qua quidem ratione a filio & Spiritu seiungitur, (loqui/
tur autem de perfecta diuinarum personarum disiunctione) sequi
tur ut neq; filius neq; Spiritus cum patre quatenus fons est, commu
nicet: Alioquin in personis ipsis confusio, non autẽ seiunctio esset:
propterea inquit neq; coniuncta destruere, neq; seiuncta confun/
dere licet: fontis autem ratio nullo pacto refertur ad filium, ob idq;
sancti Spiritus causa filius esse non potest: nam a supersubstantiali di
uinitatis fonte spiritus sanctus scaturit. Si quidẽ igitur solus pater di
uinitatis fons est, quo quidem a filio sanctoq; Spiritu segregatur, se/
quitur ut solus etiam mittens Spiritum sit: unde, sequitur ut uestrũ
dogma ex talis tantiq; doctoris sententia, non solum nequaq̃ pro/
betur, uerum etiam clarissime refellatur, ac reprobetur. quã qui/
dem sententiam magnus etiam Athanasius in sermone, qui de ęter
na filii sanctiq; Spiritus essentia inscribitur, ita testatur, Disiungi/ Atha.
mur inquit ab iis qui iudeos secuti, cum Deum de Deo negant, ut

Christianorum fidem euertant, Deum unum ut Iudęi profitentur, non q̃ solus ingenitus ac solus diuinitatis est pater, uerum q̃ sine filio, ac sine fructu uiuentis uerbi existit. ubi doctor etiam ipse patrem solum ingenitum, ac solum fontem diuinitatis testatur: ut autem fieri non potest ut esse ingenitum, alicui personarum communicetur, ita etiam fieri non potest, ut fons diuinitatis cum filio cómunicetur: unde sequitur ut filius non sit fons, neq; consequenter sancti Spiritus causa. ecce. P.A. q̃ clare sancti doctores in hac ueritate conueniant: sed uniuersalium quoq; conciliorum sententias eandem ipsam ueritatem testantes in medium proferam: nam primum nicęnum ad hęsitantem quemdam philosophum pro leódio Cęsarieñ. pręsule, scripsit ita suscipe unam patris diuinitaté, filium ineffabiliter generantis, necnon filii ex eo geniti sanctiq; Spiritus qui ex ipso patre procedit, quiq; filii proprius est, secundum Paulum Apostolum, qui si quis spiritum inquit Christi non habet, is non est eius: quę quidé uerba. P.A perpendéda sunt ac ipsius sacrę synodi mens accurate consideranda, quę de Spũs sancti theologia loquens, uidelicet unde procedat, & diuinitatis causam habeat, ex patre protulit, ne quis forsan putaret processionem ad filium debere referri, de quo paulo ante fecerat mentionem.

prim. Syn.

Baul.

¶ Statutum ordinem mihi. P R. pręterire uideris, quandoquidẽ inter nos conuenit, ut de parte in partem, & de argumento in argumentum progrediamur. Io:

¶ Non equidem ordinem statutum. P.R, peruerto, dũ studeo fortissimis argumentis ostendere, nostrum magni Basilii librum nó esse mendosum, neq; Basilium ipsum sibi ipsi contradixisse. Mar.

¶ Superiori sessione. P.A. beatissimi patris nostri, necnon Imperatoris serenissimi iussu conuenimus, ut de parte in parté ac de argumento in argumentum progrederemur, iccirco a magni Basilii sermone, quem pro pentecostes celebritate literis mádauit, proximę nostrę orationis exordium sumpsimus: in qua tametsi forsan multus uisus fuerim, nunq̃ tamen a proposito sermo noster defluxit, sed in ueritatem inuestigandam uehementer incumbui: quã deinde assecutus, statim ad alteram ipsius Basilii autoritatem in tertio contra Eunomium libro ueni, in qua quidem exponenda, longa etiam usus fui oratione, nihilominus a proposito nunq̃ sermonem meum diuerti: uolenti namq; mihi eá sententiam patefacere, necesse fuit, ipsam clare exponere fideliterq; interpretari, nunq̃ tñ Io.

ut supra dixi ab eius uerbis discessi: qua in re mihi uideor assecutus fuisse ut ex precedentium uerborum Basilii expositione, sequentia reddita fuerint clariora: posthęc argumenta duo ualidissima protuli, quibus mihi uidetur probasse, uerbum illud forsan, neutiq̃ stare posse: in qua quidem disputatione pro magnitudine rei breuior esse non potui. si quidem igitur. R.P. ordinem eundem seruare uoluisses, profecto contra meam eiusmodi expositionem & argumenta primo dixisses. At puto contigisse ut argumenta mea ita tibi ualida uisa fuerint, ut ipsa non potens destruere, ad aliam materiam ueneris, quod mihi profecto uehementer placeret, si etiam tu idẽ affirmares. Porro si ea fugere, declinareq; cupiebas, saltem ad Athanasii autoritatẽ uenire debebas, quam post Basilium attuli, quę quidem non minus ac ipsius Basilii autoritas, ad rem nostram spectare uidetur. At tu. P.R. postpositis his, ac nullo ut dictũ est, ordine seruato, alias de sancti spiritus processione quęris autoritates, perinde ac illę, de quibus agimus, in sancto Euangelio fundatę non sint: nũ illa Basilii sententia ex his Euangelii uerbis, de meo accipiet, & annuntiabit uobis, non dependet? num in ratione pietatis ac ueritatis, quam in traditione baptismatis seruator noster protulerat, bene fundata non existit? immo si diligenter. P.R. prospexeris, quod in. xv. Ioannis Euangeliorum capite dicitur, qui a patre procedit, id in subsequenti capite quo nam pacto intelligi debeat, ab eodem Ioãne expositum clare reperies, ubi dicit. Omnia quęcunq; habet pater, mea sunt, propterea dixi quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. si quidem igitur & autoritates ipsę, quas citaui, & argumenta nostra ex sacra scriptura sunt, magnum profecto inconueniens esset, & huic sacro concilio non mediocri dedecori, si postpositis ipsis, ac nulla per uos ad argumenta nostra responsio ne habita, ad eas ueniremus autoritates, quas modo protulisti. At lõge aliter mihi mens est, nã sis in dicendo multus, ut lubet, quãdoquidẽ nõ ego, sed serenissimus Imperator tibi legẽ imponere põt, ego tñ disputatiõis normã & ordinẽ semper seruabo, ita ut nũq̃ huic tuę orõni rñdeã nisi tu. P.R. seruato nrę disputationis ordine, ut supra dictũ est, nobis prius rñderis, quod qdẽ agẽdũ est tibi, si nolis tẽpus uane conterere: a te igitur uehementer contendo, ut ad argumẽta nra respondeas, ex quibus magni Basilii mentẽ dubio procul percipies, nisi aliter sanctissimus dñs noster iusserit. sed tertię synodi autoritatẽ, quã etiã sanctus Cyrillus citauit, quãq; memini afs ad ꝓpositũ

protulisse, iterũ repetam. Sanctorum inquit patrũ professionem re bus in oĩbus cõsectãtes, quã in ipsis Spũ sancto loquẽte, habuerãt, necnon mentẽ ipsorum diligenter inuestigantes, ueritatem profe rimus: qui quidem canon. P. A. a nobis debet seruari, ac ita sanctorũ autoritates citare debemus, ut constanter ac diligenter ipsarum ue ritatem inuestigemus.

Mar. ¶ Disputationis ordinẽ. P. A. ut inter nos cõuenit, dubio ꝑcul ser uauimus. porro qm̃ in exponẽdis nõnullis magni Basilii uerbis ꝓxi mam superiorẽq; sessionẽ ut nostis, frustra contriuimus, ideo ne in ipsis uerbis semper uersando ac dicendo & respondendo, disputa tio nostra fiat infinita, maius operęprecium nobis est uisum, non ob scuris ambiguis & mẽdosis libris, uerũ sancta scriptura, & sanctorũ sententiis ab oĩbus Christianis cõcessis atq; receptis, nostrã cãm age re: nã eadẽ semp repetẽtes nil unq̃ profecerimus, cum pręsertim il lud uerbũ forsan, nõ nr̃is libris additũ fuisse clarissime ꝓbauerimus: ne autem, ut paulo ante dictũ est, in eis cõtinuo uersaremur, alias au toritates q̃ maxime Basilio cõsonãtes in mediũ proferre uolumus, ut etiã ex ipsis appareat nostros libros nõ esse mẽdosos, quibus dein de repetitis dialectice ac suo loco fauente Deo respõdere poteritis.

Impe. ¶ Si patris Ephesii per orationem pręstantissimi Patres audire ex pectauissetis, ur̃is etiã argumentis rn̄disset, sed qm̃ uos semper dice re uultis, nobis uero nunq̃ oportunitas datur dicendi, idcirco pater Ephesius data occcasione, rationes suas nunc intendit afferre.

Mar. ¶ Ergo redeamus unde sumus digressi: primã sanctã gn̄alẽ synodũ P. A. dicebamus, pro leondio Cęsarieñ. Antistite ad quemdam hęsi tantem philosophũ ita scripsisse, suscipe unã pr̃is diuinitatẽ, & reli qua: ubi scitu dignum est, sanctũ ipsum conciliũ illud ex patre pro tulisse, ne quisq̃ crederet uerbũ ex ipso, ad filiũ quoq; referri, q̃nqui dem de eo quoq; fecerat mentionem, ac si sic protulisset, nõ ex filio, sed ex patre Spiritum sanctum procedere, quam etiã ob cãm illud quoq; subiũxerat, quiq; filii proprius est, perinde ac si dixisset, tãetsi Sp̃s ex filio non procedat, nõ tñ est alienus ab ipso, q̃nquidẽ cõsub stantiales existunt: ad quam quidem intelligẽtiã Paulus dixisse cre

Cyr. ditur, si quis Spiritũ Christi non habet, is non est eius: ut beatus etiã Cyrillus theodorito respondens, a quo quidem incusabatur se cre dere Sp̃m sanctum ex filioq; procedere, inq̃t, quãuis sanctus Sp̃s ex deo & pr̃e ꝓcedat, non tñ alienus a filio est, sed de his alias, si dabitur oportunitas, accuratius cõsiderabimus: q̄bus q̄dẽ cũ sanctis pr̃ibus

ac sancta synodo magnus etiam Basilius cõuenit, quippe q .xviii. ca pite ad amphilochiũ inquit, Sp̃s Christi dicit̃, ut eius proprius secũ/ dũ naturã hoc est ut cõsubstantialis: quẽ si Basilius credidisset ex fi/ lio accipere esse, nõ ipsum ut eius propriũ secundũ naturã, uerũ ut procedentẽ & ex ipso habentẽ esse, ac annuntiantẽ dixisset: quæ sa ne uerba magis cõsequi uiderent̃: q etiã magnus Basilius in sermo ne cõtra Sabelliũ & Eunomiũ inquit, eqdẽ Sp̃m cũ patre, nõ aũt ip/ sum patrẽ esse noui: necnõ ipsum cũ filio accepi, nõ aũt filiũ nun/ cupatũ, & ꝓprietatẽ eius ad patrẽ intelligo, qñquidẽ ex p̃re ꝓcedit: ad filiũ uero, qñquidẽ illud audio, si quis Sp̃m Christi nõ habet, is nõ est eius. Inspicite obsecro. P. A. hæc uerba, q̃ eius, ac aliorũ sancto/ rũ patrũ dictis cõsona sint: ad patrem inqt, qñquidẽ ex p̃re ꝓcedit, ad filiũ uero qm̃ Apostolus dicit, si qs Sp̃m Christi nõ habet, is nõ est eius, id est simplr̃, quia secundũ eius naturã ꝓprius est, ut paulo su/ pra dictũ fuit, nõ aũt qa ex ipso ꝓcedit. Quid clarius qd dilucidius hac tanti uiri sñia poterit esse? Dispicite obsecro. P. A. ꝓ canone so la ueritate utentes, an ei fuisset cõueniens talia uerba memoriæ tra/ dere, si sanctũ Sp̃m credidisset ex filioq; ꝓcedere. hęc ex prima san/ cta gñali synodo habemus: qbus ꝓfecto cõsona magnus idem Ba/ silius sensisse uidet̃, quę quidem synodus in suo symbolo seruatoris uerbis innitens, qbus in Baptismatis traditione fuerat usus, sanctum spiritum ita cum patre filioq; disposuit, ut post patris filiiq; theolo/ giã sermonem suum ad illum transtulerit: cuius deinde Spiritus san cti theologiam altera gñalis synodus exponere, quaq; rõne contra sancti Sp̃s inimicos cũ p̃re filioq; disponeret̃ dilucidare uolẽs, ꝓtu lit, & in Spiritum sanctum dñm & uiuificantem, qui ex p̃re ꝓcedit, qui cũ p̃re & filio simul adorat̃ & cõglorificat̃, ubi sanctorũ illorum intelligentia nobis diligentissime ppendenda est, ut pote q primam illã sancti Sp̃s theologiam, necnõ eiusdem cum patre filioq; disposi tionẽ declarauerint, ac eiusdem diuersam erga patrem & filiũ pro/ prietatem docuerint: ac si sic dixissent, & in Sp̃m sanctũ, qui ita cũ patre filioq; disponitur, ut ab illo ꝓcedere, simul uero cum filio ado rari, ac cõglorificari credatur, qñquidem cõsubstantialis eiusdemq; dignitatis cum eis existit: nam si sancta synodus ipsa sanctum Spiri/ tum credidisset, ex patre filioq; procedere, cur cum de utroq; simul fecerat mentionem, nõ ita protulisset, qui ex p̃re filioq; pcedit? quiq; cum ipsis simul adoratur & conglorificatur? nam cum quippiam ad duo refertur, præsertim si ab eis ut a causis dependeat, id ita in Basil.

oratione solemus disponere, ut utramq; cām primo pferamus, dein de cōi ambobus utamur uerbo, queadmodū hæc duo uerba; simul adoratur, & cōglorificatur, cām utrāq; significāt. Si quidē igitur sancta synodus, ad declarandam sancti Sps cām, nullā de filio mētionē fecerat, uolens aūt cōsubstātialitatē eius ondere, filii quoq; meminerat, sequitur ipsam synodū nō credidisse, Spm sanctū ex filioq; pcedere, qnquidē filiū neutiq̃ tacuisset, cū iccirco ea protulerit oīa, ut niceņū symbolū clarius redderet: an aūt talis niceņi symboli declaratio absolutissima sit, nō aūt, ut dicitis, impfecta, ita ut synodus illa cām unā tacuerit, ex eo facere possumus cōiecturā, q nulli posteriori synodo declarationē ipsam magis illustrare, uel illud ex filioq; symbolo apponere uisum fuerit, sed potius posteriores synodi phibuerint, ne cui liceret ipsi symbolo qppiā addere, ac si uerm hoc dogma tūc uobis futur esse, diuinassent: cuius qdē secundę synodi defensor, & accerrimus ppugnator, necnō eiusdē symboli, quo nos ūtimur, ut fert, compositor & cōscriptor, magnus Gregorius, q postea ob eius theologiā, in qua pręclarissimus fuerat, theologus fuit cognominatus, in sermone, q inscribit de nauigatione ex Agypto, dicit oīa, quæ pater habet, sunt etiā filii, excepta causalitate, ubi patrē a filio causalitate seiungit, queadmodū Dyonisius fonte. Si qdē igit filius in hoc differt a pře, q nō est cā, luce clarius sequit, ut neq; mittēs, neq; Sps sancti cā sit. hæc ille clarissimus doctor palā pfessus fuit: sed tertia quoq; synodus eādē ipsam sniam habuit, ac re ipsa firmauit: quippe quę nestoriano symbolo recitato, p quedā Charisiū sacerdotē allato, in quo qdē cōtinebat Spm sanctū nō esse filiū, neq; per filiū essentiā habere, theologiā ipam susceperit, inueniēs eā sanctis pribus cōuenire, ac sacrę scripturę cōsonā esse, ita ut neq; opinionē ipsam antiquauerit, neq; nestoriū p ea dānauerit: tāetsi nestorianū symbolū simpfr reprobauerit, decernens ita, si qui symbolū illud crediderint, uel docuerint, quod Charisius in mediū ptulit, ac recitauit, in quo de unigeniti filii Dei incarnatione, hoc est de turpibus & obscenis nestorianis dogmatibus, mētio fit, huius sanctę & œcumenicę synodi snię subiaceant: ubi patet. P. A. synodū ipsam nestorianū de dei filii incarnatione dogma, non autem nestorii de Spiritu sancto theologiam damnasse: unde fieri pōt facilior coniectura, tunc temporis communem opinionem fuisse, Spiritum sanctum ex filio nequaq̃ procedere quam. quidem sententiam prima niceņa synodus habuit, ipsam deinde tertia suscepit, & approbauit. Porro autem

Gre. Thc.

Cyrillus cõtra Nestoriũ pro sancti Spũs processione lr̃is mirũimmo/dũ inuehens, nõnullis aliquã dedit ansam ut ab eis incusaret, q̃ sanctũ Spm crederet a filio essentiã habere, unde euenit ut Theodoritus cõtra Cyrillũ inuectus ex orientaliũ patrum sñia scripserit ita. Si quidem sanctum Spiritum iccirco propriũ filii nouerant q̃ unius naturę sunt, ac ex patre procedit, id etiã ipsi profitemur, ac ut piã uocẽ suscipimus. Sin aũt q̃ ex filio uel per filiũ procedit, illũ tamq̃ blasphemũ impiũq; refellimus, credentes dño, qui dixit Spm ueritatis, qui ex patre ꝓcedit, necnõ apostolo proferẽti, uos aũt nõ Spm mundi accepistis, sed Spm, qui ex deo & pr̃e. Cui deinde inuectiuę, Cyrillus lr̃is ad quendã Euopiũ Antistitẽ scriptis rñdit, dicẽs se a Theodorito incusari, sibiq; ꝑ ipsius Theodoriti odio in se, ac eiusdẽ erga nestoriũ beneuolẽtiã; plurimũ detrahi. Decretũ inquit accepi, quo de tua pietate certus sum factus, quod quidẽ dicit̃ factũ esse contra eos, qui Theodoritum Cyri quem παῖχτην appellari dicebat anathemate notãt: qđ cũ accepissem, Deo grãs egi, ac psalmũ illũ decãtaui, Dñe libera aĩam meã a labiis iniquis, & a lingua dolosa, qñquidẽ mihi uideor ubiq; detrahi, ac multis de causis incusari, eius pręsertim opinionis, pro qua me blasphemũ appellat. Cyrillus ergo nõ eius sentẽtię fuerat, de qua Theodoritus ipm incusabat, uerũ ipsam tenebat opinionẽ, cui quoq; Theodoritus assentiebat, dicens ipsam ut piam uocem suscipere, sanctum uidelicet spiritum filii proprium esse, id est eius connaturalem, ex patre uero procedentem, quẽadmodum Cyrillus ipse accusationi suę respondens affirmat. Quãuis inquit Spiritus sanctus ex patre procedat, non tñ alienus a filio est, utpote qui patris habeat oĩa. unde patet. P. A. Cyrillũ ipm ea in parte cũ Theodorito cõuenire, quã ipse Theodoritus dicebat, ut piã uocẽ suscipere. facta deinde Cyrilli cũ Patribus oriẽtalibus pace, Cyrillus ipse ad Ioannẽ Antiochenũ pręsulẽ eadẽ de re scripsit, ubi etiã de Spũs sancti processione, necnõ de symbolo nõ mutãdo mentionẽ fecit, dicens nequaq̃ tollerabimus, ut definita pręscriptaq; fides, aut nicęnũ symbolũ ab aliquo immutetur, nullã nobis uel aliis mortalibus facultatem concedentes, ut aliquam eius dictionem mutare, uel unam syllabam pręterire ualeant: huius enim sententię recordamur, ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt Patres tui, ut pote q nõ ex se se, uerũ ex dei pr̃is Spũ affacti loquerẽtur, qui ex eo ꝓcedit, nõ aũt alienus a filio secũdũ substãtię rõnẽ existit. ex quibus etiã patet in quo nã Cyrillus cũ Theodorito cõueniret:

Thē. Paul. Cyr. Cyr.

nam orationē suam bipartitus fuisse uidetur: in prima naq; protulit parte, qui ex patre procedit, in altera uero, nō autem alienus a filio secundum substantię rationem existit, quemadmodum etiam theodoritus ipse, ut est supra dictum profitebatur: quas deinde Cyrilli literas Theodoritus una cum orientalibus patribus suscepit, ac tandē agnoscēs Cyrilli de sancto Spiritu theologiam, opinioni suę scri

Thē. pturęq; sacrę consonam esse, ad eundem Ioannem scripsit ita, quae modo nobis Cyrillus scripsit, Euāgelica honestate fulta sunt, Deum enim perfectum & hominem dominum nostrum Iesum Christum appellat, sanctum autem spiritum non ex filio, uel per filium essentiam habere, uerum ex patre procedere, dicens ipsum filii propriū esse: qua quidem ueritate perspecta, quam Cyrillus ipse suis literis tradidit, balbutientium linguarum medicum, ac dissonantium uocum ad armoniā moderatorem laudauimus. Videte obsecro. P. A. quibus in rebus Theodoritus cum orientalibus patribus conueniebat, asserens Spiritum sanctum haud ex filio uel per filium essentiā habere, uerum ex patre procedere, ac filii proprium, id est con/

Cyr. substantialem existere: an autē ii, patres sic senserint, Cyrillus ipse testatur, qui eadem de re ad eundum ipsum Ioannem scripsit ita: uestris uocibus intellectis, cognitoq; uos unum dominum, unam fidem, unum deniq; baptisma credere, deum omnium seruatorem glorificauimus, magno gaudio affecti q; a deo spiratis literis, nec nō sanctorum patrum decretis, nostra simul & uestra Ecclesia cōsonam fidem habeat: in sua uero expositione super luca sic inquit, quemadmodum digitus a manu non separatus existēs ab ipsa dependet, ac ei inheret natura: ita quoq; Spus sanctus filio consubstantialiter coniungi creditur; quamuis ex deo patre procedat: ac si sic dicere uoluisset, spiritus quamuis ex filio non procedat, nec ab ipso essentiam habeat, sed ex patre, unius tamen naturę sunt, & cum ipso in eadē natura disponitur. quibus quidē fortissimis argumentis. P. P. ꝓbatū est nos neq; a sacra scriptura, neq; a sanctoꝝ patrū & doctorū nostroꝝ traditionibus aliena sentire, neq; ullum nostrorum dogmatum nobis diuinitus traditoꝝ mutasse, uel coinquinasse, neq; quicq̄ eis addidisse, uel ab ipsis abstulisse: quapropter rogamus uos ꝓ mutua nostra beneuolentia uelitis nobiscum, necnō cum sanctis patribus conuenire, non permittentes ut hoc dogma uestrum ab ecclesiis suscipiatur: cum ea, quę celebramus satisfaciant, ut omnes eadem credentes, ac profitentes, unanimes & cōcordes patrē & filiū,

ac sanctum spiritum glorificemus, cui conuenit omnis honor & gloria in sęcula sęculorum Amen.

Sum. Pont. ¶ Conueniens est ut ad extremam quoq; prouincialis orationem respondeas, quandoquidem quicquid tibi libuit protulisti.

Mar. ¶ Illud Basilii forsan, quod in nostro libro scriptum est Pater sanctissime absq; aliqua ipsius Basilii nota, modo quo demõstrauimus, conueniens esse uidetur, uestris friuolis argumentis nequaq̃ acquiescentes, quibus nostrum librum mendosum, uestrum autem incorruptum, ac uerum esse, conati fuistis ostendere: ad quæ quidẽ argumenta, si semper eadem repetentes, respondere uellemus, oratio nostra, ut supra diximus, infinita fieret. omissis igitur his, nil amplius habemus, nec uolumus proferre, q̃ quod sępissime diximus, librum nostrum non esse mendosum, quemadmodũ uetustas eius, & magna similium librorum copia, necnon sequentium uerborum cũ pręcedentibus nexus, ut est supra dictũ, testat̃, & de his hactenus.

Io. ¶ Quoniam pater Ephesie extremum meum sermonem non bene memoria tenere uideris, iccirco ut serenissimo Imperatori, qui tibi iussit ut meis omnibus argumentis respondeas, satisfacere ualeas, partem tantum unam ipsarum repetam, simulq; tuam respõsionem ea tantum in parte, quę aliqua indiget consideratione dissoluam, quin etiam si coram Imperatore mitissimo nobis promiseris, ueritati quã tibi probauero, acquiescere, quęcunq; modo in medium protulisti maiori studio euertam: nam initio dixisti nos omissis istiusmodi libris, qui nobis ambigui uidentur esse, ad fundamentũ, hoc est ad scripturam sacram uenire debere: mihi autem .R.P. eiusmodi disserẽdi modus inutilis esse uidetur ac a doctoribus improbatus, qui mentem autoris inspicientes ac consequentia cum pręcedẽtibus uerbis eius conferentes, uerum a falso solent discernere: quos quidem doctores & sapientes, ipsi etiam in hoc negotio imitari debemus plurimum: in primis igitur hoc tibi repetam argumentum, dixi equidem stante illo forsan, quod est uerbum ambiguum, duo maxima sequi incommoda, primũm ut ex illo angelorum exemplo, quæ uera necessariaq; propositio est, necessitatem ex sacra scriptura sumens, ambigua conclusio sequeretur: quod quidem magnum incõueniens esset: hoc.n. magnus Basilius utitur argumento si angelorum alii secundi, alii uero ordine dignitateq; tertii sunt, eos tamen natura quoq; tertios esse non est necesse, idem etiam de diuinis personis, idest de sancto spiritu, de eo nãq; loquitur, affir/

mamus: ex quo quidem exemplo simpliciter ac sine hypothesi sum pto, conclusionem ueram & sine aliqua dubitatione infert, sanctũ uidelicet spiritum & si ordine ac dignitate tertius sit, natura tñ tertiũ non esse: ad quam illationem & consequentiam ueram esse probã/dam, hoc tibi exemplo sessione proxima usus sum, si homo currit ergo mouetur, sed aliud etiam exemplum magis ad propositũ spe ctans afferam, quo beatus Augustinus .xv. libro de trinitate magnũ Basilium imitatus usus fuit, dicens, a quo autem habet filius ut sit Deus, ab illo habet utiq; ut de illo procedat spiritus sanctus, quod quidem argumẽtum hypotheticum est, in quo nil prorsus ponitur esse neq; quicq̃ ex eo consequitur uel concluditur, nisi alia propo/sitio ex sacra scriptura summatur, quæ dubio procul subintelligitur, hoc est filium habere a patre quęcunq; pater habeat: ex qua profe/cto propositione ab euangelio sumpta, necessario hęc infertur cõ/clusio, filium ex patre habere, ut etiam ex se Spiritum mittat: quo quidem argumentandi genere, ut paulo ante dictum est, Augusti/nus utitur, ita ut argumentum, quod hypotheticum fuerat, Euan gelica propositione sumpta nõ amplius hypotheticum sed necessa rium factum sit: quomodo Basilius etiam ratiocinatur: ita se ha/bent, inquit diuinę personę, sicut Angeli, si quidem quamuis alii se/cundi, alii autem ordine ac dignitate tertii sint, non tamen necesse sit, ut natura quoq; tertii existant: quod argumentum hypotheticũ esse uidetur: deinde uero ponens angelos ita necessario se habere, sine ulla conditione concludit, idem quoq; de diuinis personis cre/dendum esse, alioquin indoctissimus omnium basilius magnus fuis/set, si ex pręcedentibus concludere uoluisset, id quod ex sacra scri/ptura necessario pateat: ut ergo de Angelis, ita quoq; de Spiritu san cto credendum est.

¶ Non equidem protuli, P. R. neq; huius sententię sum libros no/stros ambiguos esse, uerum ne in hoc semper uersaremur, id con/tendentibus uobis concessi, tametsi certus sim libros uestros mendo sos esse, nec ad Basilii mentem spectantes, ex eo faciens conjectu/ram, q huic nostro libro mille alii sunt simillimi, qui Constantino/poli extant, quod equidẽ, probare recipio tibi si cęteris in cõtrouer/siis nostris conuenerimus: porro ultimę uestrę orationi respondeo, nil mirum esse, si magnus ille Basilius ex aliquo pro uero dato, li/cet ambiguum fuerit, quicq̃ probauerit, ut nos ipsi ferrarię feci/mus, proferentes, tametsi uestrum dogma forsan sit uerum, haud Mar.

tamen necesse esse, ipsum apponere symbolo, sic ergo Basilius ra/tiocinabatur, posito non tñ concesso, huic enim opinioni (ut multis argumentis probauimus) contra dixit sanctum Spiritum ordine ac dignitate tertium esse, minime tñ necesse est, ipsum natura quoq; tertium esse, quę quidẽ figura ἀντιπαράστασις ab oratoribus appellat, Angelorum inquit alius princeps, alius subditus, & tamen omnes Angeli natura sunt, & stella stellę pręstat in gloria, & natura stellarũ omnium una, & mansiones multę apud patrem, id est dignitatum diuersitates, glorificatorum uero natura una, non igitur ex propo/sitionibus ueris, ambiguam ut inquis infert conclusionem, sed ex ambiguo, sumpto tamen pro uero, necessarium quoddam conclu/dit: miror autem. P. R. te uirum doctissimum latuisse, nos ex nõnul lis ex hypothesi pro ueris sumptis, ueritatem necessario demon/strare posse. Bas.

Io. ¶ Quam plurima pater Ephesie, non autem ad propositum per/tinentia, mihi protulisse uideris: nam sessione proxima necessariam & admirabilem quęstionem in medium protulimus, tu uero infecta re ad alias quęstiúculas uenisti: aut igitur ad propositum redeamus, & quęstionem illam ad exitum perducamus, quemadmodum Im/perator mitissimus iussit, ut una prius habita cõclusione ad aliam ue/niamus, aut nobis da manus, fassus nil amplius in hac causa habere, quod proferas: quod quidem si feceris, gratias tibi magnas habebi/mus: ut ergo magis ueritas elucescat ad propositũ redeas: nam pro/lixam orationem, quam modo coram tot amplissimis auditoribus habuisti, spiritu sancto fauente, facile dissoluere possum, necnõ si/mul ostendere, autoritates, quas attulisti, magis ad nostram q̃ ad ue/stram rem facere, sed uelim ut ipse prius respondeas ad propositũ.

Mar. ¶ Non equidem cuncta, quę dicta sunt, bene memoria teneo, sa/tis tamen mihi dictum esse uidetur.

Io. ¶ Ea tibi. P. R. libentissime repetam, quorum non recordaris: no stra quidem oratio ad magnum Basilium fluxit, qui contra Euno/mium tertio libro demonstrauit, ut quemadmodum inter Ange/los & stellas ac mansiones in domo patris, ordo quidam dignitatis absq; tamen ipsorum naturę discretione creditur esse, ita etiam in di/uinis personis sit.

Mar. ¶ Ergo ex rebus creatis, ac rerum creatarum exemplis, res diuinas ostendere uis?

Io. ¶ Quid ni? exempla nãq; creata res increatas declarant, q̃quã/

dem incomprehensibiles sunt, ita ut uix intelligi possint, & non nisi rebus humanis, ac aliarum rerum exemplis figurantur.

¶ At magnus Basilius non ita sensisse uidetur. cur enim inquit necesse est, si dignitate, ac ordine tertius est Spiritus, ipm natura quoq; tertiũ esse? id est posito nõ tñ cõcesso sanctũ Spiritum dignitate ac ordine tertiũ esse, non tñ ex eo sequit ipsum natura quoq; tertiũ esse, ut ipsi quoq; ferrarię dicebamus, posito dogma uestrum uerum ac pium esse, non tamen licere, ipsum symbolo addi. Magnus ergo Basilius neutiq̃ profitetur sanctum spiritum ex filio esse habere, uel ordine ac dignitate tertium esse, quandoquidem ex his Eunomius inferebat spiritum sanctum natura quoq; tertium esse. Mar.

¶ Credi non potest. P. A. magnum illum doctorem contra dialecticęs artem scriptitasse. nonne hoc argumentum a dialecticis est acceptum? Quicunq; currit mouetur, ergo mouetur si currit? quo quidem argumentandi modo Basilius, ut supra dictum est utitur: porro quoniam pater Ephesie amplissimos hos auditores magnam theologiam docere uoluisti, iccirco ne forte ignores quid nam ipsi de consubstantiali trinitate sentiamus, de hoc tibi pauca dicam. Nos quidem, qui apostolicam sedem sectamur, patrem unicam filii sanctiq; spiritus causam profitemur esse, quę plane nostra fides, atq; religio ab illo primo apostolorum pręconio huc usq; meridiana luce clarior est, & sermo domini ad apostolorum principem habitus non pręteriit, nec ullo unq̃ tempore pręteribit, nec portę inferi aduersus nostram ipsam fidem pręualebunt: unde merito euenit, ut cętere Christianorum Ecclesię huic Romanę ut maximo fundamento basiq; fulciantur, quandoquidem pia est, ac hęreticorum linguam ne malum loquatur, comprimit, credens firmissime non duas causas uel principia, uerum principium uel causam unicam in diuinis personis esse, ac simul anathemate notans eos, qui duas causas, duo ue principia in ipsis psonis diuinis esse crediderint. Quibus ita peractis sessio fuit dimissa, & hic sermo gręcis perplacuit, ita ut nõ mediocri gaudio fuerint affecti, q latini patrem unicam esse filii sanctiq; Spiritus causam, non autem duas fuerint professi. paucos uero post dies Antistites greci, Patriarchę domum frequentes conuenerunt, ubi serenissimus Imperator orationem hanc habuit. Io.

¶ Non equidem patres sancti nostrę profectionis ad Italiam solus autor fui, neq; primus ego, sed Imperator pater meus negotiũ hoc prius fuit aggressus: qppe qui cũ esset in isthmo Eudomonoioannẽ Imp.

huiusce rei causa ad Italiam miserit: cuius quidem mei patris Imperatoris ingenium, prudentiam & consilium nostis, ut pote qui, non solum in philosophia pręclarus, uerum etiam in exponendis ecclesię dogmatibus subtilissimus fuerit: apud quē ille etiam Euthimius patriarcha & magnus theologus, ac omni uirtute pręditus fuit. qui duo tanti, talesq́ uiri, non solum primi rem hanc excogitarunt, uerum etiam ut ipsa conficeretur, uehementer conati fuere: at temporum angustiis impediti, totum negotium conficiendum mihi reliquerunt: quod dubio procul melius ipse tractaui, nam ut hęc synodus sancta celebraretur, nō imprudentibus uobis, ac magno sumptu meo, triremes ad exorandum summum Pontificem ad Italiam misi, quo deinde uos, meo sanctiq́ patriarchę iussu, frequētes ęquo animo conuenistis, nil tamē post longum tempus profecimus. Recordamini patres recordamini quanto in impiorum discrimine nostram domum dereliquerimus, cui quidem siquid acciderit incommodi, proh dolor, uidere uideor maiorem fore nostri persecutionem & calamitatem illa quæ Diocletiani & maximi temporibus facta fuerit, quam constat acerrimam fuisse. Operępretiū igitur est, ut omissa disputatione ac contentione, pacis remediū excogitemus, quod equidem existimo per uos stare: doctor namq́ Ioannes in synodo palam protulit latinos firmiter credere, deum patrem unicam filii sanctiq́ Spiritus causam esse, duo uero principia, duas ue causas in consubstātiali trinitate profitentes, execrari: quam latinorum sententiam literis traditam habui, ut his diligēter perspectis, nostrę cōiunctionis modum inueniatis. hęc Imperator: græcis autē quid nā agendum esset, inter se consulentibus, de sancti maximi literis ad Marinum presbyterum Cyprium scriptis mentio facta fuit in hac forma. Ex synodalibus pręsentis sanctissimi summi Pontificis actibus, duo tantum ex tot capitibus, hi qui erant in Basilea susceperāt, in altero quorum habetur sanctum spiritum ex filioq́ procedere. in altero uero Christum dominum absq́ originali peccato, hominē natum fuisse: & ad primum illud caput probandum Romanorum patrum sententias, necnon Cyrilli super Ioanne expositionem attulerant, non ad demonstrandum filium Spiritus causam esse, quādoquidem ipsi quoq́ patrem solū filii sanctiq́ Spiritus causam esse cognouerant, illius quidem secundum generationem, huius autem secundum processionem, uerum ut per eum quoq́ Spiritum sanctum procedere declararent, ac ea ratione consubstātialē, & immu- Max.

tabilitatem ipsorum ostenderent. quibus literis lectis, ac latinorum scriptutis postpositis, animum suum ad contemplandas ipsas greci conuerterent, omnes unanimes proferendo, fore ut cũ latinis cõiungerentur, si literę ipsę ab eis quoq; susciperentur. tum Imperator, toto grecorum conuentu ipsoq; patriarcha uolente, nuntios ad summum Pontificem misit, ut ipsum interrogarent, an is quoq; cũ latinorum cõuentu sancti Maximi literas suscipere, ac ipsis acqesceere uellet. cui Pontifex summus respondit, grecos sessione proxima plurimum dixisse, nobisq; promisisse, altera sessione se suas aures prestaturos. Aliter ergo fieri non posse nisi prius sessione uocata latini respondeant. quæ cum Imperator audisset, iussit ut iterum sessio haberetur, qua quidem cõuocata, absente Marco Ephesio, & Heracliensi antistitibus, Ioannes fuit ita locutus.

¶ Die Sabbati.xxi.mensis Martii
Sessio.xxiiii.Florentię.

VElim.P.A. patrem Ephesium hic adesse, ut suorum argumentorum dissolutionem audiat: at quoniam ut creditur, uictus abest, ideo ad uos meam orationem habebo, ergo uos obsecro me attente audiatis. Ioi

¶ Nil in pręsentia dicturi sumus, quandoquidem non ad disputandum, uerum ut uobis gratum fecerimus, & ne sessiones negligere uideremur, conuenimus, proptereaq; pater Eph. nobiscum noluit conuenire, uobis ergo neutiq̃ respondebitur. Imp.

¶ Ex duabus propositis quęstionibus. P.A. neutram ad conclusionem perduximus, tametsi magni Basilii autoritates clarissimę sint, quibus patet spiritum sanctum a filio quemadmodum etiam a patre habere esse necnõ ipsi professi fuerimus patrem unicam filii, sanctiq; Spiritus causam esse, ita tamen ut filius sanctum ipsum spiritum a patre pręcipue mittat. quibus quidẽ basilii autoritatibus q̃m pater Eph. respondere noluerit, iccirco postpositis his, eius tantum extremo sermoni respondebo, ab ipso seruatore nostro Iesu Christo sumens exordium quemadmodum is pater Eph. fecit. nam seruator noster inquit, cum uenerit Paracletus, quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis, qui a patre procedit: ubi uerbum mittẽ quid aliud obsecro significat, q̃ quod ex aliquo mittitur, qui uero quippiam mittit, is suum mittere uidetur, & id quod mittitur, Io.

ex ipso dicitur esse, ut si prefectus provincie quicq̃ fecerit, is nō ex se, uerum Imperatoris iussu id fecisse uidetur: ita etiam filius, qui cum in generatione, a consubstantiali patre, Spiritum sanctum acceptsset, eundem & patriam facultatem ac naturam habens, eundē Spiritum mittere creditur, non tamen ut pater precipue, quandoquidem pater ipse radix & fons diuinitatis existit, qui cū summa substantia nedum indiuisibilis sit, a substantia & hypostasi indistincte percipitur, propterea quia non re sed sola ratione paterna hypostasis a substantia sua seiungitur. pater igitur substantialis hypostasis est, filiumq; substantialiter generat, & ipse substantialis hypostasis generatur, ita tamen ut due hypostases unus Deus ac unica sit natura, cum qua sanctus Spiritus simul & indistincte cognoscitur: qui cum neq; pater, neq; filius, neq; relatiuorum aliquid sit, tamen ut Spiritus, ad spirantem refertur. Porro quoniam apud sacrā scripturam spiritus patris ac filii est, sequitur ut ambo simul spiritum spirent. preterea filius secundum diuinitatem ad patrem respiciens, dixit ego & pater unum sumus, & ego in patre, & pater in me est, & qui uidit me, uidit & patrem meum: duabus igitur personis unica potestas spirans & mittens existit, quae quamuis unica missio & causa sit, a patre tamen (ut dictum est supra) precipue creditur esse, a quo filius eandem ipsam facultatem habens, una cum patre principium unicum est, non tamen personarum confusione: pater enim pater ac ingenitus est, filius uero filius atq; genitus, ita ut inter eos, secundum causam & causatum ordo quidam existat: sanctus autem Spiritus ad patrem filiumq; disponitur, ne quaedam indispositio uel confusio in diuinis personis existat. Siquidē igitur cum pater filium generet cum ipso substantiam suam communicat, quatenus ei communicabilis sit, & filius sic acceptam, Spiritui sancto communicat, quatenus ipsi quoq; communicari possit, unica semper ipsa substantia existente, qua quidem ille generetur, hic uero procedat, sequitur patrem unicum principium & causam esse, sanctumq; Spiritum ex utroq; procedere. preterea dictum a sanctis patribus est, sanctum Spiritum per filium natura procedere, unde sequit̃ Spm̃ ipsum ex patre filioq; ꝓcedere, q̃nquidē per, prepositio ut ex, prepositio hac in re significare uidet̃, ut Leōis, Gregorii Pape, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, ac alioꝝ multoꝝ doctorum autoritatibus clarissime patet. Quas cū Ioānes in medium

protulisset & perlegisset, sessio fuit dimissa decreto ipsius synodi, ut ad diem martis proximi conueniret.

¶ Die Martis. xxiiii. mensis Martii
Sessio ultima Florentię.

NEscio equidē. P. A. cur Pater Ephesius in sessionē ueni/ re noluerit, quē profecto uellem adesse, ut nostrā ad ar/ gumenta sua responsionem audiret. Porro qm̄ abest, uos obsecro me dū orientaliū sanctoꝝ snīas affero, attē/ te ut hucusq; fecistis audiatis. Magnus ille Basilius inquit, quemad/ modum filius ordine quidem a patre secundus est, pater enim in ba ptismatis traditione primus disponitur, dicente domino, Baptizan tes in nomine patris & filii & spiritus sancti, necnon filius dignitate secundus est, ut pote qui sit ex patre, non autem pater ex filio, li/ cet in natura ęquales esse credātur, ego.n. & pater inquit dominus, unum sumus, ita quoq; Spiritus sanctus ordine quidem secundus a filio, in eadem baptismatis traditione disponitur: item etiam digni tate, nam spiritus filii dicitur, quandoquidem a filio mittitur, scri/ ptum est enim, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra, non au/ tem filius sancti spiritus dicitur, natura uero patri & filio ęqualis exi stit, quorum.n una est operatio, ipsoꝝ etiā una est natura: hęc Basi lius. Sed magnus etiā Epiphanius in mediū ueniat, siquidem inquit creditur Christus ex Deo esse, ut deus de deo, sic etiam sanctus spi ritus ex ambobus esse credendum est, quemadmodum enim nemo nouit patrem nisi filius, ita dicere audeo ne filium nisi Spiritus, qui ex ambobus procedit. Magnus autem Cyrillus inquit Spiritus ex filio ita profluit, quemadmodum etiam ex patre. Didymus uero sapientissimus, & magnus Athanasius ita dicunt, siquidem Spiri/ tus ex patre procedit, & de meo accipiet, & annuntiabit uobis, se/ quitur ut ex patre filioq; sit. has & plures alias sanctorum senten tias Ioannes in medium protulit, pręsertim binas Cyrilli literas, quarum alterę incipiunt gaudeant Cœli, alterę uero, Domino ser uatore nostro Iesu Christo, necnon quasdam nicęne synodi auto/ ritates clarissime demonstrantes sanctum Spiritum ex filioq; pro/ cedere. Rhutenus autem pręsul pro gręcis dixit ita.

¶ Qui solus uel in stadio currit, uel aliud subit certamē, uictor du/ bio ꝑcul euadit, nō aliter. P. R. qui nemine cōtradicēte sermocinat,

[Margin notes: Io. — Bas. — Epi. — Cyr. — Didymus. — Ath. — Rhut.]

& disputat, facillime uincit, ut tibi euenit, qui cum plurima theologia fueris usus, ac subtilissimam orationem habueris, si tibi non respondenerimus uicisse uidebere: sed qm̄ iam aduesperascit, sequenti sessione tibi non minus subtiliter, clareq; respondebitur.

Imp. ¶ Hos libros nobis mutuo date, ut horum sanctorum dictis diligenter consideratis uobis bene respondere possimus.

Iul. C ¶ Quęcunq; diximus. S. I. a nostris scribis literis tradita sunt, aut igitur ab eis exscripta interuos contemplemini, aut si uobis commodius fuerit, ad diui Francisci templum prope quod habitas nos selecti priuatim conueniamus, ut ibi nostris omnibus scripturis & libris collatis uerius & clarius respondere ualeatis: cui quidem sententię omnes acquieuere, sessioq; dimissa fuit. ¶ Postridie autē in illo templo uisis hic inde scripturis & libris, concordiam & pacem benignitate dei facile fieri posse gręci cognouerant: summus deinde Pontifex Patriarchę rogatu sessiones ęquo animo distulit, ut inter se gręci priuatim cōsulerēt. facto aūt in Patriarchę domo gręcorū cōuētu,

Rhu. Rhutenus uerba plurima fecit, operępretiū esse demōstrās ęquo animo cum latinis coniungi, paceq; inita domum redire potius q̄ infecta re, ac absq; ratione turpiter a synodo discedere. Tum Bessarion

Bes. Rhuteni sermonem excipiens, subtilissime ac magna dicendi arte sententiam eius confirmauit. Contra Dositheus Monembasień.

Dosi. num inquit dogma nostrum debemus prodere? Malo equidem mortem obire, q̄ cum latinis sentire. Cui Rhutenus nec ipsi inqt

Rhu. latini fieri uolumus, uerum si patet Spiritum ex filioq; procedere, quemadmodum gręci doctores ac latini simul testantur, cur non est pium ut sanctos nostros sequentes, cū Ro. Ecc. coniungamur?

Hera. Tum Heraclień. num inqt occidētales doctores sanctis nostris doctoribus, ac synodorum patribus plures sunt? qui quidē sancti nostri spiritū sanctū ex patre, nō aūt ex filio procedere, literis mandauerunt? quē sermonem Ephesius excipiens, prolixam habuit orationem: in peroratione autē protulit latinos hereticos nedum scismaticos esse, idq; orientalem ecclesiam tollerasse, q; genus ipsorū maius ac fortius esset, propterea q; gręcos tot annos ab eis disiunctos esse, q; heretici sunt: dicebat igitur se cum latinis neutiq̄ debere coniungi prius q̄ additionem illam a symbolo prorsus auferant. Tum Bessarion, proferentes igitur inquit, sanctum Spiritum ex filioq; procedere heretici sunt? Ephesio uero quidni respondente: Bessarion exclamauit, dicens, Deus misereatur,

Ephe.

Bes.

Ephe.

ergo sancti, qui hanc sententiam tradidere, hęretici fuerant? muta fiant labia dolosa, quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem. nō ne clare uidistis occidentales ac orientales doctores sanctos in hoc neutiq̄ discrepare? quandoquidem idem sanctus Spiritus omnibus sanctis æqualiter fuerat locutus? Conferamus ipsorum scripta ut maximam eorumdem conuenientiam clarius uideamus. Ephesio deinde proferenti, quis nouit an libri eorum mendosi sint? respondit, quis obsecro tam temere dicere audebit, tot latinorum sermones, tot euangeliorum expositiones, absolutam denique de Spiritu sancto theologiam, simul omnem mendosam & corruptam esse? quam quidem si ueluti mendosam e libris uelimus tollere, tantum Papyrus alba in tot uoluminibus remanebit. Tum gręcorum conuentus in partes duas diuisus fuit, nam altera pacem cū latinis uehementer desiderabat, altera uero dissidii autoribus fauens, ab ea mirumimnodum adhorebat. cui quoq; parti, græcorum nobilium & laicorum plurimi uehementer fauebant: singulis tamen diebus frequentes absq; latinis conueniebant, ut quidnam agerent latinisue responderent interse consulerent. feria uero quarta maioris ebdomadę, iterum congregati, a patriarcha fuerunt interrogati an aliud dicere uellēt: respondente autem heracliense se diuinorum agendorū causa conuenisse. Mitylenē. pręsul dixit, quinimmo domine, aut sanctos ipsi sequentes cum latinis pacem conficiamus, aut infecta re, discedamus: sed scire uelim an magnum Maximum uelitis suscipere: quibus omnibus annuentibus, protulit magni Maximi fuisse sententiam, sanctum Spiritum substantialiter quidem ex patre, ineffabiliter uero per filium procedere: tum Bessarion ipsam Maximi sententiā q̄ plurimis sanctorum autoritatibus, prętertim magni Tarasii longa illustrauit oratione: Patriarcha uero illas ipsas sanctorum sententias exscribi iussit, ut accuratius uisis, conuentu sequenti cōmuni omnium sententia, conclusio fieret. postridie autem Rhutenum, & nicęnū, necnō duos crucesignatos & magnum Bibliothecarium, ac magnum Ecclesiastem, nuntios ad summum Pontificem gręci miserunt, qui ei nuntiarent, se nolle amplius cum latinis differere, quandoquidē disputatio nil aliud pręter contentionē maximā parit, necnō ipsi latini in respondēdo nunq̄ deficiūt, ita ut infinita fieret disputatio si cū ipsis uellēt cōtēdere: in infinito uero uersari magnū incomodū esse: idcirco se modū aliū cōiūctionis uehemēter desiderare, quā qdē

Myti.

Bes.

Patriarcha.

Nūcii grēcorum.

uellent à latinis cognoscere, q̃nquidẽ grȩci pro uiribus dixisse, nec nõ paterno dogmati suo a septẽ synodis tradito, acquiescere dicũt, quibus quidem nunciis Pontifex summus rñdit putare se, grȩcos nõ
Papa. inscios ȩsse quo nam studio, quo labore, quanto deniq; sumptu, hoc in negotiũ incumbuerit, & adhuc incumbat, eos tamen semper negligentes fuisse, quodq; peius esse uidet ad disputandũ nobiscum ut inter nos conuenit, ipsis curȩ nõ esse, iccirco se uelle ut. S I. fraterq; suus Patriarcha, totaq; orientalis Ecclesia, ut unã ex his quatuor cõditionibus eligant, ut uel latinoꝝ ex literis sacris, demõstrationibus habitis acquiescant, ita ut profiteant imposterum, Spm ex patre filioq; procedere, quod quãuis luce clarius demonstratũ sit, se tñ uelle, si adhuc grȩci dubitant, magis pate facere; ut ipsis melius satisfiat: uel ii, si quas alias autoritates habeãt, quibus possint inniti, eas in medium proferant: uel si fortioribus argumentis probare possunt, dogma suum magis pium esse, in certamen descendant: uel deniq; sessione uocata, solenniq; missa celebrata, quisq; grȩcoꝝ simul et latinorũ iuratus liberis suffragiis suam sententiam dicat, ita ut quȩ sñia pluribus constaret suffragiis, ea suscipiatur, nam iusiurãdum inter Christianos nõ mediocriter ualet. quȩ cum grȩcorũ cõuentui allata per nuntios ipsos fuissent, oẽs obmutuerunt, cũ quid ad tam iustas conditiones respondere possent nõ haberent: nam sanctorum plurimos esse dicebant, qui sanctum Spiritũ ex filioq; procedere, testentur, alios aũt se citare nõ posse, qui contrarium literis mandauerint, minimeq; credendum esse sanctos inter se contraria protulisse, & aliis argumentis se probare non posse suũ dogma magis pium esse, q̃nquidẽ tametsi pium esse credatur, qđ a maioribus suis traditũ fuerit, nõ minus tñ piũ latinoꝝ dogma uideri, ut pote qđ multorum sanctorum patrum sententia comprobatum fuerit: in sacratissimi uero Christi corpore ac sanguine iusiurandum, quamuis sit fugiendum q nulla unq̃ alia synodus eo fuerit usa, ipsum tamẽ honeste se fugere neutiq̃ posse. hȩc inter se grȩci, cũ
Mity Mitylenẽ. Antistes ad eos dixerit: quid inter uos. P. R. contenditis, ac ualde ambigitis? an non uidetis tametsi nostrum dogma pium sit, latinorum tamen additionem pro maiori symboli declaratione inuentam, piam & a sanctis patribus traditam esse? & quemadmodum diuinum symbolum ex scriptura sacra, depromptum fuisse, ita etiam illud ex filioq;. ex eadem ipsa sacra scriptura a latinis expressum esse, ita ut utrumq; dogma piissimum sit, quando

quidem unam fidem, unam religionem, unum deum in tribus per/
sonis & nos & ipsi firmiter colimus: non amplius ergo. P. A. tempus
perperam conteramus, uerum cum dei Ecclesia, duce ueritate iu/
gamur, non plura inuestigemus, hoc tandem responsum perbea/
to summo Pontifici demus. Cui quidem presuli cum nemo con/
tradixisset, Imperator respondit hoc non esse, quod queritur, sed Impe.
quidnam ad illa quatuor summi Pontificis quesita respondendum
sit, id nobis diligenter peruestigandum. Cui Gregorius sic respon Greg.
dit, quid obsecro serenissime Imperator summo Pontifici respon/
dere possumus? dicere namque hec esse falsa illa, uero mendosa, &
hæc nos ignorare, illa uero prorsus inficiari, nobis indignum uide/
tur. Tum Imperator rogatu grecorum omnium eosdem nūtios ad
summum Pontificē remisit, ut ei responderent, Grecis uideri qua/
tuor illa quesita tantum ab uno dependere, uel ad unum solum spe
ctare, scilicet ut disputationibus agatur, quādoquidem ut ambigua
dilucidentur, & scripture exponantur, ut denique iusiurandum fiat,
iuditio opus est, qd absque disputatione fieri bene nō posset a qua gre
cos mirum in modum abhorrere, quandoquidem ex ea nil comodi
consequi sperant: nam ipsi maiorum suorum autoritati acquiescen
tes, symbolo a sanctis patribus ac a septem œcumenicis synodis tra/
dito, nulla unq̄ ratione quicq̄ apponerent: contra multorum san/
ctorum autoritatibus latinos clarissime demonstrasse additionem il
lam ueram esse, fieriq; non posse, ut a symbolo dimouerētur, etiā
si greci uehementissime cupiant. Operepretium igitur esse, ut cō/
tentione, sanctorum autoritatibus, disputatione, denique iusiurando
postposito, beatissimus pater, utraque parte in suo dogmate permanē
te cōiūctionis modū excogitet, sin minus infecta re, grecos a syno/
do discessuros. quibus summo Pontifici nuntiatis respondit se nō/
nullos Cardinales ad grecorum conuentum missurum, ut eis coram Sum. Pont.
Imperatore respondeant. Interea Bessarion luculentissimā oratio/
nem pro pace in conuetu grecorum habuit, ac literis ipsam manda Bess.
uit, quam in extremo huius libri, interpreti mihi disponere uisum
fuit, qm̄ ab eodem ipso bessarione post nōnullos annos latinitate do
tata fuerit: triduo autem post, Cardinales tres, necnō Antistites de/
cem, ac nonnulli monachi preclari theologi, summi Pontificis ius
su ad grecorum conuentum domi Patriarche presente Imperatore
celebratum, conuenere, ubi Iulianus ille facundissimus Cardinalis
hanc habuit orationem.

Iul. ¶ Non inscius sum. P. A. huc mecum preclaros doctores uenisse, qui sanctissimi domini nostri mandata melius q̄ ego referre possent: uerumtamen quoniam ego superioribus etiam sessionibus fuerim locutus, iccirco prestantissimorum horum patrum consensu, nunc etiam pro uiribus pauca proferam, hac tamen conditione, ut ipsi que imprudens omisero, suppleant. Notum est uobis. P. A. nos ferrarie conuenisse, ut in qualibet ebdomada, duas ad minus sessiones celebraremus, quandoquidem uisum est nobis operepretium esse, ut nostra dogmata disputationibus clara lucidaq; reddantur: cur autem hanc nostram conditionem seruare nolitis, ipsi penitus ignoramus, cum non sine magno uestro nostroq; sumptu huc, ut ueritatem inuestigemus, conuenerimus, quā quidē non alia uia q̄ disputando poterimus consequi: porro quatuordecim mēsiū spatio ideo nihil profecimus, q̄ in eo longissimo tempore, non nisi. xxv. sessiones celebrauimus, cum non minus quatuor quolibet in mense celebrare comodissime potuissemus: unde patet negligētia uestra nos multum temporis contriuisse, quo quidem uehementer dolemus animo: quapropter rogamus uos prestantissimi Patres, uelitis ad sessiones uenire, quandoquidem hac sola uia facile coniungi poterimus, quinimmo fieri non potest, ut sine disputatione negotiū nostrum confici possit.

Impe. ¶ Satis superq; prestantissimi Patres dixisse uidemur: non enim inter nos conuenit, ut in infinitum disputemus: reliquum igitur est, ut nostre coniunctionis modum inuestigemus, nam ut eger, cum preualet egritudo, non autem posteaq̄ conualuerit, uti solet dieta, (non enim semper prodest abstinere a cibo) ita etiam nobis disputatio qundam profuit, nnnc uero neutiq̄ conuenit, uerum nos aliū modum, quo pacem possimus cōficere excogitare oportet.

Iul. C ¶ At nōdum nobis serenissime Imperator satisfactum fuisse uidetur, qn̄quidē a disputatione prius desistere nō debemus q̄ nobis ueritas pateat, cum presertim ipsi multorum sanctorum attulerimus autoritates, quibus dogma nostrum pium esse, probauimus, ac eū nō esse Christianum, qui Spiritum sanctum nō crederet ex filioq; procedere: uos autem neq; nobiscum sentire uelitis, neq; argumēta nostra refellatis, sed a disputatione uehemēter abhorrere uideamini, tantummodo proferentes satis iam dictum esse, quod sane nobis incōueniens esse uidetur: uos igitur oportet ostendere, uel nos non bene sentire, uel sine aliqua excusatione ad sentētiam no/

ftrum uenire, ac nobiscum coniungi, uel ad disputationis certamē descendere, quousq; ueritatem ipsam assequamur: nam exemplū tuum. S. I. a nobis potius esse uidetur, quandoquidem ut ęgroti solent uti dieta, ita nos etiam ob schisma nostrum, quod magnā egritudinem esse duco, eo usq; disputare debemus, quousq; pacē ineamus, pręsertim cum fieri non possit, ut alia coniunctionis uia inueniatur, pace uero coniunctioneq; nostra, fauente Deo, confecta, ut ęgroti dieta, ita nos disputatione nequaq̄ egebimus.

❡ Dico equidem. P. A. nos amplius uobiscum disputare nolle, quā doquidem uerbis abundatis, ac usu dialectices uobis uenit, ut nūq̄ suaderi uelitis, uerum semper differere, ad extremum autem uehementissime perorare, statimq; consurgere, ac sessionem dimittere, ut animos auditoꝝ ad uestrā oratione flectatis. Omisso igit̄ multiloquio, uiā qua Dei benignitate cōiungi possimus excogitemus. Imp.

❡ Ipsi profecto. S. I. non multi prolixi ue fuimus, sed dialectici nō obmutescere, nec in sermone deficere solent, quandoquidem argumentis rationibusq; semper abundant. qui autē propositā quęstionem ueris rationibus substinere non potens tacet, disputationemq; fugit, is dare manus deberet, atq; a causa palam discedere, ut Pater Ephesius fecisse debuerat: quippe qui non habens quid amplius diceret, uictus discessit, nolens amplius disputare, ac se uictum ingenue fateri, cui uos quoq; assentiri uidemini at nō ita cōuenimus, uerū ut eo usq; differeremus quousq; quęstionem nostrā ad ueram conclusionem perduceremus Cui quidem sermoni. S. I. acquiescere nolens, ac a disputatione uehementer abhorrens, iussit ut utraq; ex parte decem uiri seligerentur, qui tantum octies cōuenirent, & uiam coniunctionis inuestigarent: qua nō inuenta synodo dimissa discederent. postridie uero ad summum Pontificem iuit, ac ei suam sententiam dixit, quam cum summus Pontifex approbasset, latini Cardinales duos, & duos Antistites, ac duos doctissimos monachos & duos alios clericos, Gręci autem decem pręsules elegere, qui cū simul conuenissent, Gręci prius a latinis quęsiuerunt, an sancti Maximi literas suscipere uellent, quibus clarissime patet, filium Spiritus sancti non esse causam: quibus latini responderunt, se minime credere filiū principem sancti spiritus causam esse, sed patrem unicam filii sanctiq; spiritus causam profiteri, illius secundum generationem, huius uero secundum processionē: ut autem pateat unam eandemq; substantiam ipsorum esse, sanctū Iul. C

Spiritum per filium procedere, latinos dicere qui etiam diuisibilitatem eorum substantię ab hypostasibus, profitentur, nam filius substantialiter patris filius est, sanctus uero Spiritus substantialiter patris & filii: dicebant ergo latini si spiritus substantialiter patris & filii est, substantia uero ab hypostasi seiungi non potest, necesse esse ut sanctus Spiritus ex filii etiam hypostasi procedat. Autoritates autem, quas maximus citare uidetur, ab Ambrosii, Hieronymi, Augustini, ac aliorum sanctorum doctorum occidentalium autoritatibus neutiq̃ esse diuersas, quorum quidem uolumina plena sunt, sanctum Spiritum ex patre filioq; procedere. quibus omnibus intellectis, conuentus ipse dimissus fuit. postridie autem iidem patres cõuenere, gręciq;, sancti Tarasii patriarchę Constantinopolitani autoritates attulere, tenentis sanctum Spiritum ex patre per filium procedere, cupientes eo modo symbolum celebrantes, cũ latinis cõiungi. At illi prępositionem per longe melius q̃ gręci exposuere, contendentibus enim gręcis per & ex prępositiones diuersa significare, latini subtiliter respondebant dicentes siquidem diuersa significant necesse esse, ut in diuinis duę sint operationes, altera quidem patris, quæ per ex, altera uero filii, quę per prępositionẽ per significetur, quod quam maximum inconueniens est. Nolebãt ergo latini prępositionem per suscipere, ne propter ambiguitatẽ uocabuli, quisq̃ impius crederet prepositionem per, organũ quoddã significare, instar scilicet a quæ ductus, cum ipsi profiterentur sanctum spiritum ex patre filioq;, ut ab uno solo principio unica operatione procedere: quibus dictis discesserunt: & q̃uis gręci nollent amplius conuenire (quid enim dicerent non habebant) tamen a latinis coacti ter item conuenerunt, & factum fuit post multa ut latini, cõtendẽtibus gręcis sñiam suã literis mãdauerint in hac forma.

Latini ¶ Quoniam gręci suspiciantur nos duo principia, duasue causas in sancta consubstantialiq; trinitate profiteri, ieccirco hanc habentes sententiam uel talia profitentes anathemate notamus, qñ quidem ipsi credimus patris & filii operationem, potestatemq; mittendi, unicam spiritus sancti causam esse, ita ut filius non sit diuersum a patre principium, ex quo quidem spiritus sanctus procedat, ac esse habeat: nam patrem unicam causam, & radicem, ac fontẽ diuinitatis profitemur esse, non ita tamen ut patris & filii ex eo cõfundamus personas, q; operationem ipsorum unam esse credimus, id enim esset impium credere, uerum duas patris, filiiq; personas

existere, unam autem operationem, ac eorundẽ unicam potestatẽ mittendi, unum deniqꝫ esse, quod ex ipsorum substantia, & hypostasi mittitur, profitemur: idcirco autem diuinum symbolum declaratum, ac dilucidatum a maioribus nostris fuisse dicimus, ne quisq̃ ambigens, an filius spiritus sancti causa sit, in aliquam incideret hęresim: nam credentes sanctum Spiritũ ex filio nequaq̃ procedere, necesse est ut intelligant spiritum ex solo patre procedere. ac consequenter non esse filium: qui autem proferunt Spiritum ex sola patris persona procedere, hi proculdubio re substantiam ab hypostasi seperant, & partitionem imaginantur diuinę substantię, quod a ratione fideqꝫ, ualde alienũ pie creditur esse. ❡ Quibus quidẽ literis a grecis perlectis, eas uario sensu intellexerunt: nam alii dicebant latinos, filium spiritus sancti causam esse, clarissime credere, & cum grecis neutiq̃ conuenire: alii uero latinos ipsos duo principia, duas ue causas trinitati ascribere, alii deniqꝫ qui ingeniosiores haberẽtur mirum in modum contendebant, ut ipsę literę diligentius inspicerẽtur: latini autem audita tanta grecorum inter se controuersia, alias ad eos literas miserunt in hoc tenore. Gręci

❡ Quũ gręci nos calũniantur, ac nobis obiciunt, duo principia, uel duas causas in sancta & cõsubstãtiali trinitate ponere, idcirco ꝓfessionẽ nostrã his lris mãdamus. Credimus in unũ Deũ patrẽ, & in unum filiũ unigenitum, & ex patre natum, & in unum spiritum sanctũ, ex patre quidem habentem essentiam quemadmodum etiam filius, uerum ex filioqꝫ procedentem, quandoquidem patrem unicam filii sanctiqꝫ spiritus causam profitemur, illius quidem per generationem huius uero per processionem. Pe rro autem ne identitatẽ coniunctionẽqꝫ diuinę substantię distribuere, ac ipsam eandẽ substantiam re, non autẽ sola ratione, ab hypostasibus & personis differre, credere uideamur, necnon ne quispiam credendo sanctum Spiritum ex solo patre procedere, tres in partes unicam illam diuinam substantiam diuidi mente concipiat, idcirco uerbum ex filioqꝫ necessarium in symbolo duximus esse, profitentes sanctum Spiritum ex patre filioqꝫ tanq̃ ab unico principio procedere. quas quidem literas cum gręci biduum diligentissime contemplati fuissent, nolentes ulla ratione concedere filium sancti spiritus causam esse, uix ipsi quoqꝫ sententiam suam literis hac forma traditam ad latinos requisiti misere. Latini

❡ Cum latini profiteãtur patrem unicam filii sanctiqꝫ Spiritus cau/ Græ.

ſam eſſe, ac a nobis cõtendant, ut noſtram ſententiã, quidq; in hac re ſentiamus nr̃is lr̃is declaremus, iccirco patrẽ filii ſanctiq; ſpiritus fontem & radicem, filiũ uero & ſanctum ſpiritum, ſecundum primam œcumenicã ſynodum, & magnum Baſilium & Cyrillum diuina germina profitemur eſſe, necnon ſpiritum a filio ſcaturire, hauriri, prodi, emitti, ac profundi.

Latini ℂ Quas quidem literas ad latinos hac conditione grȩci miſerunt, ut ipſas cum uoluiſſent, exponere poſſent. At latini literis ipſis nequaq̃ acquieuere, proferentes ſe uerborum ipſorum expoſitionẽ uehementer deſiderare, quandoquidem uerbum ſcaturire in actis ipſius primȩ ſynodi, hauriri uero & profundi in nonnullorũ ſanctorum commentariis legitur, quid autem talia uerba ſignificent, ut paulo ante dictum eſt, ſe ſcire cupere, quia uulgo ferebantur eiuſmodi uerba, ſecundam ac temporalem miſſionem ſignificare, ſe autem credere, ſanctos patres de una tantum ſancti ſpiritus miſſione literis mandaſſe, ac ipſam ſpiritus a filio effuſionem ſecundam non eſſe, & q̃uis tẽporalis etiam ſancti ſpiritus miſſio ad homines ſit, ſe tamen primam illam inueſtigare, qua quidẽ filius ſancti ſpiritus cauſa creditur eſſe: nam qua ratione ſanctus & hypoſtaticus ſpiritus a filio ſcaturiret, niſi ab ipſo haberet eſſe? uel quo nam modo apud Cyrillum, ab eodem filio, ut a Deo patre proflueret, ſi non ab ipſo dependeret? dicebant ergo latini ſe cum grȩcis in hoc ſentire, uerum ut omnis ambiguitas tolleretur, & ne quiſq̃ impoſterum opinetur, miſſionem ipſam, de qua agitur, in ſimpliſſima diuinitate ſecundam eſſe, icirco declarationem, quam ſupra dixerant, a grȩcis ipſis diſiderare.

Græ. ℂ Quȩ cum grȩci audiuiſſent, magno animi dolore affecti, q; ea ratione modum rei facere non poſſent, proferebant magnum ſe facinus contra trium legatorum patriarcharum uidelicet, heracliẽ. Epheſii, & Monembaſieñ. necnon ex aliis antiſtitibus onchialeñ. ac ex clericis magni bibliothecarii ac protecdici ſentẽtiam comiſiſſe, q; lr̃as ipſas ad latinos ſcripſiſſent, ieq; nil aliud poſſe facere, quãdoquidem latini ſanctorũ autoritatibus acquieſcere nolunt, ideoq; operȩpretium eſſe ad patriã infecta re remeare. Quȩ cũ. S. I. intellexiſſet, eorum ſecordiam exprobrauit, ob quam ſibi uidebatur ipſis male actum fuiſſe, ac ſtatim ad ſummum Pontificẽ iuit, ipſiq; ſignificauit, quȩ inter ſuos antiſtites proferentur, cui Pontifex ſummus ita reſpondit.

¶ Nos Imperator filii sępe sępius a uobis contendimus, ut disputā/do ueritatem inuestigeremus: deinde requirentibus uobis quid nā de summa trinitate sentiremus, bis ad uos scripsimus: quod cū uo/bis nequaq̄ placuerit, quasdam nobis sanctorum autoritates misi/stis: quę quoniam nobis ambiguę uiderentur, uos enixe rogauimus ut ipsas clariores redderetis: uobis autem id facere recusantibus, qd amplius poterimus facere? Pont. sum.

¶ Non equidem pater beatissime gręcorum conuentui dominor, neq; uellem ipsum tyrannice cogere, ut uobiscum pacem componat: qui cum clarissimas suę professionis literas ad uos libenti animo miserit, nescio cur alia opus sit expositione: nā scaturire, profundi, hauriri, & reliqua illa uocabula, filium causam esse significāt, tametsi noster conuentus, ne tumultus ob ignorātiam uulgi fieret, ea clarius explicare non audeat. siquidem igitur uobis credentibus filium sancti Spiritus causam esse, non solum non contradicimus, uerumetiam cum uerbis illis coniungi uolumus, quidnā aliud obsecro a nobis desideratis? Imp.

¶ Quoniam Imperator serenissime conuentus uester uidetur credere uerba scaturire, hauriri, atq; profundi, secundam quandam & temporalem missionem significare, iccirco uehementer desideramus, ut uestram sententiam uestris literis clarius exponatis: quandoquidem ipsi sentimus Cyrillum his uerbis ostendere uoluisse spiritum sanctum ex patre filioq; essentialiter esse, necnon ex filio sicut ex patre procedere. ¶ Quę oīa .S.I. cōuentui suo retulit: qui quidē ea grauiter ferens, post aliquot dies eosdem illos nuntios ad summum Pontificem remisit, eum obsecraturos, ut huius rei tandem faceret finem. qui summus Pontifex statim eosdem ipsos tres Cardinales ad conuentum gręcorū misit, ipsum rogaturos ut suas exponeret litteras, pręsertim quo nam modo illam prępositionem per, intelligeret, cum apud latinos quatuor res uideatur significare, uidelicet instrumentum ut serram, & materiam ut domum, & trāsitum ut aquę ductū, ac naturaliter substantialiterq;, quemadmodum Spiritus sanctus per filium mitti creditur. Quę cū gręcis nuntiata fuerint, Imperator cardinalibus ipsis rn̄dit, suos antistites aliud nolle conscribere, uel proferre, se tamen maximo desiderio affici, necnon paratos esse, cum latinis coniungi, sin minus prope diem a synodo discessuros. hęc & alia uerba similia, Imperator proxima quoq; die Cardinalibus ipsis eandem expositionem enixe petē/ Iul. C

tibus protulit, deinde uero ad summum Pontificem accersitus fuit, cui summus Pontifex ita dixit.

Sum. Pont. ¶ Cum tuum ad coniungendas ecclesias magnum studium Imperator fili uiderem, magno equidem gaudio afficiebar, ita ut ęquo animo labores ac non mediocres sumptus ferrem: nūc autem cōtra, uidens tuorum hominum in tali tantaq; re secordiam & pigritiam, animi dolore afficior, ac simul uehementer admiror, unde nā hæc tam subita tantaq; rerum mutatio sit, cum mihi profecto uideantur absq; consona ratione ab ecclesiarum coniunctione miruminmodum abhorrere, ita ut uidear operam & oleum (ut uulgo dicitur) perdere. Porro autem scire uelim quid unq̄ fuerit opus, inquo uobis non satisfecerimus? uel quid a uobis contenderimus quod fieri non possit? Aut igitur nostram piam professionem suscipite, ac excolite, aut uestras literas, quas nuper ad nos misistis nobis reddite clariores, quo quidem pacto facillime cōiungemur: an quicq̄ prohibet quo neutrum horum possit fieri?

Impe. ¶ Iusta petis .P. S. ut nostras literas exponamus, clarioresq; reddamus, uerum nonnulli pręsules nostri, latinorū petitionē credentes cōgruā rōni nō esse, nolunt ei acqeiscere, difficileq; eis uidet̃ dogma maioꝝ suoꝝ tā subito dimittere, cū semper crediderint, latinoꝝ fuisse sniam, Sp̄m sanctū duas substātiales cās habere, proptereaq; noluerint, illud ex filioq; suscipientes, uobiscum pacem componere: nobis ergo necesse est, ut patrias leges moresq; seruemus: ego uero qui conuentui nr̄o (ut pauloante dixi) nō impero, ipsum tyrānice cogere nolo, ut quicq̄ pręter eius uoluntatē dicat, uel agat, ita ut in hoc, qđ a me pater beatissime petis, minime tibi satisfacere ualeam.

Sum. Pont. ¶ Vester ergo conuētus ueniat, ut mihi respōdeat, ut mihi & tibi Imperatori plurimū conuenit: tum iussu Imperatoris absente tamen ipso, ac patriarcha, gręci oēs antistites ad summū Pōtificem uenere, quem cum Cardinalibus nouem, ac pluribus pręsulibus offendere: ubi consedentibus oibus is summus Pōtifex, orationē hanc habuit.

Sum. Pont. ¶ Nequaq̄ fratres, prudētissimiq; oriētalis ecclesię cōsiliarii, terrenarum & caducarū rerū, aut nostri cōmodi cā, uerū Spū sancto afflati ut dei ecclias cōiungamus nō sine magno labore diuinū hoc opus libenter aggressi sumus, qua quidē in re quātū laboris suscęperimus ac in dies suscipiamus uobis notissimū esse putamus: quod profecto ęquo aīo ferebamus, dū crederemus uos etiā in hanc rē uehemēter incūbere, uidentes multa uos terra mariq; passos ad coniungendas

S

ipſas dei Eccleſias feſtinantes huc conueniſſe. Nunc autē taciti no/
biſcum conſiderantes, uos ipſos negligentes & hac in re pigros fa/
ctos eſſe, uehementer miramur, ac ueſtri plurimū miſeremur etiā
non inſcii uos & patria & neceſſariis, ac ueſtris cōmodis carere, nec
non eccleſias ueſtras nō mediocriter pati, magno animi dolore af/
ficimur, pręſertim bene proſpicientes ſi noſtras Eccleſias, ob negli
gentiam & contumatiam ueſtrā neutiq̄ coniūxerimus, quanta ma/
la futura ſint. Vt autem fratres dogma noſtrum pium eſſe demon/
ſtraretur, frequētes fieri ſeſſiones, ac inter nos diſputationes ab ini/
tio ſtudio ſummo curauimus: at uos ita rem ſemper uoluiſtis differ/
re, ut dum eſſemus ferrarię non amplius .xvi. ſeſſiones fuerint cele/
bratę: quod quidem licet ęgre ferremus, tamē ad ſanctam pacē ꝓſpi
cientes rebus in omnibus, quas a nobis petiiſtis uobis libentiſſime ſa
tisfecimus: communi deinde ſententia ſynodum huc tranſtulimus,
ubi ſane nunq̄ deſtitimus, quin ex mutuis cōditionibus, quas ferrra
rię accepimus, uos ad diſputandum hortaremur, ac huius rei cauſa
quandoq; increparemus. Nā ibi conuenimus, ut tres ſingulā quaq;
ebdomada ſeſſiones celebraremus, etiam ſi ſummus Pontifex, uel
Imperator, uel Patriarcha, uel quiſq̄ ex electis diſputatoribus detē
tus ualetudine a ſeſſione abeſſet, & ſi feſtum, aliud ue impedimen/
tum contingeret, proxima die ſeſſio haberetur, ut nulla ratione, ul
la unq̄ ſeſſio poſſet impediri: at uos uix nouē aliis ſeſſionibus hic Flo
rentię celebratis, ut priuati cōuentus fierent contendiſtis, ſperantes
eo modo noſtrę coniunctionis uiam inuenire: qua etiam in re tāetſi
uobis indulſerimus, nil tñ ob ſecordiam ueſtram profecimus, qñqui
dem contendentibus uobis cognoſcere quid nam de Spiritus ſancti
proceſſione ſentiremus, binas literas ſcripſimus, qđ forſan pro Ro
manę Eccleſię dignitate fieri nō debebat: quāto .n. honore ac obſer/
uantia orientalis Eccleſia Romanam ſemper fuerit proſecuta, uos
ſcire credimus: deinde nobis quoq; uolentibus intelligere quid nā
ipſi de eadem proceſſione ſentiretis, literas nobis multū ambiguas
& obſcuras ſcripſiſtis, poſtremo plurimū reqſiti, atq; rogati, ut eas
exponeretis clarioreſq; rederetis, nobis ſatisfacere noluiſtis, ita ut ip/
ſas intelligere nō poſſimus. Quid igiť faciamus, neſcimus: uidemur
aūt uidere nō ſine oīm nr̄um incōmodo & dedecore, nos qđ abſit
ſemper diſiūctos fore, qđ quidē quo aīo creditis occidētales princi/
pes audituros eſſe? ac nos quāto animi dolore afficiēdos? Vos uero
quāta mœſtitia ueſtrā ad patriā redituros? ꝯtra pie cōiunctis eccl̄iis,

& principes ipsi nobiscũ uehemẽtissime gaudebũt, & oẽs uobis auxilio erunt, ita ut non solum Christiani, qui sub Imperii uestri ditione sunt, uerumetiam illi, qui sub impio tyranno & Christi nominis hoste degunt, animo leuentur: rogamus itaq; uos fratres per Domini nostri Iesu Christi pręceptum, ne uelitis Dei Ecclesias disiunctas semper manere, uerum ipsis coniunctis Deum simul glorificemus, quandoquidem ecclesiarum cõiunctio animabus nostris saluti, nobis uero non mediocri fuerit honori, ac eã dubio procul corporei ac incorporei acerrimi nostri hostes nobiscum Angelis gaudentibus uehementer timebunt, ita ut non minus in cœlo q̃ in terra non mediocre gaudium sit futurum.

Rhu. ¶ Oratio tua pater sanctissime uera nobis uidetur esse, sed quoniã magnę res magna indigent consideratione, iccirco in hoc longissimo tempore in primis serenissimus Imperator consilio & prudentia, deinde nos tum publicis, tum priuatis disputationibus, diligentissima q; peruestigatione, in ecclesiarum coniunctionem mirum inmodum incubuimus, ita ut totos hos quatuor annos, ex quo negotium hoc tractare cœpimus, plurimum laborauerimus. nil mirum autem est si pro magnitudine rei nihil fere cõfecerimus, quãdoquidem, ut pauloante diximus, longa opus est contemplatione.

¶ Quibus dictis gręci ad patriarcham uenere, ac ei omnia retulere, ipse uero sic contendentibus pluribus Rhutenum, & Nicęnum, & Lacedemonieñ ac Mityleneñ. Antistites ad Imperatorem misit, ut ei nuntiarent conuentum gręcorum Patriarcha duce cum latinis coniungi uelle, ideoq; rogarent ipsum, ut pacẽ cõficeret, sin minus inuito eo Antistites suos eã confecturos. Quę cũ Imperator audisset timens ne sui hoĩes in ipsum cõspirarent, cogitare cepit quo nã pacto pacem cum latinis iniret. Die uero sequeti in gręcorum cõuẽtu domi patriarchę facto, hęc habuit uerba.

Impe. ¶ Non alia de cã Põtifices optimi ad hanc uenimus regionẽ nisi ut ecclesias cõiungamus, & nõ pro alia re tot labores pertulimus q̃ nostrę ecclesię dignitatis, ac amplitudinis cã: sed ecce iã mẽsis. xv. agit̃, ex quo patria & cõmodis nostris priuati, in Italia sumus, & nihil profecimus. Porro mihi uidetur disiunctio, ac nostrum a latinis dissidium, pernitiosissimum esse: Coniunctio uero atq; pia concordia nobis ualde cõducere posse. Iccirco duo nobis opposita ut pote mala damniferaq; fugienda sunt, alterum, ne sine ratione cum latinis iungamur, alterum autem, ne impie ab eisdem dissidamus: ergo

diligenter debetis considerare, quid nam nobis magis conducere possit, ac in primis quantum calamitatis talis discordia nobis afferre posset. mementote rogo Patres optimi ut patrię nostrę cōstanstinopolitanę auxilio sitis, quæ quidem sola Christianorum refugium, spes, ac seruatrix in oriente relicta est. Consulite obsecro inocolumitati, ac saluti eius. dicite sententias neq; animabus, neq; corporibus nostris perniciosas. Pia quidem & non absq; ratione Ecclesiarum coniunctio, nobis ualde cōducet, earumdem uero disiunctio contra: sed animarum nostrarum salute omnia debent metiri. Cauendum igitur ne, si talis coniunctio pia est, eā sine ratione fugiatis, itaut tanto taliq; careamus bono: quandoquidē ecclesiarū disiunctio horribilis est, & dicitur. Siquis autem impedit quo minus pia Ecclesiarum pax fieri possit, is cum Iuda damnetur. Tum Antistites omnes una uoce acclamarunt: siquis Ecclesiarum coniunctionem non desiderat, sit Anathema.

¶ Credo equidem fratres, uos non ignorare dissidium & controuersiam nostram cum latinis multorum malorum causam fuisse. Occidentalium ergo, ac orientalium sanctorum doctorum sententias accurate consideremus, quippe qui uidentur inter se q̄ maxime conuenire, quandoquidem nobis credendum est, ipsos a spiritu sancto ęqualiter afflatos fuisse: ipsis ergo debemus ęqualiter credere: nisi aliter uobis uidetur. Annuentibus autem his omnibus Pontificibus, Nicęnus prolixiorem habuit orationem, dicens, si creditis. P. A. sanctos esse concordes, cur etiam ipsis non creditis sanctum Spiritum ex patre filioq; procedere? deinde multas attulit autoritates, pręsertim Cyrilli super Ioanne, & ex eius thesauris, & ex Epiphanii angyroto, quorum alię testabantur sanctum spiritum ex patre filioq; procedere, alię ex utroq;, alię ipsum Spiritum a filio habere esse, alię uero ab eodem profundi & mitti. Quibus quidem orientalium doctorum sententiis intellectis, Mitylenen̄. etiam pręsul sanctos occidentales doctores citauit, proferentes Patrem & filium unicam sancti Spiritus causam esse, patrem tamen pręcipuam esse causam, licet Spiritus ex consubstantiali quoq; filio sit, ac ex utroq; procedat. quibus omnibus sanctorum sententiis uisis, Pontifices ipsi dixerunt se nunq̄ alias ipsas intellexisse, nunc autem eas, æquo animo suscipere, tum Imperator dixit illis, si ergo talibus sententiis acquiescitis, uestras sententias dicito: ii uero Pontifices ac Patriarcha simul responde-

Rhu.
Bes.
Mity.

runt, occidentales sanctos sectari uelle, ac ipsorum doctrinam suscipere, quam quidem necesse est ueram esse, cum ab uno eodemque sancto Spiritu equaliter omnes afflati fuerint. Sequenti autem die Georgius scholarius uir doctissimus, qui cum sacris initiatus non esset, in synodum uenire non poterat, ab Imperatore uocatus, ut quid nam in hac sentiret materia, proferret, hanc orationem in conuentu grecorum habuit.

Scholarius. ¶ Quid equidem Imperator optime de facienda cum latinis pace senserim, ac sentiam, ex sermone, quem nuper ad hos amplissimos Patres scripsi, patet: quo quidem ipsos ut cum latinis coniungerentur, ad pacemque componerent, & rei publicę constantinopolitanę auxilium ferrent, pro uiribus hortatus fui. Nunc autem duas alias orationes, quas nuper exaraui, tibi consecro, in quarum altera continetur, qua nam ratione pax huiusmodi fieri debeat, in altera uero non argumentis ac humanis probationibus, uerum ex ipsa sacra scriptura, & sanctorum doctorum sententiis demonstratur sanctos omnes doctores inter se concordes ac consonos esse: quas quidem duas orationes serenissime Imperator tametsi neque sapientia, neque scientia, neque ingenio praeditus sim, pro meo tamen munere ac gratiis, quas mihi pro illo primo meo sermone humanissime reddidisti, quas equidem minimas simul & maximas esse censeo, illud quod alias maioribus me beneficiis affecisti, hoc autem quod indignus sum, ut tot ac tantę mihi gratię agantur, pro meo inquam munere, ac horum pręstantissimorum patrum in me mutua beneuolentia, summo studio ac lucubrationibus, & longis uigiliis composui: quibus plane patet, quid nam ego in hac re sentiam, uidelicet omnes probos & non contentiosos Christianos firmiter credere debere, sanctos doctores, ut paulo ante dictum est, quam maxime concordes esse, quorum omnium rationem, cuique uolenti auscultare paratus sum reddere. Porro quoniam tu Imperator diuine ac omnes hi pręstantissimi Patres mihi iubetis ut ego quoque quid nam de tali re sentiam nunc in medium proferam, iccirco tametsi conuenientius esset mihi, paci per uos faciendę acquiescere, quam in ea sententiam dicere, quandoquidem talem proferre sententiam ad Ecclesiarum rectores pertinere uidetur, tibi tamen imperanti mihi non autem quod autoritate mea in hac re opus sit, pro uiribus satisfaciam. Sed ubi de fide ueritatisque professione agitur, propria uti autoritate ineptis-

simum est, nam nec imprudentium quisq aliquid crederet, quod non aliqua ratione constaret licet sola fidei ueritate (ut nouimus) Christiani seruari, & diuinam gratiam consequi possunt, sed hec hactenus: primum autem Deo optimo maximo. S. Impe. gratias ago, qui uestrum omnium mentes ad componendam pacem sibi gratissimam, direxisset: quiq passus nequaq fuisset, ut sui fideles spe tanta fraudarentur: me deinde, uestri sacri conuẽtus, quinimmo huius oecumenicę synodi sententię ac futuro decreto summitto, quod quidem summa ueneratione ac non mediocri gaudio suscipiam & amplectar, ipsiq magnum honorem pro uiribus tribuã, ut pote quod non ab hominibus, sed a deo esse prolatum existimem: hanc autem sententiam dico non quia laycus sum, ob idq mihi necesse est, diuino tuo imperio, & oecumenico Patriarchę nostro, & huic sancto conuentui, & multo magis generali synodo semper obedire, neq preterea q in hac materia semper huius sententię fuerim ut cum latinis coniungeremini, uerum & si contrariam sententiam prius habuissem, & quauis dignitate in dei Ecclesia preditus essem, sapientiaq cęteros mortales pręcellerem, adhuc tamen non aliam sententiam in pręsentia dicerẽ. Demum magno affectus desiderio ueritatis confessione meam linguã expiare, sanctificareq ut Christi seruatoris nostri de me quoq confessionem in coelis expectem, quam quidem ipse, qui ueritas est, his qui eum coram hominibus profiteantur, promittit, pia mente credo & profiteor sanctos doctores tam orientales q occidentales, quos inter se consonos esse necesse est, & quorum alii literis mandarunt, sanctum Spiritum ex patre filioq, Alii ex patre per filium procedere, uel mitti, uel ex filio, uel ex patre per filium esse, alii uel ex filio profundi quemadmodum ex patre, uel substantialiter ex utroq effundi, uel deniq ex filio scaturire, ac alia id genus, sanctos inquam doctores ipsos, ad hanc unam ueritatem aspexisse sanctum ipsum spiritum a patre filioq accipere esse, ac ex patre filioq procedere, ut ab unico principio, atq uno mittente, patremq simul & filium unicum spiritus sancti principium esse, non autem ex eo propterea consequi, patrem & filium duas causas esse, neq ipsos inter se confundi, quamuis nõnulli suspicentur, huic sententię talia incommoda contingere, quod ideo ipsis accidit, q sententiam ipsam non bene percipiunt: ego autem credo sanctum Spiritum ex patre filioq uel ex patre per filiũ ut ab unico

principio causa sic procedere, ueram sententiam esse, ac sanctos omnes, quos supra diximus, in hoc concordes fuisse, quinimmo nequaquam fieri potuisse, ut in aliquo dissentirent. proptereaque duas causas in diuinis esse credentes, aut patris filiique personas confun/
Rhu. dentes execrandos anathemateque notandos censeo. dixit, ac sta/tim e cõuentu exiuit. Greci uero multis orientalium doctorũ sen/tentiis repetitis, & accurate consideratis, patefacta denique ueritate, sententias suas hoc modo, ac ordine dixerunt.

Iose. Priar. Cõst. ¶ Occidentalium ac orientalium sanctorum doctorum scripta diligenter auscultauimus, quorum alia sanctum Spiritũ ex patre filioque, alia uero ex patre per filium procedere testantur: quę quidẽ omnia tametsi significent idem, nos tamen illud ex filioque postponentes, sanctum Spiritum ex patre per filium ab ęterno substantialiterque, ut ab unico principio, uel unica causa procedere profitemur, quandoquidem prępositio per, in sancti Spiritus processione causam significat. grecorum snía.

Imp. ¶ Hanc equidem sanctam generalem synodũ nequaquam cęteris inferiorem esse censeo, quarum alię quis pro multitudine patrum, alię Gregorii & Cyrilli, alię uero aliorum clarissimorum doctorum autoritate fuerint illustres, hanc tamen non minus ipsis piam & sanctam existimo, neque ipsam minori prosequor ueneratione, quod in ea diuinior & difficilior quęstio tractatur: & uiri, qui tantam rẽ agũt, sacri uenerationeque plurima digni sunt, pręsertim Pontifex summus, ac Patriarcha noster sanctissimus: cum igitur hæc synodus talis ac tanta sit, ego dei gratia Imperator, eius futurę sentẽtię acquiescere, quodque decretum ipsa, uel maior numerus patrum ediderit, more maiorum meorum, ac pro uiribus sacri Imperii absque aliqua excusatione defendere promitto, tum causis antedictis, tũ etiam quod mihi ipsi suadeo, ubi de diuinis dogmatibus in œcumenica synodo agitur, sanctam dei ecclesiam communi patrum sentẽtia nequaquam errare posse. fieri namque potest, ut unus, duo, tres, uel plures homines per se se meditantes ac rem aliquam contemplantes aberrent, Communem autem ecclesiam, de qua dominus dixit, tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non prçualebunt aduersus eam, errare non posse cẽseo, alioquin & seruatoris nr̃i uerba uana essent, & nr̃a religio pessum daretur: quę quia maxima incommoda essent, credendum potius fieri non posse, ut Ecclesia dei decipiatur. Necesse est ergo, ut

paulo ante dictum est, Imperatoriam maiestatem Ecclesię decreta defendere. sed uelim, ne a latinis cogamur, ut sacro symbolo nostro, quicq̃ apponamus, uel cęremoniarum aliquid in Ecclesia nostra mutemus.

Sanctorum occidentalium scripta nobis suscipienda cēseo, sanctumq; Spiritum ex filio habere esse, necnon patrem & filium unicam Spiritus causam esse, credo & profiteor, ac coram Deo & uobis palam dico. Rhu.

Post autem Bessarion eandē sententiā dixit, uerum enimuero rē altius repetens, plurimis ac fortissimis argumētis ostendit, eū Christianum seruari non posse, qui sanctum Spiritū ex patre filioq; procedere, crederet minime. Bessa.

Ego ab ineunte ętate literis & sermone cū latinis certabā acerrime, ipsis semper contradicendo, q; mihi duas in sacratissima trinitate causas ponere uiderentur. dicentes filium sanctiq; spiritus causam esse: nunc autem in synodo, dogmate ipsorum accurate dilucidato, eos longe aliter & non a ratione aliena sentire cognoui, qñquidem profitentur patrem ut pater est, filii patrem esse, ac filium, qua filius est, patris filium esse, cum relatiua & ad aliquid sint, sanctum autem spiritum per se se neq; ad patrem, neq; ad filium referri, quatenus pater & filius sunt, q; Spiritus per se relatiuum nō est, ratione uero, qua spiritus est, ad spirantem referri, neminēq; proferre debere, patrem & filium spirantes non esse, cum passim legatur spiritum patris & filii esse, ac in euangelio scriptum sit, ego in patre, & pater in me est, et qui uidet me, uidet & patrem meum. ergo pater & filius unica spirandi, mittendi ue facultate (ut bene latini dicunt) sanctum spiritum spirant. quę cum a sanctis doctoribus memorię tradita diligenter uidissem, omnes ualde consonos, ac cōcordes esse percepi, q̃uis occidentales magisq; orientales exprësse clareq; literis ea tradiderint: nam orientales his uerbis, profundi, emitti, scaturire, hauriri, ac aliis id genus uocabulis usi fuerunt, sanctumq; spiritum per filium procedere protulerunt: occidentales uero sanctum spiritum ex patre filioq;, tamq̃ ab unico principio procedere, literis clarissime mandauere: quorum item ego uolens sequi uestigia, sanctum spiritum ex patre filioq; ut ab unico principio, non autem a duabus causis procedere profiteor, quandequidem nō patrem, unā, filium alteram spiritus sancti causam esse, sed patrem unicam filii ac Spiritus causam ab ipsis latinis perdidici, pa Myra

tremq; simul & filium unicum ipsius Spiritus principium esse, ita ut cum sanctus Spiritus ex patre filioq; procedere celebretur, tanq̄ ab unico principio intelligi debeat: quod ita esse coram deo & hominibus credo, & profiteor.

℄ Tum nonnulli alii patres eandem sententiam dixere, post autem aliquot dies facto iterum in patriarchę domo conuentu Imperator hæc uerba fecit.

Imp. ℄ Proximis diebus Pontifices optimi multorum ex uobis sententias intellexi, & coram nobis & patriarcha meam dixi, & iam mihi notissimum est maiorem digniorem q; partem uestrum cum latinis sentire, credereq; proculdubio prępositiones per & ex idem significare, necnon occidentalium doctorum autoritates suscipiendas, quibus patet clarissime sanctū Spm ex pr̄e filioq; ꝓcedere. Operę pretium igitur est, ut qui proximo conuentu non dixit suam sententiam, eam in pręsentia dicat, ut hoc tandem negotium concludamus. Respondentibus autē omnibus ualde conueniens esse, ut patriarcha primus suam sententiam dicat, is ita protulit.

Priarcha Cōstātinus. ℄ Ego nostrum paternum dogma nō derelinquam, neq; mutabo, sed in eo quousq; uixero permanebo, sed quoniam latini non temere, nec ex sententia propria, uerum sanctorum autoritatibus adducti, sanctum Spiritum ex patre filioq; procedere credūt, iccirco eis assentior, & cum ipsis coniungor, ac prępositionem per filium Spiritus sancti causa m significare concedo.

Gręci ℄ Tum patres frequentes pręsertim Cysicēsis & Trapesundeñ. ac Moncimbalieñ. & Heracheñ. qui antea uehementissime repugnabant, eandem sententiam dixerunt, excepto solo Ephesio qui in eadem permansit perfidia, sanctum spiritum ex filioq; nequaq̄ procedere. Conuentus ergo gręcorum in hanc sententiam iuit, sanctū Spiritum ex patre filioq; ut ab uno principio, ac unica substantia, unica spiratione, processioneq; procedere, per filium uero, tanq̄ a consubstantiali eiusdemq; naturę. Postridie autem gręci iterum cōgregati eandem ipsam sententiam dixerunt, ac tribus literis tradiderunt: quarum unas summo Pontifici, alteras Imperatori, tertias uero patriarchę dedere. quas cum summus Pontifex uidisset, magno gaudio affectus, conuocatis extraordinarie tam gręcis q̄ latinis Pontificibus omnibus Imperatore tantum & patriarcha absentibus, literas ipsas gręco latinoq; sermone recitari iussit, quibus quidem perlectis, omnes amplexati, ac inter se obsculati fuere. Tū summus Pō/

tifex, Creten. Archiepiscopũ & Coronenũ Episcopũ, ac nescio quẽ thomam doctorem ad imperatorem misit, ut ei pacem eiusmodi nõ mediocri omnium gaudio confectã esse, nunciarent. Sequenti uero die greci a summo Pontifice requisiti, ut de suis presulibus quosdam ad eum mitterent Rhutenum, & Bessarionẽ, & Trapesuden. ac Mitylenen. ad ipsum miserunt, quibus ita locutus fuit.

¶ Nos spiritus sancti gratia coniuncti sumus, ac in precipua questione, de qua uehemẽter ambigebamus, ita cõuenimus, ut nil amplius de ea dicere debeamus. Porro autem operepretium est, ut & de purgatorio igne, & de summi Pontificis principatu, & de azimo & fermentato pane, de diuina deniq; panis transmutatione agamus, ut omni ex parte coniũctio nostra sit absoluta, ita ut nulla inter nos controuersia imposterum relinquatur. Sum. Pont.

¶ Cui summo Pontifici statim hi presules responderunt, nos pater sanctissime nullam ad hec respondendi facultatem habemus, tamen ex nobis ipsis proferimus iustorũ animas perfectam laureolam, in coelo iam consecutas esse, ac impiorum perpetuas penas luere, medias uero in purgatorio esse. quod quidem siue ignis, siue obscuritas, siue turbo, siue id genus aliud sit, non referre. summum uero Pontificem priuilegia sua merito habere debere, que ante nostrum dissidium habuisset: nam de pane siue azimus, siue fermentatus fuerit, greci non curant, dummodo ex tritico constet, & sacerdos qui Christi sacratissimum corpus conficit, legitimis sit sacris initiatus, & ubi missa celebratur sacer locus sit. De panis autem transmutatione latinis querentibus, cur greci post hec dominica uerba, Accipite & manducate, ac infra bibite ex hoc omnes, quibus profecto uerbis sacramentum confici creditur, hac etiam utuntur oratione, & fac panem quidem hunc honorabile corpus Christi tui, quod autẽ in Calice isto est, honorabilem sanguinem Christi tui, ea sancto tuo Spiritu transmutante, responderunt, se firmiter credere uerbis illis dominicis sacramentum fieri, sed quemadmodum latini confecto sacramento hac solent uti oratione. iube hec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuũ, ita quoq; grecos illa uerba proferre solere, ut sacratissimum Christi corpus & sanguis peccatorum nostrorum remissioni, ac nostris animabus saluti fiat. Quibus quidem quatuor questionibus dissolutis summus Pontifex petiit, ut de diuina panis transmutatione, que quidem quarta questio fuit in synodo ageretur. At greci dixerunt se sine totius orientalis Ecclesie au- Greci

toritate quęstionem aliam tractare non posse, cum pro illa tantū de Spiritus sancti processione synodus conuocata fuerit, se tamen hęc uelle Imperatori referre.

Mors subita p̄riarchæ.

℄ Dum autem hęc agerentur, inclinante iam die increbuit patriarcham nostrum mortem subitam obiisse: accurrimus, ac ipsum mortuum uidimus, & nobis causam tam subitę mortis quęrentibus eius famuli responderūt, ipsum postq̄ cenasset, in penetrale domus scribendi causa, ut sui moris erat, intrasse, dum uero scriberet, tremore ac animi langore affectum, statim occubuisse: cupientes autē ipsi uidere quid nam tum literis mandaret, has literas iam iam scriptas offendimus.

Literę p̄riarchæ.

℄ Ioseph miseratione diuina constantinopolis & nouę Romę Archiepiscopus, ac œcumenicus Patriarcha, quoniam ad extremū uitę meę perueni, iccirco pro meo munere dilectis filiis benignitate dei meam sententiam his literis palam facio: nam quę dn̄i Iesu Christi Catholica & Apostolica Ecclesia Romę ueteris sentiat, ac celebret, omnia me quoq; sentire credereq; profiteor ac ipsis plurimū acquiesco. Beatissimum autem patrum patrem, ac summum Pōtificem, Romęq; ueteris Papam Domini nostri Iesu Christi uicariū esse concedere, atq; animarum purgatorium esse non inficior. Dat. Florentię die. viii. mensis Iunii. M. cccc. xxxix.

℄ Mane autem magna Cardinalium & Pontificum Florentinorumq; pompa, ipsum in sanctę Marię Nouę templo, Sepulcho cōdidimus, postridie uero summus Pōtifex cōuocatis ad se Rhuteno, & Nicęno, ac Mitylenen̄. sic fuit locutus. Magno animi dolore afficimur, tum ob uestri Patriarchę mortem, tum etiam ipsius nostrę coniunctionis causa, de qua ipse bene sentire, ac in eam uehementer incumbere (id quod ipsi plane non agitis) uidebatur: operę precium autem est, quandoquidem pręcipuam illam & ad fidem q̄ maxime pertinentem quęstionem conclusimus, ut de his etiam aliis quęstiunculis per sessiones agamus, ut nostra coniunctio firma stabilis, & absq; aliqua controuersia imposterum sit, uidelicet de azimo & fermentato pane, de purgatorio, de summi Pontificis potestate, necnon de diuina panis transmutatione, an deniq; gręci particulam ipsam ex filioq; symbolo debeant addere.

Sum. Pont.

℄ Quę cum ipsi Pontifices intellexissent, ad quatuor ipsas primas quęstiunculas, ut pridie responderunt, ad ultimam uero dixerunt ita, nos pater sanctissime illud ex filioq; uerum esse concedimus, ac

Gręci

ipsum in occidentali ecclesia celebrandū permittimus, quandoqui/
dem nobis constitit urgente necessitate ad declarādum diuinū sym/
bolum a uobis additum fuisse, cum non diuersam fidem significet,
necnon utraq; symbola unum esse, ipsam tamen particulā symbo
lo nr̄o apponere nolumus, sed hac cōditione uobiscū cōiungimur.
¶ Hęc gręci, nolentes tamen, consentiēte Imperatore ut de alia
quęstione pręter illam de Spiritus sancti processione in unionis lite
ris ulla mentio fieret: contendente uero summo Pontifice ut etiam
de reliquis ageretur, excepta illa de panis transmutatione ut perfe/
ctissima fieret unio: cum pręsertim ferrarię de purgatorio bene fue
rit dictum: post plurimam inter latinos & gręcos contentionē Im/
perator iussit latinis ut dicerent, quid nam de summi Pontificis po/
testate, necnon de azimo & fermentato pane sentirent. Tum sum/
mi Pōtificis iussu Ioannes ille ac nescio quis frater Ambrosius in gręe
corum conuentu multa de quęstionibus ipsis uerba fecerunt. Post
autem aliquot dies frequenti gręcorum conuentu, in domo Impe/
ratoris, latinis absentibus facto, post plurimam inter gręcos dispu/
tationem, lectis gręcorum doctorum de summi Pontificis potesta/
Ro. te sententiis, definitum fuit, non solum Romanam Ecclesiā de Spi
Pōt. ritus sancti processione pie sentire, uerum etiam ipsi necessitate ur/
ptās. gente, iure suo particulam illam ex filioq; symbolo apponere licuis
se. Necnon Romanum Pōtificem primatum in uniuersum orbem
tenere, Beatiq; Petri principis Apostolorum successorem ac uerum
uicarium, & totius Ecclesię caput, ac omnium Christianorum pa/
trem, & doctorem esse: ipsiq; ad pascendam, regendam, & guber/
nandam uniuersam Ecclesiam plenam a domino nostro Iesu Chri/
sto potestatem fuisse traditam. Pręterea purgatorium esse: & siue in
azimo siue in fermētato pane sacramētum fieret, minime referre.
Quę cū latinis mirūinmodū placuissent sex pręstātissimi uiri utraq;
ex parte selecti fuere: qui consultis cęteris patribus sanctę cōiunctio
nis literas componerent, atq; conscriberent. Dum autem hęc age
rentur, serenissimus Imperator Heracleñ. & Ephesiū, & Rhutenū
ac Nicęnum ad se conuocari iussit: eo scilicet animo ut Ephesiū hor
taretur: ut is etiam in cęterorum patrum sententiam iret, et cū la/
tinis coniungeretur. At ille ne uerbum quidem uoluit audire. Duo/
decim autem illi selecti in componēdis literis ipsis in hoc discordes
fuerunt: nam gręci uolebāt ut uel de summi Pontificis nomine nul
la prorsus in eis mētio fieret: uel hęc uerba in eisdē lr̄is scriberētur

consentiente ad infrascripta Imperatore: necnõ p̃riarcharũ loca tẽnentibus, & cęteris orientalem ecclesiã repręsentantibus: quibus quidem gręcis summus Pontifex in hoc etiam humanissime satisfecit: ut de Imperatore, ac patriarchis, ut uellent, fieret mentio. Demum duodecim illi doctores concordes literas conscripserunt: quas cum summus Pontifex & Imperator accurate uidissent. Iusserunt ut gręcis & latinis literis in uno eodemq; folio describerentur, ita ut a parte dextra latine cum occidentaliũ patrũ subscriptionibus, ac summi Pontificis sigillo, ab altera uero parte gręce cũ gręcorum item subscriptionibus necnon ipsius Imperatoris sigillo scriptę essent. Quibus quidem omnibus rite diligẽterq; peractis, cõmuni partiũ ambarũ consensu, summus Pontifex Imperatore pręsente, omnibusq; tam gręcis q̃ latinis pręsulibus uestibus sacris indutis, in templo sanctę Marię liberatę die lunę sexta mensis Iulii missam solemniter celebrauit. qua quidem celebrata ipsę eędem literę a Iuliano Cesarino sanctę Sabinę Cardinali latine, a Bessarione uero gręce, dei gratia lectę, promulgatęq; fuere in hac forma.

Sanctę unionis literę.

EVgenius Eps̃ seruus seruorũ dei Ad ppetuã rei memoriã cõsentiẽte ad infrascripta carissimo filio nr̃o Ioanne Paleologo Romęorũ Imp̃atore illustri, & loca tenẽtibus uenerabiliũ fratrũ nr̃orũ p̃riarcharũ, & cęteris oriẽtalem ecclesiã repręsentẽtibus. Letent̃ cœli & exultet terra, sublatus est enĩ de medio paries, q occidẽtalẽ oriẽtalẽq; diuidebat ecclesiam, & pax atq; cõcordia rediit, illo angulari lapide Christo, q fecit utraq; unũ, uinculo fortissimo caritatis & pacis, unumq; iungente parietem, & perpetuę unitatis fœdere copulante ac continente, post q̃ longã meroris nebulã, & dissidii diuturni atrã ingratãq; caliginẽ serenum omnibus unionis optatę iubar illuxit. Gaudeat & mater Eccl̃ia, quę filios suos hactenus inuicẽ dissidẽtes, iã uidet in unitatẽ paceq; rediisse, & quę antea in eorũ seperatiõe amarissime flebat, ex ipsorũ modo mira cõcordia cũ in effabili gaudio oĩpotẽti deo gr̃as referat. Cũcti gratulent̃ fideles ubiq; per orbem, & qui Christiano censentur nomine matri catholicę Ecclesię colletentur. Ecce enim occidentales orientalesq; patres post longissimum dissentionis atq; discordię tempus se maris ac terrę periculis exponentes, omnibusq;

tandem in infrascriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt & cōsenserunt. In nomine igitur sanctæ trinitatis patris & filii & Spiritus sancti hoc sacro uniuersali approbante florentino concilio diffinimus, ut hæc fidei ueritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quia Spiritus sanctus ex patre & filio æternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex patre simul & filio, & ex utroque æternaliter tanq̄ ab uno principio & unica spiratione procedit, declarantes q᷑ id quod sancti doctores & patres dicunt ex patre per filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum græcos quidem causam, secundum latinos uero principium subsistētiæ Spiritus sancti, sicut & patrē: & quoniam omnia, quæ patris sunt, ipse pater unigenito filio suo gignendo dedit, præter esse patrem, hoc ipsum q᷑ Spiritus sanctus procedit ex filio ipse filius a patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Diffinimus insuper explicationem uerborum illorum, filioque ueritatis declarandæ gratia et imitnente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositum. Item in azimo siue fermentato pane triticeo, corpus Christi ueraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suæ ecclesiæ siue occidentalis siue orientalis consuetudinem. Item si uere penitentes in dei caritate decesserint, anteq̄ dignis pœnitentiæ fructibus de comissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari, & ut a pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium uiuorum suffragia missarum scilicet sacrificia, orationes & elemosinas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt, secundum ecclesiæ instituta; illorumque animas, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, uel in suis corporibus uel eisdem exutæ corporibus pro ut superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi & intueri clare ipsum Deum trinum & unum, sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem aīas, qui in actuali mortali peccato, uel solo originali decedūt, mox in infernum descendere, pœnis tn̄ disparibus puniēdas. Itē diffinimus sanctā aplicā sedem & Rom. Pōtificē in uniuersum orbē tenere primatū, & ipsum Pōtificē

Ro. successorē esse beati Petri principis aplor, & uerē Christi uicariū totiusq; eccliç caput, & oīm Christianor Patrē ac doctorē existere, & ipsi in beato Petro pascēdi, regēdi, & gubernādi uniuersalē ecclesiā a dño nro Iesu Christo plenā ptātē traditā esse, quēadmodū etiā in gestis œcumenicor cōcilior, & in sacris canonibus cōtinetur. Renouantes insup ordinē traditū in canonibus, cęteror uenerabiliū p̄riarchar, ut P̄riarcha cōstātinopolitanus secūdus sit post sanctissimū Ro. Pōtificē, tertius uero Alexādrinus. iiii. aūt Antiochenus, & .v. Hierosolimitanus. saluis uidelicet priuilegiis oibus & iuribus eor. Dat. Florentię in sessione publica synodali solemniter in ecclesia maiori cęlebrata. Anno Incarnatiōis dñicę. M. cccc. xxxix. Pridie Nonas Iulii Pontificatus nostri Anno Nono.

Subscriptiones Imperatoris ac orientalium patrum, qui in synodo aderant.

Ego Ioannes Paleologus fidelis in Christo Imperator ~~ac potentissimus~~ Romanorum subscripsi.
Ego Antonius humilis Metropolita Heraclieñ. & cōsiliarius ędesimorum totius Thratię & Macędonię Pontifex, & philothei sanctissimi Patriarchę, & sedis apostolicę Alexandreę locum tenens subscripsi.
Ego Gregorius Protosingelus cōfessor Spūalis, ac sedis apostolicę Alexandreę & eius domini Patriarchę locum tenens subscripsi.
Ego Isidorus Metrapolita ciebi & totius rhosię, ac domini Dorothei patriarchę Antiocheni & eius sedis apostolicę locum tenens subscripsi.
Ego Dositheus humilis Metrapolita Monembasię & Ioachini sanctissimi patriarchę Hierosolimitani ac eius apostolicę sedis locum tenens subscripsi.
Ego Metrophanes humilis Metrapolita Cysici, ac locum tenens Angirensis subscripsi.
Ego Dorotheus humilis Metrapolita trapesundeñ. ac locum tenens Cęsarieñ. Antistitis subscripsi.
Ego Bessarion diuina miseratione Archiepiscopus Nicęnus, ac locum tenens sardensis pręsulis subscripsi.
Ego Macarius humilis Metrapolita nicomedię subscripsi.
Ego Ignatius humilis Metrapolita tornobi, ac locum tenens Ni-

comedien. Antistitis me subscripsi.
Ego Dorotheus humilis Metrapolita Mytilenen. ac locumetnens sidensis Pontificis me subscripsi.
Ego Damianus humilis Metrapolita Muldoblachiensis ac locum tenens Sebastien. pręsulis subscripsi.
Ego Ioseph humilis Metrapolita Amasiensis subscripsi.
ego Nathanael humilis Metrapolita colossensis ac insularum cycladum subscripsi.
ego Calistus humilis Metrapolita dristensis subscripsi.
ego Genadius humilis Metrapolita gannensis subscripsi.
ego Mattheus humilis Metrapolita Melenicensis subscripsi.
ego Dositheus humilis Metrapolita Dramensis subscripsi.
ego Sophronius humilis Metrapolita Anchialensis subscripsi.
ego Bessariō Archiepiscopus Nicęnus mandato ac nomine Hemanuelis diaconi ac magni sachelarii Chrysocuchi uulgo nuncupati, qui eadem nobiscum sentit subscripsi.
ego Theodorus zāthopulus diacōus & magnus sachrista subscripsi
ego Michael balsamorum Archidiaconus & magnus bibliothecarius subscripsi.
ego Siluester Syropulus diaconus ecclesiarches, ac iuris seruator subscripsi.
ego Gregorius, protecdicus diaconus Cappadocus subscripsi.
ego Constantinus Archipręsbyter, ac locum tenens muldoblachiensis pręsulis subscripsi.
ego Ecclesiarches uenerādę māsionis & sanctę Basilicę magnę laurę montis sancti, ac ipsius mansionis locum tenens subscripsi.
ego Athanasius olim Abbas circumspectę subscripsi.
ego Gerōdius Abbas sanctę Mansionis omnipotentis subscripsi.
ego Germanus olim Abbas sancti Blasii subscripsi.
ego Pachumius confessor ac Abbas sancti Pauli subscripsi.

¶ Subscriptiones latinorum patrum.

¶ Ego Antonius Eps Hostien. Cardinalis Bononien. supradictas diffinitiones ueras, & catholicas esse affirmo, & illis me subscripsi.
Ego Berrāda Eps Portuen. Card. Placētinus me subscripsi.
Ego Nicolaus tituli sanctę Crucis pręsbyter Card. me subscripsi.
Ego Franciscus tituli sancti Clemētis pręsbyter Car. me subscripsi.
Ego Vetigloriotus tituli sancti Marci pręsbyter Car. me subscripsi
Ego Iulianus tituli. S. Sabinę presbyter Cardinalis. me subscripsi.

Ego Prosper sancti Gregorii ad uellū aureum diaconus Cardinalis me subscripsi.
Ego Dñicus sanctę Marię in uia lata diaconus Card. me subscripsi.
Ego Blasius Patriarcha Hierosolimitanus me subscripsi.
Ego Marcus Patriarcha gradeñ. me subscripsi.
Ego Ioānes Eps̄ Murieñ. Illustrissimi dñi Ducis Burgundię & Barbantię orator me subscripsi.
Ego Ioānes Eps̄ Niuerneñ. eiusdē dñi Ducis orator me subscripsi.
Ego Bartholomeus Spalateñ. me subscripsi.
Ego fantinus Archiepiscopus Creteñ. me subscripsi.
Ego Iulianus Archiepiscopus Piranus me subscripsi.
Ego Andreas Archiepiscopus Collosseñ. me subscripsi.
Ego Nicolaus Archiepiscopus Capuanus me subscripsi.
Ego Lodouicus Archiepiscopus Florentinus me subscripsi.
Ego Latinus de Vrsinis Archiepiscopus Troianus me subscripsi.
Ego Benedictus Archiepiscopus Consanus me subscripsi.
Ego Episcopus Andrieñ. me subscripsi.
Ego Petrus Eps̄ Paduanus me subscripsi.
Ego Daniel Episcopus Concordieñ. me subscripsi.
Ego Antonius Portugaleñ. Episcopus me subscripsi.
ego Bartholomeus Episcopus Valuensis me subscripsi.
ego Thomas Episcopus fareñ. me subscripsi.
ego Christophorus Episcopus Ariminensis me subscripsi.
ego Amicus Episcopus Aquilensis me subscripsi.
ego Petrus Episcopus digniensis me subscripsi.
ego Ioannes Episcopus Ferrarieñ. me subscripsi.
ego Valentinus Episcopus ortanus me subscripsi.
ego Ioannes Episcopus Arbeñ. me subscripsi.
ego Bernotius Episcopus Esularum me subscripsi.
ego Carolus Seneñ. Episcopus me subscripsi.
ego Andreas Episcopus Negareñ. me subscripsi.
ego Carolus Episcopus olim Mutieñ. me subscripsi.
ego Nicolaus Episcopus Tiburtinus me subscripsi.
ego Antonius Episcopus Graiceñ. me subscripsi.
ego Angelus Episcopus Pareñ. me subscripsi.
ego Petrus Episcopus Autereñ. me subscripsi.
Ego Mattheus Episcopus zapateñ. me subscripsi.
Ego Angelus de Grassis Episcopus Arumeñ. me subscripsi.

ego Petrus Episcopus Mesanus me subscripsi.
ego Petrus Episcopus Cabaliceñ. me subscripsi.
ego Antonius Episcopus Cesanus me subscripsi.
ego Donatus Episcopus Pistorieñ. me subscripsi.
ego Scipio Episcopus Mutinensis me subscripsi.
ego Christophorus Episcopus Coroneñ. me subscripsi.
ego Andreas Episcopus Conuersaneñ. me subscripsi.
ego Alexius Episcopus Clusinus me subscripsi.
ego Garsias Episcopus Tudeñ. me subscripsi.
ego Gregorius Episcopus Granatensis me subscripsi.
ego Aimericus Episcopus Montis regalis me subscripsi.
ego Baptista electus & confirmatus Theatinus me subscripsi.
ego Nicolaus Tricaricensis me subscripsi.
ego Ioãnes electus & cõfirmatus Ageneñ. me subscripsi.
ego Guilielmus electus & cõfirmatus Leoneñ. me subscripsi.
ego Andreas Episcopus Roffinensis me subscripsi.
ego Mattheus Episcopus Cortoneñ. me subscripsi.
ego Iulianus electus & confirmatus Citarideñ. me subscripsi.
Ego Ioannes Episcopus Canapeñ. me subscripsi.
ego Thadeus Episcopus Acestiateñ. me subscripsi.
ego Petrus Archidiaconus Treceñ. Ambasciator Illustrissimi Ducis Burgundię me subscripsi.
ego Zanonus Episcopus Baioceñ. me subscripsi.
ego Laurentius Episcopus Archaiensis me subscripsi.
ego Lodouicus Episcopus Teruisinus me subscripsi.
ego Ioãnes de mella electus & confirmatus Leoneñ. me subscripsi.
ego Guilielmus electus & cõfirmatur Andeganeñ. me subscripsi.
ego Ambrosius generalis ordinis Camandulensium me subscripsi.
ego frater Guilielmus generalis minorum me subscripsi.
ego Girardus frater generalis Augustinensium me subscripsi.
ego Placidus generalis uallis umbrosæ me subscripsi.
ego Comerius Abbas Florentinus me subscripsi.
ego Ioannes de Vrsinis Abbas Forsensis me subscripsi.
ego Antonius Abbas sancti Caprusii me subscripsi.
ego Franciscus Abbas sancti Leonardi me subscripsi.
ego Federicus Abbas de Borto me subscripsi.
ego Georgius Abbas desereñ. me subscripsi.
ego Antonius Abbas de Alphyllo me subscripsi.

Ego Bartholomeus Abbas Campasilonis me subscripsi.
Ego Sepulchrus Abbas uruis me subscripsi.
Ego Angelus Abbas de Seyto me subscripsi.
Ego Paschasius Abbas sancti sepulchri me subscripsi.
Ego Benedictus Abbas de coner me subscripsi
Ego Iacobus sancti salmi me subscripsi.
Ego Aloysius Abbas sancti Pauli me subscripsi.
Sgo Ioannes Abbas de Tyro me subscripsi.
Ego Daniel Abbas de Tarralino me subscripsi.
Ego Benedictus Abbas sancti Pangratii me subscripsi.
Ego Franciscus Abbas sanctę Marię de Pariano me subscripsi
Ego Ioannes Gratianus Abbas de Bipolis me subscripsi.
Ego Angelus sanctę Marię de Pistorio me subscripsi.
Ego Nicolaus Abbas sancti modesti receñ. me subscripsi.
Ego Iacobus sancti Saluacis de frame Abbas me subscripsi.
Ego Bertacius Abbas montis plani pistorieñ. me subscripsi.
Ego Petrus Abbas sancti fęlicis de florentia me subscripsi.
ego Nicolaus Abbas sanctę Marię de diciano me subscripsi.
ego Bartholomeus Abbas de Bibona me subscripsi.
ego Laurentinus Abbas de Culoros me subscripsi.
ego Federicus Abbas sancti Pantaleonis me subscripsi.
ego Lucas Abbas Arut in Apribus me subscripsi.
ego Lucas Abbas facundus me subscripsi.
ego Iacobus Abbas monasterii sancti Petri de massa me subscripsi.
ego Franciscus Abbas. sanctorum martyꝝ Corduleñ. me subscripsi
ego Guilielmus Abbas sancti Saluatoris me subscripsi.
ego Antonius Abbas sancti Saluatoris Burdegaleñ. me subscripsi.
ego Antonius Abbas sanctorum Saluatoris & Vigilii me subscripsi
ego Gabriel Abbas sancti Iacobi de Pontada me subscripsi.
ego Bernardus sanctę Marię de Marona me subscripsi.
ego Hieronymus Abbas sanctę Gundę me subscripsi.
ego Dionysius Abbas sanctę Marię de sandineñ. me subscripsi.
ego Mapheus Abbas sancti firmi de Verona me subscripsi.
ego Thimotheus Abbas sancti Andreę de Mantua me subscripsi.

¶ Nemo autē mirari debet cur plures patrū subscriptiōes nō sint, nam ultima sessione celebrata multi priusq̃ huiusmodi subscriptio fieret discesserunt: cum presertim mos in cōciliis minime fuerit, ut

in prioratus ordine constituti, uel frat res magistri; uel iurispetiti, in decretis ipsorum conciliorum subscriberent.

¶ Quibusqdē lřis grece latineq; ut supra dictū est recitatis, genu si/mul & dexterā Sūmi Pōt. necnō greci cū latinis inter se summa leti tia osculati sunt: post aūt dies aliquot Pōt. summus cōuocatis grecis ab eis quesiuit, cur partē sacratissimi panis in calice cū sacratissimo sanguine misceāt. Et in magna exodo, qñ uidelicet panis in patena, & uinū in calice de uno in aliud altare uidēte populo ferť a sacerdo te, capita sua reuerēter inclinēt, cū panis ipse uinūq; nōdū sint cōse/crati: & aquā feruētē, nō aūt frigidā in calicē fundāt: & cur añ cōse/crationē his uerbis utanť, unus aūt de militibus lācea latus eius ape/ruit, & statim sanguis & aqua exiuit: & paulopost, ecce stella uenit, & stetit sup pueri caput. Et cur presbyteri, nō aūt Pōtifices sacro chri sm ate utanť, cū soli Pontifi. eo uti deberēt. Et mortuos ungāt oleo. & neq; pontifices neq; presbyteri celebraturi pctā sua confiteri so/leāt. & post hec dñica uerba accipite & māducate, hoc est eñi corpus meū, & reliqua, qbus pculdubio sacratissimi Christi corpus & san/guis cōficiť, his quoq; uerbis utanť, & fac qdē panē hūc honorabile corpus Christi tui: qd aūt i calice isto est honorabilē Sāguinē xpi tui, ea sancto tuo Spū trāsmutāte, amē, amē, amē. Et cur matrimonia se perēt, cū dñs nř preceperit, eos disiūgēdos nō esse, quos deus cōiūxe rit. Cur deniq; suū pñarchā ibidē nō eligāt, sed absq; eo, discedere patianť. quas qdē questiūculas presul mitylenen̄. dissoluisse facile ui sus est, ultimis duabus exceptis, in qbus cū Sūmo Pōt. neutiq̄ satisfe cerit, Sūmus Pōt. Impatorē rogauit, ut doctiores de pōtificibus suis ad ipm mitteret, qppe qui duas ipsas ambiguitates melius explicare scirēt. Impator aūt nolēs de talibus questiōibus agere, idoctiores ad Sūmū Pont. misit, a qbus cū eadē ipse Sūmus Pōtifex repetiisset, hi rñderūt se nullā hře ad ea rñdēdi facultatē, Impatori tñ ipa oīa rela turos. Porro aūt ad diē. xiiii. mēsis eiusdē Pōtifex Sūmus grecis pre/sulibus ad se cōuocatis hec uerba fecit, cū fřes dei gřa cōiūcti simus, eadēq; gřa, caput ego uestro membro exīstā, pptereaq; conueniat, ut que ad nostrā piam religionē, atq; ecclesiā ptineāt, ea uobis patē faciā, ac uos ad ipsa seruanda exhorter, iccirco uos & fřes nřos & ec clesiaꝝ rectores scire uelim, quēadmodū a Ro. ec. mirūinmodū ac/cusemini, q̄ matrimonia sepetis, q̄q; presul Ephesius rōnē nō red/dat, cur nře cōi snie neutiq̄ acqescēs, a nobis disiūgiť: atq; dissidet, ac si sapientissimus oīm esset. Nam de patriarcha uestro uideť nobis

magis operępretiũ esse, ut hic a uobis, pñtibus nobis de more ue/ stro eligatur: qñquidem ecclesia uestra patriarcha indiget: ex qua quidem electione nõ aurũ, nõ argentũ, nõ deniq; rem aliã lucrari cupimus: cũ ipsi parati simus, ut uobis pecunias (si opus fuerit) liberaliter erogemus: ac patriarcham, quem suffeceritis confirme mus: & quem ipsi nostri dissidii tẽpore elegerimus, altero per uos suffecto statim deponamus: ita ut imposterum unicus patriarcha Constantinopolitanus omnia sua priuilegia tenens existat: quando/ quidem ecclesiam uestram multis bonis afficere uolumus. hic ue/ ster Imperator adest, & oecumenica synodus est: cui summus Pon tifex pręest: hic orientales dignioresq; pręsules adsunt: ex quibus patriarcham uestrum sine ullo impedimento, ut par est, potestis eligere. nam inconueniens, ac indecens est, ut hinc absq; capite discedatis, fieriq; iure non potest, ut nisi patriarcham uestrum hic eligeretis, electum a nobis imposterum deponamus. hęc summus Pontifex. Gręci autem responderũt, se non sine legitima causa ma trimonia seperare, ac pręsulem Ephesium causam suam dicturum esse. Patriarcham uero nostrum extra Constantinopolim nostro iu re neutiq̃ eligi posse: cum gręcis semper mos fuerit, in sua eccle/ sia patriarcham sufficere, simulq; consecrare: quarum quidẽ ceri/ moniarum & consuetudinis Imperator noster non inscius, nequaq̃ nobis permittet, ut hic electionem hmõi faciamus: quę cum sum/ mus Põtifex egre audiuisset, se uerbis humanissimis excusauit & ipsos dimisit Die autem.xxi. selecti omnes Imperatoris in domo cõ/ gregati, quinq; unionis eiusmodi literas patrum omnium subscri/ ptionibus, summiq; Pontificis, ac Imperatoris sigillis munitas, gręcę latineq; excripsere: quarum unas latinis, alteras gręcis, tres uero alias trium patriarcharũ legatis dedere. quo quidẽ pacto finis octa/ ui generalis concilii factus est. Dum aũt hęc gerebantur armenioꝝ patriarchę legati, uiri sane uirtute plurima pręditi, ad synodũ ip/ sam uenerunt, & summum pontificẽ uenerati fuerunt: necnõ Im peratorẽ salutauerunt: dicentes se suamq; ecclesiã cũ catholica cõ/ iungi, ac ipsum synodi decretum pie seruare uelle: qui quidem beni/ gnissime suscepti uehementissimeq; laudati; ac magno honore affe cti, una cum gręcis Florentia discesserunt.

Gręci

¶ Finis Generalis Octauæ Synodi.

Magni Basilii contra Eunomium de Spiritu sancto liber tertius, interprete Georgio trapezuntio Cretensi.

Vix tandem blasphemiis in unigenitum saturatus: ad Spiritum sanctum transiit, totiq; suę consentanea uoluntati de ipso etiam dixit, sic scribens: Cum uero hęc nobis de unigenito sufficiant, reliquum est, ut de paracleto quoq; dicamus, nec opiniones non exquisitas multorum sequemur: sed sanctorum in omnibus doctrinam conseruabimus, a quibus cum dignitate ac ordine tertiũ ipsum didicerimus, tertiũ quoq; natura esse credidimus. Q d igitur nõ putat oportere in simplici ac sincera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdam ac cauillatoriis rationibus ad id quod sibi uidetur ueritatem rursus commutare, satis uerbis suis ostendit: cum enim contemnat opinionẽ multorum, qua Spiritum sanctum glorificant, sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos qui sibi ipsam tradiderunt: nũc etiam ea ipsa faciens, quę, cum de unigenito haberet orationẽ, facere demonstratus est. Deinde ait, a sanctis didicisse ordine, ac dignitate tertiũ esse Spm, a se autem ipso credidisse natura quoq; tertiũ esse: qui uero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere. Fuerit ne unq̃ homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? Cur enim necesse est si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoq; ipsum tertiũ esse (dignitate nãq; ipsum secundum a filio, cum ab ipso esse habeat & ab ipso accipiat, & annuntiet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit: natura uero tertia uti, nec a diuinis scripturis docti sumus, nec a dictis possibile est consequenter ratiocinari. Nam quemadmodum filius ordine quidem a patre secundus est, quoniam ab illo, & dignitate: quoniam origo atq; causa essendi, pater ipsi est: & quoniam per ipsum accessus & adductio ad deum patrem, natura uero nullo modo secundus, quoniam in utroq; una est deitas, ita uidelicet & Spiritus sanctus, et si dignitate & ordine secundus a filio est, nõ tamen uerisimiliter alienę ipsum esse naturę inde consequetur. Q uod inde patet. Angeli omnes ut appellationis unius, sic eiusdem etiam sunt naturę inter se: attamẽ alii ipsorum gentibus pręposi ti sunt, Alii uero fideliũ singulos cõsequentur: quanto autem gens uni uiro pręponenda est, tanto maiorem necesse est, angeli qui gentis principatum habeat esse digni/

tate eorum quibus singulorum tutela commissa est. ꝙ uero singu/lis fidelium adest angelus, ut pędagogus quidam & pastor ad uitam dirigendam, nemo contradicet, qui uerborum domini recordatur dicentis. Ne contemnatis unũ ex his pusillis, dico enim uobis q̃ñ angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei, qui in cœ/lis est. Et Psalmista dicit, inmittet angelos in circuitu timẽtium eum, & angelus qui eruit me a iuuentute mea, & quęcunq; talia: ꝙ uero rursus sunt quidam angeli uniuersarum gentium prępositi, moyses nos per canticum docuit. Quando diuidebat altissimus gentes, q̃ñ separabat filios Addam, Constituit terminos populorum iuxta nu/merum angelorum suorum. Et sapiens Daniel in uisione angeli au diuit eum dicentem ꝙ princeps regni persarũ restitit mihi.xvi.die/bus & ecce Michael unus de principibus primis, uenit in adiutoriũ meum, & ego remansi ibi iuxta regem persarum. Et post pauca idẽ dicit, et princeps gręcorum ueniebat, uerum & iam princeps exer citus Imperator copiarum domini dicitur, qui Iesu naui in Iorda/ne manifestatus est. Et rursus legiones quędam angelorum domi/no discipulis dicente, an putas quia non possum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi plusq̃ duodecim legiones angelorum? Princeps igitur exercitus angelorum, qui in legionibus ordinati sunt palam ꝙ aliorum princeps est quorsum hęc oratio? ꝙ non omnino siqd ordine, ac dignitate secundum aut tertium est, id & naturam alterã habet: nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius subdi tus, & tamen omnes angeli natura sunt, & in dignitate quędam di uersitas, in natura uero communitas est (etenim stella stellę pręstat in gloria: & natura stellarum omniũ una: & mãsiones multę apud patrem, idest dignitatum diuersitates: glorificatorum uero natura una:) sic profecto & Spiritus sanctus dignitate quidem & ordine se cundus est: accepimus enim ipsum tertium a patre & filio numera/tum, cum ipse dominus in traditione salutaris baptismi ordimẽ tra/diderit, his uerbis: euntes baptizate in nomine patris, & filii & Spi/ritus sancti. In natura autem tertium a filio ac patre deiectum Spiri/ritum, nullibi audiuimus: cum enim duę res dicantur deitas & crea tura: dominatus ac seruitus: sanctificans & quæ sanctificatur: quæ na tura uirtutem possidet? et quę per electionem operatur? qua in par/te Spiritum ordinabimus? in his quę sanctificantur? at ipsemet san/ctificatio est: sed in his quę magnis rebus gestis uirtutẽ adepta sunt? At bonus natura est: sed inseruientibus? at alii sunt administrantes

Spiritus, qui ad ministerium mittuntur. non ergo ipsum principa/lem natura Spiritum fas est nobis conseruum dicere: nec creaturis connumerare eum qui in diuina & beata trinitate connumeratur: principatus enim & potestas: & omnis creatura talis: cum ex attentione, ac diligentia sanctificatę sint, non iure natura sanctę diceren/tur. appetentes.n.bonum secũdum amoris, quem ad deum habẽt, proportionem sanctitatis mensura participant: & sicuti ferrum, qđ in medio igni iacet, ferri naturam non amisit, uehementi tñ ignis actione ignitum, cum uniuersam ignis naturam in semetipsum ac/ceperit & colore et actione ad ignem transit, sic sanctę uirtutes ex communicatione, quam cum illo habent qui natura sanctus est, per totam suam subsistentiam receptam iam & quasi innatam sanctifica tionem habent: diuersitas uero ipsis a spiritu sancto hęc est. ꝙ spiri/tus natura sanctitas est, illis uero participatione inest sanctificatio, q/bus autem constructum & aliũde bonum prębetur, hęc naturę sunt transmutabilis. nec.n. aliter lucifer decidisset qui mane oritur nec in terra contritus esset, si rei peioris natura nõ esset susceptibilis. qũo igitur pium creaturis spiritum coordinare, qui tam magno interual lo a creaturis dissęperatus est? Creatura enim nata est in uirtutis & di uinę dilectionis pręmium sanctificationem habere, quoniam natu/ra utitur libera, & ad utrumlibet possit inclinari ad electionem scili/cet boni & peioris: Spiritus autem sanctus fons est sanctificatiõis, & ut natura sanctus est pater: & natura sanctus est filius: sic natura san ctus Sp̃s quoq; ueritatis. Quapropter pręcipua quoq; hac apropria ta sancti appellatione dignus est, quod si sanctitas ei natura est, sicu/ti patri etiam & filio quo pacto tertię, atq; alienę naturę est? hęc pro/pter ut arbitror: & apud ysaiam Seraphim tertio sanctus exclamare conscripta sunt. quoniam in tribus hypostasibus naturalis sanctitas perspicitur. non est autem hoc nomen solum sanctitatis cum patre ac filio sibi commune, sed ipsa etiam Spiritus appellatio, Sp̃s namq; deus: & adorãtes eum in spiritu & ueritate adorare oportet. Et pro/pheta inquit. spiritus ante faciem nostram Christus dñs, cuius dixi/mus in umbra alaꝝ suarũ uiuemus. et apostolus appellationẽ Sp̃us in dñm refert. Cũ dicit: Dñs aũt Sp̃s est. Ex his oĩbus patet, nõ natu/rę alienationẽ, sed coniunctionem ad patrẽ & filiũ per cõmunicatio nẽ nominum ostendi: bonus deus & dicitur & est bonus & Sp̃s san/ctus non astructam habẽs bonitatẽ sed natura sibi inatã, uel omniũ absurdissimũ esset, natura sanctũ dicere ꝙ bonitatẽ natura nõ hẽat,

sed posterius natam et deforis sibi allatam. In quo autem dixit dñs, q ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit uobis. Et ipse paraclitus noster esse ostendit. Quare paracliti quoq appellatio nõ parum ad demonstrationem maiestatis Sps sancti confert, ac noĩa qdẽ talia magnitudine naturę ostendentia. operationes uero Sps sancti quales? uerbo inquit dñi cœli firmati sunt, & Spũ oris eius oĩs uirtus eorum. ut ergo deus uerbum creator cœlorum est, sic spiritus sanctus firmam ac stabilem uirtutem cœlestibus prębet potestatibus. et rursus Iob. Spiritus domini qui fecit me nõ de creatiõe ut arbitror: sed de humanę uirtutis perfectione dicens. ysaias uero cum ex persona domini loquitur id est secundum humanitatẽ eius: Dominus inquit misit me & spiritus eius. et psalmista rursus: p uniuersa pertransire spiritus uirtutẽ probans, quo ibo inquit a spiritu tuo & quo a facie tua fugiam? beneficentię uero ab ipso ad nos peruenientes, quales & quantę sunt? sicut ipse dominus dedit potestatem suscipiẽtibus eum filios dei fieri, sic & spiritus sanctus spiritus adoptiõis est. & sicut magister uerus dominus noster. secũdum quod dicitur. Vos autem nolite uocare magistrum uestrum in terra: unus enim magister uester est Christus, sic & Spiritus sanctus oẽs docet: qui in nomine domini crediderint, ut ab ipso dño testimoniũ perhibetur dicente, Paraclitus autẽ spiritus sanctus quem mittet pater meus: ille uos docebit oĩa. Et queadmodũ diuidere operatiões dignis susceptione opationũ pater dicit, & diuidere ministratiões filius in dignitatibus ministerii, sic & Sps sanctus diuidere gratias, dignis eã suscipere phibetur. diuisiones. n. gratiarum sunt: idem autem Spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, & idem deus est, qui operatur oĩa in oĩbus. Vide quomodo hic quoq, spiritus sancti opatio operationi pris ac filii coordinata est. Deinde ex eo etiam quod sequitur magis diuinitas naturę sancti spiritus aperitur. quid. n. ait hęc autem oĩa operatur unus atq idem Spiritus, diuidens singulis prout uult, nihil aliud q̃ autoris & domini potestatem ipsi attestatur. quapro pter in nouo testamento prophetę clamãt: hęc dicit Spiritus sanctus. Inuestigatio autem profunditatum dei unde spũi adest? Sicut inquit nemo scit hominum ea quę hoĩs sunt, nisi spiritus hoĩs qui est in eo: sic et ea quæ sunt dei, nullus cognouit nisi Sps dei. nam quemadmodum nullus alienus ac peregrinus intrinsecas potest animę cogitationes inspicere, eodẽ scilicet mõ si quis cũ deo cõmuniter eius secreta perspicit,

nõ alienus nec peregrinus ab eo profunditates iudicioꝝ ipsius inuestigare põt. Preterea & uita nobis adeo p̃ Christũ iu sancto Spu p̃rebetur uiuificat em̃ Deus ut ait Paulus: prẹcipio tibi corã deo, qui uiuificat omnia. Vitam aũt prẹstat Christus. Oues.n. inquit mee uocem meam audiunt & ego uitam ẹternam do illis. Viuificamur autẽ per Sp̃m, ut inquit Paulus, qui excitauit Christũ, e mortuis. Viuificabit etiam mortalia corpora uestra, ꝑpter inhabitantem Sp̃m sanctum in uobis. Verum hic qui audet omnia, qui periculũ quod impendet audentibus uerbum, qui blasphemiam in Sp̃m sanctum emittere non expauescit, expertem ipsum deitatis cenlet, sic de eo scribens. Tertius & natura & ordine: patris imperio, operatione uero filii sanctus, tertio loco honoratus, ut primus & maior oĩbus & solus talis unigeniti factura, deitate ac creatiua potentia carẽs: qui hoc dicit nec deitatem in nobis esse credidisse uidetur: cum de Deo Ioannes dicat: ex hoc scimus ꝙ in nobis est ex Sp̃u quẽ dedit nobis, et Apostolus: nescitis ꝙ templum dei estis: & Sp̃s dei habitat in uobis. & rursus. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templũ sanctum in domino in quo & uos coedificamini in habitaculũ Dei in Sp̃ũ sancto. Si ergo in nobis deus habitare dicit per spiritũ, qũo non est aperta impietas, expertem deitatis ipsum Sp̃m dicere? & si deos noĩamus eos, qui per uirtutẽ perfecti sunt, perfectio autẽ est per Sp̃m, qũo qui alios efficit deos, derelictus ipse a deitate est? nõ est igitur pium ut in hominibus, sic & in Sp̃ũ per participationẽ & honorem, ac non natura esse deitatem putare: qui enim gratia diuinus efficitur, mutabilis est naturẹ, nonnunꝙ̃ per negligentiam ex bonitate excidentis. Id autem baptismi salutaris traditioni aperte repugnat. Euntes inquit baptizate in nomine patris & filii & Spiritus sancti. Baptismus.n. est sigillum fidei: fides uero deitatis confessio: Nam credere prius oportet, ac postea baptismate designari: baptismus uero noster est, secundum traditionem domini. In nomine patris & filii & Sp̃s sancti: nulla creatura, nullo seruiente, cũ p̃re ac filio connumerato, ut deitas in trinitate compleatur: quod autem extra hanc est, totum conseruum est: & iam si maxime dignitatum excessibus alia aliis in honorem prẹponantur, nec mihi rursus hẹc docta incutias, si creatura non est, ergo genitura uel ingenitus, sed nõ ingenitus, unus enim absꝙ principio Deus est ingenitus, nec genitura, restat ergo Creaturam ac facturam ipsum nominare: uerum ego si cũcta putarem nostra cognitione posse cõprehẽdi, uererer forte

ignorantiam confiteri, sed qm̄ infinita nō ex his solū, quę in futuro sęculo pręparata sunt, nec eorum quę nunc in cœlis sunt, abdita esse, uerumetiam eorum quæ corpori nostro insunt non esse ueram ac absq; contradictione comprehensionem, haud sum nescius, ut puta de uisu utrū imagines rerum uisibilium suscipientes sic obiecta comprehendimus, & quō maximorum montiū, atq; in explecti ac infiniti maris & ad hęc cœli ipsius imago, breui mensura pupillę nostrę cōtinetur uel a nobis aliquid emittitur: quo uisibilibus appropinquante, sic sensum de ipsis capimus, & quid id est & quantū ut terrę ac mari sufficiat explicatum: & spatium quod inter terram ac cœlum est pertranseat, & ad ipsum cœlum perueniat, tanta celeritate motum, ut ęquali tempore circum adiacens, corpus & stellę quę in cœlo sunt cognoscantur. & quid oportet reliqua dicere, ipsas mentis motiones utrum creare uel generare nata est anima, quis cum certitudine dicat? cum igitur hęc ita se habeant, cur mirum de Spiritu quoq; sancto absq; rubore nos ignorantiam confiteri? reddere tamen ei glorificationem, quę sine contradictione per testimonium sibi debetur. Quod.n. super creaturam est, satis nobis ea quę per scripturam tradita sunt, demonstrant: uerum quia impossibile est sanctificans cum sanctificatis, docens cū doctis, reuelans & quæ reuelatione indigent, eiusdem esse naturę, ac nullus sic omnino imprudens est, ut audeat aliū preter deum omnium ingenitum appellare: nec tn̄ etiā filiū: cū unus sit unigenitus, quid ipsum dicere oportet? Spiritum sanctum: Spiritum dei: Spiritum ueritatis: missum a deo per filiū prębitū: nō seruum, sed sanctum: bonū: principalem: uiuificantem: Sp̄m adoptionis: Sp̄m oīa sciētē, quę dei sunt: sic.n. etiā in trinitate unitatis ratio cōseruabitur: cū unū patrē profiteamur. et unum filium: & unum Sp̄m sanctū. afferunt uero demonstrationes, quod creatura dictus sit Sp̄s sanctus: unā ex propheta dicente qui firmans est tonitruum & creans Sp̄m: alteram ex euāgelio: quod omnia per ipsum facta sunt. Nos autem propheticū dictū nō in Sp̄m sanctū, sed in cōem hūc flatū, aeris scilicet Sp̄m credimus fieri, qđ inde patet: nō.n. dixit q creauit Sp̄m: sed creās Sp̄m: nā sicut tonitruū nō in subsistētia quadā corporali semel cretum est, sed semp per uolūtatē dei ad timorē hoīm ꝓductū, fieri & dissolui natū est, sic & Sp̄s; nūc qdē sit cū aer tanq̄ fluuius fluat, rursus uero cessat cū qđ prius mouebatur quiescat, secūdū uolūtatē eius qui oīa ad salutem & constructionē totius dispensat: ut per omnem creatu

ram & tonitruis & uentis, ac reliquis operibus dei creator annun/
tietur: quapropter posteaq̃ dixit: qui firmans est tonitruũ: & creãs
Spiritum: inquit & annuntians hominibus Christum eius: sicut in.
cœli enarrant gloriam dei iis qui possunt ex ipsis de creatoris arte
cogitare, sic & soni tonitruum, & Spirituũ motus, creatorem prę/
dicant suum: & forte hęc prophetia est ad humanitatẽ domini du
cẽs: cum uox e cœlo facta, tonitruum his qui audierunt, uisa
est, quam deus & pater iccirco emisit, ut per ipsam Christum ho/
minibus annuntiaret: Spiritus autem moti qui mare conturbarunt,
deinde cessarunt iussu domini, liquido etiam ipsi, hominibus Chri/
stum dei annuntiarunt. At uero omnia per ipsum facta sunt, ne/
quaq̃ creatum esse Spiritum sanctum nobis ostendit quasi omnibus
Spiritus connumeretur. Nã si unus est spiritus sanctus & solus quo
qui unicę naturę est una cũ omnibus concipi potest: & nemo putet
contemptum esse subsistentię, si quid neget ꝙ spiritus creatura sit:
nam pię mentis est, quę a scripturis sanctis reticentur, nõ ea teme/
re de Spiritu sancto dicere. Credere autem peritiam & uerã cõprę/
hensionem, in futuris seculis nobis futuram, cum pertransierimus
hunc, per speculum & ęnigma ueritatis uisum, & uisionis quę ad fa
ciem est dignabimur, in Christo Iesu domino nostro: quo cũ patri
gloria & Spiritui sancto nunc & in sęcula. Finis.

¶ Bessarionis pr̃iarchę Cõstãtinopolitani Ep̃i Thusculani. S.R.E.
Cardinalis tũc Archiep̃i Niceni oratio in synodi Florentina ad gre/
cos dũtaxat habita post plurimas publicasq; cũ latinis habitas dispu/
tationes, cũ pr̃iarcha & Imperator grecoꝝ uota seorsum a latinis,
peterent, quę inscribitur dogmatica uel de coniunctione, quã idẽ
ipse Bessarion e greca in latinam postea conuertit.

SAcrã ecclesiaꝝ dei pacẽ atq; cõcordiã nemo, est uiri prę̃stã
tissimi q̃ nõ maximi estimet & loco summę fęlicitatis esse
ducat. Ob eã quippe saluatoris nostri oratio ad patrem
porrigitur, qui cũ pro discipulis, & iis qui nomine eius
uocati sunt pręcaretur, fac inquit pater ut unum sint quemadmo/
dũ & nos unũ sumus per. hãc diuinus amor: quod signũ discipuloꝝ
Christi est, in nos influit, tollũturq; a nobis inimicitię ac dissensiones
mutuę, quę ab hoibus pręsertim Christianis alienisimę esse debent:
tolluntur & derisiones & opprobria, quibus a Christi crucis hostibus

continue afficimur, qui nos irrident, contemnunt, ac pro nihilo habent, ut Christianos quidē nominatos & eūdem habentes dominū, uerum tamen ita inter nos diuisos & dogmatibus fidei dissidentes ut alii alios pro inimicis atq; hostibus habeamus. His igitur rationibus aliisq; permoti pacem quidem amamus omnes atq; optamus & cōcordiam atq; unitatem Christianorū maximi omnes facimus. Quo autem modo adeo pręclarum bonum consequi possimus. Et quę ratio habenda sit ad sanctissimum opus perficiendum hic diuersis opinionibus sumus uariisq; inter nos sentētiis discrepamus. Quapropter de hoc a nobis in pręsentia considerandum: & quantum ingenioli nostri uires sufficient, differendum existimauimus.

De causis scismatis: & φ tametsi ante generale concilium aliqua nobis de nostra a latinis diuisione excusatio erat: nunc tamē iam celebrato concilio œcumenico nō possumus absq; scelere diuidi ab eis nisi eos autoritate, deuiare probauerimus. C I

Fvit aliquando tēpus quo immaculata dei sposa ecclesia sancta summa cōcordia, tranquillissima pace & intemerata ueritate fruebatur: cum. s. simplicitatem ac puritatē euāgelicę doctrinę maximi oēs faciebamus solis sacris eloquiis contenti: his inherentes, his acquiescentes, in unum ab his collecti unum ouile sub uno pastore omnes agentes, eandem unius audientes uocem, & aut nihil pręter ea, quę nobis tradita erāt cogitantes, nulla urgente necessitate: aut necessitate coacti & heresibus undiq; scatentibus unum in locum uniuersa ecclesia cōgregata ambiguitates rescindentes & declarationes necessarias facientes. Postq̄ autem hęresi quadam ut latinos sępenumero dicentes audiuimus in occidentali regione uigente, Romanorum pręsul pontifex maximus sua unius autoritate fretus, aduocata synodo generali particulam illam communi symbolo fidei non cum cōmuni cōsensu ascripsit in multas partes. (Heu rem miseram atq; acerbam) Christi sacratissimum corpus diuisum est: mēbraq; eius hoc est Christiani homines aduersus se inuicem arma cœperunt, minime intelligentes se sibi ipsis hostes esse, & contra se ipsos armari dum se a fratribus diuidunt: haud intelligentes quidem cū multi sint inter nos doctrima ac sapientia pręstantes, quos latere minime potest, quantę

iacturę causa hęc dissensio extiterit: sed nescio quomodo diuisi inuicē atq; alienati, & pręsertim nos a latinis. Oportere maiores nostri dixerunt, qui ea tempestate fuere, qua oriri hęc dissensio cœpit, in rebus fidei dum nulla necessitas urgeat his acquiescere, quę nobis sacris literis tradita sunt, in quibus omnis fidei ueritas aut plane explicata est, aut latens erui haud difficulter potest. Quotiens uero necessitas ingruat, & si aliqua oriatur heresis, quod imbecillitate humani ingenii sępenumero inter mortales euenit, debere ecclesiam Dei unum in locum congregatam de rebus dubiis iudicare: ac secundum pręcepta diuinę legis & sanctorum patrū, quos iam ut sacrarum litterarum doctores approbauit, communi omnium cōsensu sententiam ferre, & per hunc modum fidem Christianam augere, obuiam eundo hęresibus procul ab ecclesia Dei eas fugando. Vbiq; tamen asseuerant iidem maiores nostri communiter hæc agi debere: & quę communia sunt communi consensu oportere terminari. Per hunc modū synodus prima generalis consubstantialitatē patris & filii pręnaicauit: arrio de inequalitate ipsorū nescio quas nugas & deliramenta proferente: per hunc modum secunda Spiritus diuinitatem confessa est. Macedonio illum creaturis annumerante: per hunc modum subinde unaquęq; synodus, quę posita in ancipiti fuerunt, pronuntiauit, instante dumtaxat necessitate: neq; enim licere inquiunt pace ac tranquillitate fidei uigente nouas mouere quęstiones: neq; ortis hęresibus aut tacere, aut solum uel cum paucis, de his, quæ credi communiter ab omnibus debent, tractare, sed communi quidem consensu hoc fieri oportere: fieri uero dumtaxat necessitate urgente. Et quemadmodum generali concilio cōgregato opus esse aiunt summo studio ac cogitatione omnia discutere: & quod ratio tandem obtinuerit, accipere omnes atq; amplecti: ita si ante commune iudicium de aliqua re quispiam dubitauerit mota quęstione & ab aliquibus determinata iure id facere merito q; ab iis diuidi, qui absq; communi consensu ausi sunt de rebus communibus iudicium ferre: quandoquidem ipse communibus rebus & communiter traditis assentiatur. Illi uero aliquid dicant, qđ anteq̄ communiter discutiatur non parum in se habeat dubitationis. Quas ob res nos quoq; pleriq; asserunt haud iniuria a latinorū consortio abhorrere: ꝙ non sit ferendum uniri nos eis anteq̄ iudicio uniuersalis ecclesię, qđ recēs per eos introductū fuit, subiiciat: atq; iis quidem duplici accusatione succensendū existimant. Primo

ꝙ ignaris & nequaq̃ assentientibus nobis quicq̃ in communem ecclesiam introduxerint: tum ꝙ pati nollent generalem synodum & antiquis illis similem conuocari. Hęc nos quoq; illis sępenumero coram obiecimus: palamq; in eos inuecti sumus. Quibus quid illi responderint, quas excusationes in mediū adduxerint, quibus rationibus obiecta purgauerint, latissime omnes intelleximus. Itaq; non est in pręsentia repetendi locus: pręsertim cum nostra omnis quęstio minime in hoc uersetur, utrum per se soli an nobiscum una particulam illam addiderint, & licuerit ne addere necne: sed utrū uerum falsum ue sit quod additum est, hoc in primis considerandū a nobis esse uniuersi iudicauimus. Verum demus in pręsentia non recte illos fecisse: ꝙ sine totius ecclesię congregatione de rebus grauibus ad fidem Christianam pertinētibus tractarint. Quousq; quidem in hac sententia permansere ne aliquod dogma in generali synodo propositum discuteretur fortassis haud iniuria succensere illis uidebamur, & nostrę aduersus illos accusationes iure optimo defendi poterant: nunc autem cum huiusmodi culpa uacent, sponteq; in generalem synodum conuenerint: ac omnia se facturos affirmarint, quę ratio persuaserit: & ipsi se omni accusatione prorsus immunes reddiderint: & nos oportet non mediocre studium cogitationemq; adhibere, ut quę agenda a nobis sint, caute prudenterq; agamus: ne quod ante hunc diem obiicere latinis consueuimus in nos recidat, deniq; ea accusatione iudicemur, cuius illos olim reos agebamus. Nam si ut dicere ipsi consueuimus, nondum aduocata synodo gn̄ali accusandi erant latini, ꝙ suo dumtaxat iudicio de re adeo graui credidissent, quid ni nos quoq; cum id quod quęrebamus factum sit, omnesq; in unum conuenerimus, magnum ingredi certamē ingensq; subire periculū necesse est ut absq; culpa hinc abire possimus. Siquidem illi quoq; iam rationem reddiderunt eorum quę & dicunt & sentiunt: passi etiam singulis quibusq; petentibus rationes de his quę ecclesia credit afferre: et nos ad aliqua quidem ex his quę dixerunt quo ad fieri potuit obuiam iuimus: ad plura uero opportunioraq; et illorum opinionem maxime confirmantia nihil omnino locuti sumus: neq; fortassis dignum aliquod, quod loqui possimus habemus. Hic igitur recto iuditio et exactissima cogitationę opus est. Neq; enim satis erit dicere nolle unionem: neq; hunc generalis concilii finem esse existimandum est, sed diligenter considerandū quę dicta a latinis sint, quę nos proposuerimus, seru/

randumq; quibus in rebus illi ueritati consentanea dicant, quibus in rebus aberrent, quid nobis dicendum sit: quid illis audiendum, postremo quomodo uniri possimus fratribus: quorum disiunctio merito deploranda est, & illis & nobis, ne uoluntatem absq; ratione sequentes aut cum iactura nostra ab illis diuidamur: aut non sine nostro detrimento illis uniamur: neq; enim iis qui simpliciter & sine ulla ratione discedendum esse aiunt a latinis, tanq̃ longe a ueritate aberrantibus assentiendum arbitror: neq; iis etiam obtemperandũ qui nulla suadente ratione incũbendum dicunt esse unioni, enim/uero assiduo studio diligentiq; inuestigatione ueritatis, & exactissimo iudicio doctores sacros tanq̃ duces sequi oportet: & per hanc uiam, ut pote quę sola tuta sit, atq; omni periculo libera finem iã diu optatum attingere. Hęc mea est de huiusmodi rebus sententia, hoc ego uiri clarissimi sentio. Quomodo autem quibusue mediis finem nobis propositum assequi possimus, subinde dicam deo fretus, q̃q̃ ingens profecto certamen & non mediocre onus subire me intelligo: uerum ea est conditio pręsentis rei: ut hominem efflagitet qui libenter pro ueritate periculum subeat: nihilq; magnum aut dici aut fieri potest: nisi quis, quę sibi uera uideantur forti animo dicat: paratusq; sit calumnias & pericula pati pro defensione ueritatis. Hinc autem exordium sumã dei optimi maximi auxilio fretus.

Probatio q; necesse est sanctos doctores tum occidẽtales, tum orientales inuicem esse concordes.

C II

Dominus noster Iesus Christus cũ discipulos suos ad pręDicandum inter gentes Euangeliũ mitteret: multa quę eis euentura erant pręDicens: & inter cætera, q; ante reges & pręsides sua causa ducerentur: nolite inquit cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, manifeste his uerbis significans quęcunq; ab illis diceretur, sua esse uerba & Spiritus sancti in illis loquentis: quem alibi superuenturũ affirmauit, docturumq; eos oẽm ueritatem: ut etiam uerba ipsorum Spiritu ueritatis in eis loquente ueritas & uita essent: at qui uerba hęc nemo est qui ambigat nõ modo ad primos illos referri saluatoris discipulos, quibus datum est ut pręsentem eum intuerentur, sed etiam ad pastores ecclesiarum &

doctores cæteros qui post apostolos euangelium prędicauere. Hoc enim & ipse saluator probat cum inquit. Quę uobis dico omnibus dico. Et res ipsę manifestissimę ostendunt. Siquidem preteriores cũ/cti doctores iisdem claruerunt operationibus & signis: q̄ diuini uerbi prędicatione diuinum uerbum non minus per eos q̄ per aposto/los sequẽtibus signis confirmatum fuit: ut palam omnibus sit ipsos quoq; sanctos patres & doctores Christianę fidei per Spiritum san/ctum locutos fuisse: uerbaq; ipsorum saluatoris nostri uerba extitis/se: cum aduersus tyrannus & presides & ueritatis hostes, certauere, scripsere, & palam ueritatem prędicauere. Quo fit ut necesse sit eos sibi inuicem consentanea dicere: et ratio cogit fateri nihil ab illis di/ctum esse, quod inuicem repugnet, ne minimis quidem in rebus. ali/ter enim non ueritatis magis q̄ mendacii Spiritus in illis locutus fuis/set. Mendacii namq; proprium est nec hoc nec illud asserere: quẽ/admodum sapiẽtis signum est, sibi assidue constare, nullisq; in rebus a cœteris sapientibus discrepare: quanto igitur homines sapientes, sapientię & ueritatis Spiritus antecellit, tanto magis necesse est eũ sibi ipsi consentaneum esse. Et si quis forte sit qui sanctos patres & doctores nostros contraria inuicem dixisse existimet eum profecto cum infidelibus & crucis hostibus connumerari fas est, qui hinc ar/guere fidem nostram consueuerunt: contrarientes quasdam & con/tradictiones sacrarum literarum inter se fingentes: quas tamen ne/mo preter ipsos tales existimat, contra quos uniuersi doctores cer/tant: eosq; calumniatores esse ueritatis arguunt consentaneam sibi esse ubiq; sacram scripturam asseuerantes. Preterea cũ nos per hũc modum gẽtiles, & eos qui extra nostram ecclesiam sunt arguamus ignorantiamq; eorum comprehendamus philosophos.s. & fidei eo/rum prędicones in q̄ plurimis sibi inuicem contradicentes, ostenden/tes quomodo etiam contra nos ipsos hoc idẽ acceptabimus: et no/stros doctores eiusdem criminis reos esse arbitrabimur: nisi et no/stram ipsi spõte nostra euertere uelimus fidem. Sed absit hoc a Chri/sti ecclesia alumnisq; eius: uidemus etiam nunc uniuersalia cuncta cõcilia patresq; in eis congregatos de dogmatibus propositis nõ hu/manę sapientię persuasionibus, non artificio uerborum, non ratio/nibus naturalibus, non deniq; syllogismis usos fuisse, sed autorita/te dumtaxat: nudaq; ipsa uerba superiorum doctorum qui eos tẽ/pore preuenerunt tanq̄ rectam regulam gloriam ueritatis secutos fuisse: et per ea quascũq; de fide quęstiones terminasse sanctorũ patrũ

& uestigia sequendo. Quare nescio qd de nostra fide sapere liceret: siquis concedat post se hoc inconueniens patribus imputari. Si.n. fidei nostrę principes non eadem omnes, sed alis quidem inuicem, alii uero etiam sibi ipsis (o rem absurdam) contradicant, fides autem nostra in illorum rationibus fundatur, inanis est ergo prędicatio nostra: inanis est fides nostra. at magnę stultitię est cogitare etiam talia de illis Spiritu plenis hominibus. Necesse est.n. & propter prędicta & alia plura consentanea, & sibi ipsis & inuicem nihilq; omnino contrarium non dicere, non sapere. Dicit etiam de eis beatus Ioannes syrus ad Iordanem scribens. Sed eia quas producunt autoritates consideremus: cum paternę sint, & eis nullo modo contradicēdum sit. At uero concordes neq; contrarios inuicē & multo minus sibi ipsis oppugnātes decet probare sanctos patres & doctores nostros: quorum de fide sententiam unicam & indifferentem esse fecit una spiritus sancti uirtus & illuminatio. Hinc apparet q̃ hereticis calumniantibus sanctos patres tanq̄ non eadem dicentes: aliquosq; eorum ad suam paruam opinionem probandam trahētibus beatus Ioannes neq; eos qui uidentur hereticos iuuare negat, nec tamē eos intelligit prout illi, sed acceptat quidem eos, conatur autem & sibi ipsis & inuicē conuenientes probare. Hoc.n. doctoris, hoc est Christiani officium. Septima item generalis synodus per os sancti Tarasii in prima eius actione: in nullo sanctos patres inqt inuenimus discordes: sed cum omnes eiusdem sententię sint: idem quoq; prędicant et docent: et eadem rursus in eadem actione. Vbiq; et.n. pr̄es cōcordes inuicē sunt: cōtrarietas uero nulla in eis est, uerum cōtraria eos dicere putant: qui œconomias et intentionem eorum ignorant. uide q̃ etiam septimi concilii patres eadem hac de re sentiūt, et concordes sibi ipsis et inuicem esse sanctos doctores dicentes, eādem etiam rationem assignant quam beatus Ioannes. Idem enim spiritus aiunt in omnibus locutus est: quem sibi ipsi non consentaneū esse, neq; cogitare fas est: et longum quidem esset enumerare quēadmodum omnes doctores in tota sancta scriptura hoc sibi proponunt apparentes in ea contrarietates concordare. Concludere uero manifeste per prędicta fidei nostrę princepes et doctores, quorū doctrinis et illuminati et edocti sumus: necesse esse eadem et cōsentanea nō solum sibi ipsis, sed nō minus inuicem dicere: tanq̄ in idē cōcurreret hoc nō esse, et totam fidem euerti: et qui nō cōcederet hoc, nihil ab infidelibus differret. His igit̄ ita prę suppositis habemus

quidem sanctos doctores eos qui ex oriente nobis ueritatis fidei lu/men illuxerũt Athanasium, Basilium, Gregorios ambos, Cyrillum, maximum, Tarasium, cœteramq; cohortem eorum: habemus item eos, qui ab occidente extinxerunt errorum flammas sana sua clarissimaq; doctrina, Hilarium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymũ, Damasum, Gregorum, Leonem: qui rugitu suo hęreticos omnes deterruit, et cæterorũ sanctorum chorum, Omnes communes doctores & patres & fidei principes, qui multa quidẽ in hac uita pro ueritate passi fuerunt, pro eaq; mortui sunt. Verumtamen uiuunt non solum apud Deum in libro uitę descripti, uerumtamen apud nos per ea quę reliquerunt nobis opera et doctrinas suas. Quę pro regulis fidei haberi debẽt a nobis æque fere atq; sancta scriptura uenerate & creditę. faciemus igitur officium nostrum. et quod a filiis gratis debetur patribus omnibus quidẽ aures æquas prębere: oĩbus uero proprium animum subiicientes et semina eorum acceptantes. ad eundem.n.finem nos ducent omnes & eandem nobis fidẽ prędicabunt, atq; confirmabunt. Cum ipsi primo idem inter se dicant tanq̃ uno & eodem Spiritu locuti. Quod hoc modo considerãdũ.

¶ Quod quamuis nulla omnino sit in doctorum dictis cõtradictio si tamen aliquid tale saltem apparenter esset, nos oporteret conari ea concordare tanq̃ summę necessariũ fidei nostrę: & hoc astruitur per exempla.

EX patre dicunt orientales sancti doctores sanctũ procedere Spiritum: et ex patre per filium. Ex patre et filio occidentales eundem procedere aiunt. Idẽ etiã nõnulli orientalium asseuerãt. Quid igitur dicemus: cõtrarium hoc esse illi: absit. neq;.n.contraria neq; contradictoria inuicẽ sunt ex patre procedere et ex patre et filio. atqui etiamsi contradictorie sermo proferretur, ita ut alios ex patre nõ ex filio, alios ex patre et filio dixisse: nec tunc auderem dicere sanctos inuicem contradicere, sed potius me ipsum accusarem tanq̃ non percipientem illorum intellectum, secundum q; a tarasio dictum est in.vii.synodo, quod scilicet eis contrariantur, qui ignorant œconomias et intentionem eorum, quam illis contradictionem aut contrarietatem imputarem: multa habeo huius rei in ipsa canonica scriptura exẽpla. Pater meus inquit maior me est: et rursus ego et pater unũ sumus.

Hac quæ maior possit uideri contradictio? At tamen contradicunt ueritati, qui hoc contradictionem putant. Stephanus cum esset plenus Spiritu sancto intendens in cœlum uidit gloriam dei & Iesum stantem a dextris Dei: luca in actibus teste. At Paulus una cum Dauit eum ad dextram magestatis in excelsis sedere ait. Sedere autem & non sedere (stare enim non sedere est) manifesta cõtradictio est. Eundem item Stephanum beatus introducit lucas Dei & patris uidisse gloriam & eius unigenitum filium. At sanctus Ioannes Euangelista: Deũ nemo uidit unq̃ ab ipsa ueritate edoctus asseuerat. Videre autem & non uidere Deum, nescio sicui non esse contradictoria uideantur. Vnus Euangelistarum tertia hora dominum crucifixum fuisse ait. Alter clamat. Erat autem hora .vi. & crucifixerunt eum, sexta uero patet ꝙ non est tertia. Tertia uero & non tertia manifesta contradictio est. Deum & patrem causam esse filii & Spiritus sancti palam prędicant, & docent omnes orientales patres & doctores. At beatus Cyrillus in eis, quæ ad Hermiam scribit una cum occidentalibus patribus non admittit quidem hoc nomen causę in diuinis personis. Eundem autem dicere causam & non causam, & pręsertim ad idem nullus est, qui non concedat contradictorie dictum fuisse. Et quis facile recensere posset quot sunt quę cum contradictoria uideantur, pie tamen a doctoribus intellecta sunt, & ad unũ & eundem sensum ab eis referuntur? Quod & nos imitati etiam si de proposita quęstione accidisset contraria contradictoriaꝗ dixisse sanctos doctores, nobis ipsis potius ignorantię culpã imputare debemus, q̃ illos credere discordare: et eos conari reconciliari inter se: et quo ad posset per omnia concordes ostendere: Nunc uero dicũt quidem nihil contrarium: consentanea autem sibi ipsis et inuicem aiunt. Et hoc experientia percipiemus, si modo debito eis et eorum doctrina utamur. Modus autem qualis sit audite, et attendite q̃ uerus q̃ꝗ iustus sit.

Quod ad intelligentiam illorum doctorum qui obscurius locũti sunt, utendum est illis patribus, qui apertius et clarius locuntur.

C IIII

Omnis fides et probatio habet quidẽ aliud qđ demõstrare proponit: habet uero aliud per qđ probat qđ sibi proponit, neꝗ põt idẽ esse qđ ꝓbat et qđ ꝓbať. ipsum qdẽ se ipm aut ipm aliqd p se ipm ꝓbare, impossibile est: sed

nõ ex aliqbus cõcē s & oĩbus notis ad aliqđ quęsitũ ꝓcedere opor teat: per ea quæ manifesta sunt ad incognita & quęsita eundum est: & per notiora probandum quę nobis ignotiora sunt. Hoc uero ita est uerum & ab omnibus concessum, ut non indigeat pluribus uer/ bis. Et in proposito igitur cum proponantur nobis autoritates do/ ctorum orientalium: proponantur uero etiam occidentalium. Sitq́ꝫ necessarium si Christianissimum uelimus nobis seruare, cõsentanea omnia omnibus esse probare: si ęque clara & aperta nobis eorum dicta sint, neq́ꝫ aliquod dubium inest in eis, non est opus discussione amplius inuento quod quęritur. Quod siquid in eis dubii insit: & aliqua nõ ita aperte dicta, indigent declaratione maiori, regula prę/ dicta utendum est. Aliter enim impossibile est attingere finem quę/ situm: et contrapositis utrisq́ꝫ, a clarioribus ad ea quę non ita clara sunt comparatis per clariora etiam intellectum eorum inuestigare, quę obscurius dicta sunt: et hoc modo una armonia ex ambabus partibus composita inconcordem & consonantem glorificationem dei accedere. Et meo quidem iudicio tum orientales tum occiden tales patres clare manifesteq́ꝫ locuti sunt, & ueritatem fidei nobis tradiderunt. Et facile quis posset alterius partis auctoritatibus usus per eas dumtaxat prępositam quęstionem concludere. Et hoc pau lo post si Deus concedet probabimus. Concedatur tamen non ita clare, nec ita expręsse orientales locutos fuisse de Spũs sancti ex fi/ lio processione quemadmodum occidentales: quid igitur facien/ dum est? Nempe nil aliud: nisi cum occidentales patres apertissi/ me hanc prędicauerint fidem: orientales quoq́ꝫ putandum hoc idẽ dicere: nec oppugnare illis, qui idem de fide senserunt. Qui enim illis idem & in his locutus est spiritus: & quę per illos subobscure ea/ dem per hos aperte docuit, ob eam quam ille sciuit causam: & pro/ pter necessariam tunc fortassis dispensationem. At nobis proban/ dum est: etiam absq́ꝫ comparatione ad occidẽtales patres, ipsos per se ipsos orientales doctores idem cum occidentalibus de processio ne spiritus sancti concludentes & idem quod illi sentientes.

¶ Proponit hanc conclusionem ex dictis orientalium do/ ctorum dumtaxat probare dupliciter: uidelicet per prę/ positionem per, & per ex: et primo de ui ipsius prępo/ sitionis, per, disputat: probans eam causam median/ tem significare. C V

PRepositionem igitur, per, in omnibus in quibus accipit, causam significare, nunquam quod dici, nisi aliquam mediantem sub ostendat causam, nemo est qui ignoret. Semper.n. & in omnibus quibus hoc ab hoc per hoc esse aut fieri dicit, illud per quod tanquam comunicans, aut cooperans primo agenti accipitur. Quemadmodum si fabrum per seram fabricari dicamus, seram quoque cooperari fabro ad secundum intelligimus: & modo ei conuenienti hoc est instrumentaliter ipsam etiam secare nec superuacaneam eam accipi. Per locum etiam aut per tempus aliquid fuisse uel transiuisse dicere, nil aliud dicere est nisi locum etiam & tempus aliquam causam illorum, quę transiuerint uel facta fuerint esse: & locus.n. motus causa est. Siquidem omnis motus in magnitudine & distantia est. Tempus quoque maxime confert motui. Omnis.n. motus in tempore: absque uero motu nil omnino corporalium & sensibilium fieret. Sine quo autem non fieret aliquid: hoc sui causam habet. In syllogismis quoque dicere per medium extrema coniungi: patet quod per medium tanquam per causam secundum motum, aut discursum intellectus accidit cuius ratio est: ut uniuersaliter de hac prepositione tractemus, in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari hęc prepositio, per, designat in causali aliquam causam seu principium illius actus: sed cum actio sit media inter faciens & factum, quandoque illud causale, cui adiungitur hęc prepositio, per, est causa actionis secundum quod exit ab agente: & tunc est causa agenti quod agat, siue sit causa finalis, siue formalis siue effectiua, siue motiua: in materiali namque causa non est in usu accipi: sed pro ea, ex, non.n. per ligna & lapides: sed ex his & his domum esse compositam dicimus. Cum igitur propter lucri cupiditatem dicimus artificem operari: finalem significamus causam, formalem uero cum dicimus quod operatur per artem suam: motiuam uero si dicatur quod operatur per imperium alterius. Quandoque uero dictio causalis, cui adiungitur hęc prepositio, per, est causa actionis secundum quod terminatur ad factum: ut cum dicimus artifex operatur per martellum. Non.n. significatur quod martellus sit causa artifici quod agat, sed quod sit causa artificiato ut ab artifice procedat, et quod hoc ipsum habeat ab artifice. Quæ cum ita se habeant: considerandum quid uelit, sanctos ex patre per filium procedere dicere spiritum sanctum. Nempe hic etiam dicemus causam quandam significare prepositionem, per, at primarum quidem trium nullam. Nec enim filius patri causa est, ut ex eo Spiritus sanctus procedat: quod uniuersaliter primę

tres causę pñt: sed e conuerso est, nec. n. filius causa formalis, aut finalis, aut effectiua est spiritus sancti: cum effectiua quidem causa ad creaturam referatur, Nec conueniat spiritui: ipsa uero tota beata trinitas & bonitas eius creaturarum finalis causa sit, non autē una persona alterius: formalis autem ipsa diuina essentia: secundum quam filius & spiritus sanctus procedunt: quę tribus eadem est: reliquum igitur est, ut reliquo & quarto modo in re proposita accipiamus: et illum quo ad fieri potest: hic enim in quantum terminatur in effectum cum sit actionis causa conuenit huic quęstioni: cum dicimus ex patre per filium procedere Spiritum sanctum. Inquantum uero tanq̃ instrumentum intelligatur, ualde dissimile habet significatum, non enim ut per instrumentum uel per locum uel per tempus aut aliquam causam imperfectam dicimus spiritū sanctum per filium procedere: longe etenim hęc ab illa eius summa perfectionę & summa ad patrem æqualitate & unitate absunt. Nec enim alia potentia nūero q̃ pater producit Spiritū filius, ut tanq̃ secunda uel instrumentalis causa accipiatur: sed cum eadem & una in patre & filio productiua potentia sit: æqualiter ex utroq; procedere dicitur. Nā & sera si homo esset quemadmodum ipse faber & idem homo, sicuti pater & filius idem Deus est, secaret utiq; etiam illa prout ipse faber: & quod diceretur per seram, nullam in perfectionē de sera notaret. Nec mirū si in diuinis utamur imbecillibus & imperfectis uerbis & nominibus cum aliter non possimus. Diuinas enim res per nomina & intentiones quidem cōsuetas nobis manifestare conamur. Aliter eīm impossibile est, nobis sensu uiuētibus de illis loqui. Quod uero prolationi uerborum accidit etiam significatis rebus uelle imputare, cauendum ne sit nefas. Multę enim hoc modo certęq; fidei ueritates euanescerent. Etenim uniuersum quoq; ex patre per filiū creatum esse dicimus. Nullus tamen est ita audax, ut instrumentalem & non eandem cum patre causam diceret filiū. Quippe qui eadem unaq; potentia & actione cum patre mundum creauerit. Simili igitur modo etiam de spiritus per filium productione instrumētalem quidē causam etiā solum cogitare blasphemia est, causam autē & hanc nō imperfectā, hoc uero necessariū est. Imperfectionem etenim huius prępositionis, per lōge repellēdā. quantū aūt pfectionis & pietatis habet hoc uero acceptādū. Ait. n. in octauo ad Amphilochiū beatus Basilius: patrē creare p filiū nec imperfectā pris creationē, nec imbecillem filii actionē significat, sed unitatem uolūtatis

Bas.

eorum manifestat: quare hæc uox per filium non minuit effecti/uam causam, sed ad principaliorem causam nos refert. Palam itaq; patet prępositionem per, causam significare, non enim inbecillē ait ostendit filii actionem, & causam cum ordine: ad principalē.n.inqt causam nos refert. Semper etenim cum aliquid ex aliquo per ali/quem esse dicitur, ordo quidem ad illum ex quo illius per quem, si/gnificatur. Ex quo quidem principali causa: per quē uero tanq̄ in/strumentali accepta uel concausa, quę pręsupponit sibi illum qui di citur ex quo: nunc autem ordinem necesse etiam inter patrem & fi/lium esse. Ex patre etenim omnia quę patris sunt accipit filius & habet: postq; patrem & simul cū eo subito & immediate intelligit filius. Cū enim filium dicimus subito in patrē, cuius filius est mēte reducimur, et cum patrem dicimus filium statim intelligimus. Hęc autem maxi mę prępositio per potest ad principalem causam teste beato Basilio nos reducere. Per filium.n.dicentes spiritum sanctū procedere, pa/trem ex quo filius hoc habet cōcipimus: & q ad alium refert quę sua sunt. Idem Chrysostomus etiā illud euangelii exponens omnia per ipsum facta sunt. Si enim hic aut per eum dictū est, nulla alia de cau sa dictum est nisi ne aliquis suspicetur filium ingenitum esse: quare secundum hunc etiam doctorem prępositio per ad natiuitatem ex patre nos remittit: & ut intelligamus illinc ei potentiam datam: cum uniuersi creandi tum Spiritus sancti producendi: et plus aliis potest ordinem filii ad patrem significare: quę maxime necessaria est in tri/nitate: quemadmodum enim summa in eis potentię ęqualitas est, immo potius summa identitas, ita nil minus etiam summus est or/do: quem ipsa per maxime potest ut probatum est significare et de his quidem satis.

Chrysostomus.

Autoritates sanctorum doctorū qui hac prępositione per utuntur et probatio q causam significat.

C VI.

DIcendum aūt qui nā patres orientales et quibus in locis de processione spiritus sancti usi sunt ipsa per in filio. pri mum itaq; diuinus Athanasius in sermone, qui inscribi/tur redargutio simultatis Melitii et Eusebii. Erat autem impossibile inquit Spiritum inter trinitatem cū gloria numerari, si non esset emanatus ex Deo per filium: sed per modum creaturę ex deo factus ut autumant. Animaduertendum igitur q de persona

Atha.

Spiritus est hic, ratio: qui unus in trinitate est: sed non ut aliqui dicerent de quadam non subsistente gratia: quippe ipsum spiritum, qui trinitatem complet esse ait ex deo per filium. Esse etenim existere significat clare & ipsum subsistere: & maxime esse emanatiue: & affirmare ex deo per filium eum esse emanatiue nil aliud est dicere nisi ex Deo per filium subsistere eum & existere: dicens uero ex deo per filium non ex patre per filium uanam arguit aliquorum rationem & qui dicũt ideo eum dixisse per filium quia patrem nominauit. quod relatiuum est nomen & ideo requirit filium. Haberet enim hoc aliquam rationem & si non sufficientem si ex patre per filium dixisset.

Bas. Nunc uero non hoc dicit. Sed ex deo per filium. Deinde Basilius cum quęreret quare Spiritus non dicatur filii filius. Non ideo inquit quia non est ex deo per filium: sed ut trinitas non in multitudinẽ infinitam incidat filios ex filiis ut in hominibus sit credita propagare. Primo itaque ex ipsa met quęstione cum quęrat cur Spiritus sanctus non dicatur filius filii manifeste apparet non fuisse beatum Basiliũ huius opinionis: nihil uidelicet filium conferre ad esse Spiritus. Nõ enim talem quęstionem mouisset: quemadmodum nullus quęreret quare Spiritus non sit pater patris uel genitor filii. Deinde ex ipsa solutione quęstionis apparet quod putabat filium causam Spiritus: & hoc per prępositionem per, significare. Cum enim liceret ei dicere, quod ideo non est filius filii, quia nec ex eo, nec per eum est, nec eũ habet sui ipsius causam (quę nam esset solutio couenientior) hoc quidem non dixit: sed aliam reddidit rationem. Est.n. inquit ex deo per filium: & hoc negandum non est. quod si hoc cogat & filium eum filii & esse & dici: diceretur inquit etiam hoc: nisi hoc inconueniens sequeretur: quod trinitas multitudo infinita putaretur. quod si hoc absurdum non timeretur, diceretur etiam filius filii. At si filius filii diceretur, nullus dubitaret quod filium etiam haberet sui causam. Igitur etiã cum dicatur per filium esse, filium habet causam, ipse etiam esse ait. Quod uerbum potissimum existentiam & subsistentiam significat: & esse ex deo per filium: prout sacer Athanasius dixit. Nec igitur de gratiis non subsistentibus est ei propositum dicere: nec propter relationem per filium dictum est nec prępositio per idem potest quod prępositio cum. quę enim ratio est ideo aliquos suspicari filium cum filii posse dici & esse quia ex deo cum filio est? Cũ igitur nullum de his tribus refugiis ad quę se omnes solent referre, his sanctorum doctorum testimoniis relinquatur neque conueniat, palam patet cau-

sam hic significare hanc prepositionem per. Idem ex alia eiusdē autoritate probatur dicentis. Ideo ꝙ ex deo quidem Spiritus sit palam prędicauit Apostolus dicens. Spiritum qui ex deo est accepimus. Et ꝙ per filium manifestatus sit aperte ostenditur: cum illum filii Spiritum quemadmodum etiam dei nominauerit. Ideo.n.dicitur filii spiritus inquit: quia per eum manifestatus est. cuncti etiam patres occidentales communi sententia ideo dicunt filii Spiritum & esse & dici quia ex eo procedit. Idem igitur occidentales doctores significāt: cum dicunt ex filio Spiritum procedere, quod sanctus Basilius cū dicit: per filium eum manifestari: at dicere ex filio eū procedere nil aliud significat, nisi ꝙ filius etiam sit causa Spiritus: igitur & per filium dicere eum manifestari palam significat filium causam esse Spiritus sancti. quod si hoc quod dicimus per filium eum manifestari dicat aliquis significare ad sensibilem hūc mundum eius manifestationē & temporalem missionem, nō recte dicet. Si.n. ideo Spiritus est filii Spiritus: nec ęternaliter nec natura, sed accidentaliter & tēporaliter illum habet: ex quo scilicet mundo illum manifestauit, quod impium est etiam cogitare. effectus.n.ut presupponat causam necesse est. Quod autem per filium Spiritus manifestetur: hoc est causa ut Spiritus sit spiritus filii. Si igitur effectus uidelicet ꝙ spiritus sit spiritus filii ęternaliter etiā est: multo magis ut causa uidelicet ꝙ per eum manifestatus fuerit ęterna & naturalis sit necesse est. æternaliter autem per eum manifestari quod aliud nisi ꝙ æternaliter ab eo procedit significat? Illud etiam quod additur: quemadmodū & dei: nostram expositionē corroborat. Ita.n.ait, dicitur spiritus filii quēadmodū et dei, at dei dicitur Sp̄s tanq̄ ex eo procedens: igitur etiam filii dicitur spiritus tanq̄ ex eo procedēs siue per eum manifestatus. Idem enim ambo significare probatum est. Hic autem potissimum apparet nullo modo prępositionem, per, debere accipi pro cum. ꝙ enim sit filii spiritus signum est inquit: ꝙ per eum manifestatus sit. Si igitur per eum manifestari idem atꝙ cum eo manifestari si significaret: cum nil minus cum filio spiritus q̄ cum spiritu filius manifestatus sit, oporteret ut etiam filius spiritus diceretur: in signum, ꝙ cum spiritu filius manifestatus sit, at hoc non dicitur: igitur nec cū spiritu filius manifestatus est. Sed hoc mendacium et impium est dicere: manifestatus est etenim cū sp̄u non tamē per spiritum. Quo fit ut aliud sit per eum manifestari: et aliud, ꝙ cum eo manifestet. Sed dicet aliquis, Ideo filius non dicitur spiritus: ne pater eius uidea/

tur esse spiritus sanctus. filius enim cum nomen sit relatiuum refert ad patrem. Quare si non timeretur hoc inconueniens, filius etiam spiritus diceretur: eo quod cum spiritu & simul cum spiritu progrediatur ex patre. At o uir optime spiritus quoque relatiuum nomen est, & ad spirantem refertur: & cuius dicitur spiritus ab illo etiam spiratur. quod enim personalia nomina trinitatis relatiua sint nullus ignorat. personale uero nomen spiritus esse quod sanctus spiritus dicatur nemo inficitur: quemadmodum patris pater: & filii filius. & necessario relatiuum quemadmodum & illa: siquidem essentia non sunt: nec aliud sit in diuinis preter essentiam & relationes. quemadmodum igitur filium: cum sit nomen relatiuum & referatur ad patrem: ueremur filium Spiritus dicere: ne Spiritus pater eius putaretur, ita & spiritus cum sit nomen relatiuum, & necessario ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur cuius dicitur spiritus esse. ut uero nulla cuiquam excusatio relinquatur, & clarius appareat prepositio per significans causam sanctus Maximus in medium adeat: qui exponens quid uellit illud zacharie prophete aurea lapas & quod supra ea sic dicit. Spiritus enim sanctus quemadmodum natura secundum essentiam dei & patris est: ita & filii secundum essentiam est, tanquam ex patre essentialiter per filium ineffabiliter natum procedens. filii enim est inquit essentialiter spiritus non aduentitius & de foris nec temporaliter illum accipientis, sed ab æterno essentialiter illum habentis quemadmodum et pater. Cuius ratio est: quod ex patre per eum essentialiter procedit. Et attende quod unius & eiusdem rei rationem reddentes tam beatus Basilius quam sanctus Maximus uidelicet cur spiritus dicitur spiritus filii, eandem uterque reddit. Quia. n. ex patre per eum procedit, ideo spiritum eius esse & dici asseuerant. Et quod sanctus Maximus per eum procedere inquit: illud beatus Basilius per eum manifestari dixit: significans idem posse manifestari atque procedere. quod si per eum procedere, per eum esse & existentiam habere significat, igitur & per eum manifestari, per eum esse, & existentiam habere significat. Et prepositio per causam hic necessario significat: nec ullo modo aliter capi pot. At Nissenus etiam Gregorius idem plerisque in locis ait: non solum cum trinitate causa & causato distingui asseuerat: sed etiam in primo suorum cotra Eunomium librorum de distinctione diuinarum personarum tractans, Spiritus inquit patri coniunctus secundum quod uterque increatus est, rursus ab eo distinguitur, eo quod non est pater prout ille est, filii uero & secundum quod uterque increatus est, & secundum quod uterque ex

primo principio suam subsistentiam habet coniunctus distinguitur ab eo sua proprietate: quę est ꝙ nec ut unigenitus ex patre productus est, & ꝙ per ipsum filium sit manifestatus, & cum creatura per filium sit producta: nequis putet aliquid cõmune esse spiritui & creaturę propter ea ꝙ dicitur per filium manifestatus: immutabilitate & immobilitate a creatura distinguitur. Hic cum manifeste de diuina unione & distinctione sanctus doctor loqueretur: proponit sibi Spiritum sanctum quem ad patrem comparans et filiũ inuenit quę cõmunia eis & unientia quę uero propria et distinguentia sunt. patri itaq; inquit coniunctus secundum ꝙ uterq; increatus est: ac si diceret per absoluta & essentialia, quę per nomen increati significãtur. Rursus ab eo distinguitur, eo ꝙ non est pater ut ille est. Cum filio uero commune habens ꝙ uterq; increatus & omnia eis absoluta communia sint: cum una eademq; utriusq; essentia sit: item ꝙ uterq; deũ & patrem sui principium habet: tamen ab eo his duobus distinguitur. Primo ꝙ non per generationem ut filius: sed per processionẽ uidelicet ex patre sit: ac si diceret per diuersum subsistẽtię modum. Secundo qđ per ipsum filium manifestatus sit. Si igitur per eũ idẽ significaret ac cum eo: prout aliqui soniant: mirum esset profecto si ideo spiritus distinguatur a filio quia cum eo manifestatur. (unitur enim hoc modo, non distinguitur & coniungitur non diuiditur. Nec etiam de diuisione charismatum hic loquitur sanctus doctor: quinimmo de diuinarum personarum distinctione. nec quisq̃ habet dicere spiritus per filium in mũdo manifestationem per hęc uerba significari. primo namq; cum de distinctione personarũ hic sermo haberetur: quo nam modo temporalem hanc manifestationẽ æternę rei causam poneret: æternaliter enim filius et spiritus sanctus personalibus distinguuntur proprietatibus. Neq; dici potest qđ anteq̃ manifestaretur mundo spiritus, non erant ab inuicem personaliter distincti. Hoc enim absurdissimum etiã cogitare est. Deinde cum opera increaturam communia trinitati sint: non magis per filium q̃ per se ipsum spiritus sanctus manifestatus est, quinimmo ipsum etiam filium spiritus glorificauit, & manifestauit: et non minus patrem eundem etiam filius. Quare ac ratione a se ipso etiam Spiritus distinguetur, cum se ipsum manifestauit: item et a patre filius quoq; et a se ipso et a patre, ob eandem rationẽ. Sed nec de his unq̃ hoc dictum est: neq; de re nobis proposita idem dicere conuenit. Quod autem palam arguit has ratiões uana refugia esse: illud est

quod spiritum sanctum uolens a creatura diuinus iste doctor distin/
guere: cum iam attribuisset spiritui per filium manifestari, creaturę
per filium creatam fuisse: timens nequis propter hoc qđ spiritus &
creatura per filium esse dicantur, eiusdem etiam essentię spiritum cū
creatura putaret, mutabili & inmutabili hęc ab inuicem distinguit:
quod spiritus quidem per filium manifestetur: creatura uero per fi/
lium subsistat: hoc cōmune & idem utrisq; putans: distinctionis ue/
ro alium reperiens modum: uidelicet qđ ille quidem inmutabilis: il
la uero mutabilis sit. At si cum dicitur spiritum per filium manifesta
ri nō significaretur qđ filius subsistentię spiritus esset causa: quemad/
modum cum dicitur: mundum per filium esse factum (Hoc.n.ma/
nifeste filium significat causam esse) facilis esset Spiritus a creatu/
ra distinctio. Licuisset n. dicere qđ & si uterq; sit per filium creatu/
ra, tñ est ex eo tanq̄ causatū: Sp̄s uero non tanq̄ causatum. Nunc au
tem hoc nō dixit. qđ .n. sciebat non esse uerum, dicere nō erat suū;
sed alium distinctionis modum inuenit: qui ei uerus uisus est & qui
solus inueniri potest. Igitur prępositio, per, idem potest. Cum dicit
qđ spiritus per filium manifestatur: quod cum dicimus creaturam
per filium esse factam. Sed creaturę causam dicimus & credimus fi/
lium: & hoc significat prępositio, per, igitur etiā de spiritu ipsa, per,
significat filium causam esse: pręterea patet: qđ quia hęretici per fi/
lium fuisse factum Spiritum sanctum blasphemabant: eo qđ euan
gelista dicit: omnia per ipsum facta sunt: male & impie spiritū etiā
sanctum inter omnia connumerantes, ideo sancti doctores eos op/
pugnantes, & contra eorum impietatem his usi uerbis de spiritu san
cto per filim eum procedere, & per filium esse et manifestari dixe/
runt. Sed hęretici per filium sanctum fuisse spiritum sanctum dicē/
tes duo hęc concludebant. Primo qđ spiritum creaturam putabāt.
Secundo qđ filius causa eius esset: et hoc ipsam, per significare. Igi/
tur si utrūq; falsum esset, utrumq; doctores oppugnassent. Et quē/
admodum illū a creaturis eximunt, quare nec unq̄ reperies eos usos
de spiritu hoc uocabulo, factus est: tanq̄ creaturę appropriato, ita
nec prępositione, per, usi fuissent unq̄: si cū hęretici eā putarēt cau/
sam significare: ipsis non solum falsum uerū impiū hoc uisum esset,
ita per omnia ueritas ipsa sibi ipsi concordat: & manifeste causam si/
gnificat, per, cum de aliquibus accipiatur. Hoc idem ex eiusdē do/
ctoris ad ablabium oratione probatur. Etenim cum illic etiam de
diuinarum personarum distinctione tractaret, postq̄ uniuersaliter

causa & cato ab inuicē eas distinxit, deinde filium a spiritu etiā prę/positione per; distinguit. Ille quidem est inquiens immediate a pri/mo: filius uidelicet a patre, hic uero (de spiritu dicēs) per eum qui immediate a patre est. hoc est per filium: & eo distinguitur inquit spi ritus a filio: quia per ipsum est, quasi diceret ꝙ cum ambo a primo sint non sufficienter distinguerentur, nisi alter per alterum esset: ut manifeste per, distinctionem hic significaret: & distinctionem quæ ab æterno est, quæꝙ secundum causam & causatum est: cum antea dixerit causa & causato tantum ab inuicem diuinas personas distin/gui. Quod enim infert aliam differentiam de filio & spiritu sancto intelligi: non recte quis putaret aliam secundum speciem, contradiceret namqꝫ sibi ipsi; si cum antea causa & cāto tantum dixerit per/sonas diuinas distingui: deinde alium modū distinctionis specie dif/ferentem tradidisset. Aliam igitur differentiam secundum numerū accipiētes, & recte cum sancto doctore sentiemus, et prępositionē, per, cū causa intelligemus. Ita ut nulli ratio relinquatur uel pro cū, eam accipere (cū.n. non distinguit) uel mundo per filium manife stationem Spiritus eum significare putare. Hęc enim non est ab ęter no, quod si uerbum hoc manifestari aliquos scandalizat, uerbū pro/cedere tantum spiritus subsistentię putantes debere attribui, mani/festari uero ad temporalem processionem et charismatum dationē et ad mundo manifestationem trahentes, eorumdem etiam erit filiū mundo dari, uel temporaliter mitti dicere: cum eum audiant a pa/tre manifestari: quod ab omnibus communiter doctoribus dicitur. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum Episcopum, cū enim quē/admodū pater ait ita et qui ex eo manifestatur unigenitus filius na/tura sanctus sit. Et rursus idem, proprius est filii spiritus sanctus in/quit, non solum inquantum uerbum est ex patre manifestatum, sed etiam in quantum intelligitur homo secundum nos factus. quod si in his manifestari esse et ęternam subsistentiam, et generationem fi/lii significat, quare non idem et de spiritu sancto significaret? quod autem et nolentes cogeret concedere idem significare illud est. Et ꝙ etiam de spiritu et eius ęterna processione hoc idem dicetur: dicē te beato Basilio de Spiritu sancto. Nil aduentitium in se habet: sed æternaliter omnia habet tanq̄ Spiritus dei et ex eo manifestatus: ita omnis occasio tollitur malignare cupientibus. Illud etenim quod prædictus Gregorius Nissenus in reuelatiōe neocęsariēsis Gregorii qui miraculis corruscauit, de spiritu dicit: ꝙ per filium manifesta/

Cyr.

Basil.

tus sit addens uidelicet hominibus, nil contra nos facit, siquidē hoc, ꝙ per filium manifestatus sit significat quidē utrumq; : etiam ꝙ per filium sit hominibus notificatus temporaliter, & ꝙ per filium ęternaliter producatur: sint uero utraq; uera in propriis locis accepta. Omitto namq; dicere in pręsentia ꝙ per filium tēporaliter hominibus manifestari, pręsupponit necessario per filium ęternaliter procedere: nec per eum temporaliter manifestaretur nisi per eum ęternaliter procederet. Alter etiam Gregorius Nazanzenus uidelicet qui a theologia per excellētiā theologus cognominatus est, quęrēs cur et Sp̄s nō nominet filius, & an ei aliqd deficiat ut filius sit: nō ei qcq̄ deficere ait, diuinitati nāq; deficit nil. Manifestationis aūt uel relationis ad inuicem diuersitas diuersa quoq; eis attribuit nomina: his uerbis manifestationis uerbum ęternam processionem significare probans: prout etiam ex uerbis Nisseni Gregorii apparuit: & eādem filii & Spiritus sancti ab inuicem distinctionem tradens, quam & Nissenus Gregorius, quemadmodum enim ille eo ꝙ nec ut unigenitus ex patre productus est, & ꝙ per ipsum filium sit manifestatus Spiritum a filio distinguit, ita & Nazanzenus tum manifestationis, tum relationis ad inuicem diuersitate distinctionem eorum ponit, quod ille dixit nōn ut unigenitum esse productum hic manifestationis diuersitatem, hoc est diuersum subsistentię modum. Quod uero Nissenus per filium ait manifestari, Nazanzenus diuersitatem relationis ad inuicem nominauit. Relationem uero ad inuicem filii & spiritus sancti nescio An aliam quisq̄ reperiat pręter eam quę secundum causam & causatum sit, secundum quam filius quidem ad Spiritum ut causa se habeat: Spiritus uero e conuerso ad filium ut causatum ad causam, Et ideo diuersimode: aut ostendat mihi quispiam aliam inter filium & Spiritum sanctum relationem, secundum quam alter ad alterum refertur, sed profecto nunq̄ reperiet. Etenim siquis nobis illam opponet. ꝙ spiritus dicatur Spiritus filii. primo quidem ista relatio & secundum ipsum Nissenum, Gregorium, & alios omnes doctores non conuertitur: nec enim filius dicitur etiam Spiritus: nec huic ad filium Spiritus relationi aliqua alia filii ad spiritum correspondet relatio, nec eadem neq; diuersa secundum actionem & passionem, deinde ꝙ dicatur filii Spiritus nihil aliud significat nisi ꝙ per filium manifestatus sit, secundum magnum Basilium: siue ꝙ per filium procedat secundum Maximum, siue ꝙ ex filio procedat secundum occi-

dentales doctores. Hęc enim quatuor ut probatum est ęquiualent uidelicet filii Spiritum dici. per filium manifestari. per filium procedi, & ex filio procedi: hæc autem relationem ad inuicem causæ & causati significant. Quã Nazanzenus Gregorius audacter asseuerat, et diuinitatis personarum filii & Spiritus distinctiuam esse & causam ut diuersa nomina habeat & unus filius alter Spiritus dicatur, hæc autem & ipsa ratio attestatur, diuina enim & sancta trinitas non magis unum q̃ tria est, illud essentia hoc personis siue proprietatibus: uniuntur etenim una cum distinctione, & distinguntur una cum unitate ut beatus Dionysius ait, & quia in quibuscunq; pluribus, in quibus est aliquid commune, est etiam aliquid distinctiuum, in hac etiam diuinarum personarum trinitate, quæ sibi in unitate essentię conueniunt, quęrendum est illud quod eas distinguit: & cum id non sit essentia, in hac enim summe conueniunt, in diuinis autem pręter essentiam & relationes atq; diuersum processuum modum, quem latini originam nominant, nil aliud intelligere sit, relinquitur ut uel origo, uel relatio, uel utrũq; diuinas personas distingua, cum uero relatio & origo etsi secundũ modum intelligendi differunt, siquidem origo significatur per modum actus ut generatio, relatio uero per modum formæ: ut paternitas, re tamen non afferunt, ideo utroq; quidem modo distinguunt diuinę personę, prius tamen & principaliter secundum modũ intelligendi per relationes: per quas etiã cõstituunt diuinę personę. Cõsequenter aũt per diuersum ꝓcessuũ modũ siue per originẽ. Nõ.n. gñare & genitũ esse: quod originis est, cõstituit principaliter personã: sed paternitas & filiatio: siue patrẽ & filiũ esse, quod relationis est: sed quia relatio & origo idẽ sunt re: & relatio consequitur originẽ, ideo utroq; quidẽ modo distinguunt diuinę personę, sed principalius relatione siue proprietatibus: quare non immerito theologi & doctores nostri filium a Spiritu distinguentes dupliciter eos distinguãt: ab imperfectiori modo ad perfectiorem procedentes distinctionẽ, quæ per diuersum processuum modum fit diuersum manifestatiõis modum nominantes, illam uero quæ fit per relatiões Nissenus quidem Gregorius per filium manifestari, Nazanzenus uero diuersitatem relationum ad inuicem appellans: patet ergo ꝙ hæc relationum diuersitas relationis distinctio est: & relatiue filius ad Spiritum, & ad filium Spiritus refertur. Et cum filius prout filius non referatur ad Spiritum, nõ.n. dicitur filius Spiritus, restat ut referatur

testimonio esse, quod nec ex filio, nec per filium spiritus habeat subsistētiam, quod enim per filium subsistat testantur qui eum per filium procedere dixerunt, Siquidem procedere etiam secundum nostros ipsum subsistere significat, Cum tamen longo post Theodoritum tempore fuerint, & audiuerint quidem eum hęc dicentem. Sciuerint autem sacram synodum ad hęc tacuisse, attamen non iudicarunt eum esse sequendum. Theodorito enim & quod ex filio & quod per filium subsistat spiritus negante, beatus Ioannes Damascenus quod ex filio ipse quoque negat. Qua uero ratione paulo post explicabimus, quod autem per filium procedat idest subsistat, hoc ut uerū ponit. Quod siquis illud nobis opponat. Solus pater est causa Ioāne Damasceno autore. Itē quod Maximus in Epistola ad Marinum de romanis ait, q.s. non ponāt filium causam spiritus esse. Quę ad hęc latini dicunt, Ego non dicā q.s. nec illud Damasceni omnibus in eius libris inueniatur. Quodque Epistola Maximi non est eius cum nec ubique, nec in antiquioribus codicibus, nec inter opera eius inueniatur. quoque nonnulli nostrorū etiā eam non esse suam putant, hęc in quam non dicam, sed concedam hęc illorum esse doctorum & uerba & sententias, dixisse tamen eos hęc ego dicam. nequis principalē causam spiritus putet filium: qua si non a patre cœperit, ut per eum spiritus sanctus procedat. Cōmunis enim linguę grecorum usus: Cum, per prępositionem, ex, principalem significat causam & Damascenum coegit nō ex filio, sed per filium dicere procedere spiritum sanctum, & Maximum quod a romanis dicitur ex filio procedere idem significare sentire, ac si dicerent per filium procedere, quamquam enim ait ex filio spiritum sanctū prodire Romani asserant, prępositio autem, ex, principalem significet causam: non tamen ideo quia dicunt ut talem causam significēt filium esse. Damascenus etiam ex filio quidem spiritus inquit minime est, per filium autem conceditur, Solus namque pater est causa talis, uidelicet qualem ipsa, ex, significat. quare talem quidem causam negant filium esse, prępositionem autem, per, attribuunt filio per quam simul eum cum patre causam siue principium spiritus sancti esse significatur, Quia enim inquit Maximus per eum prodit spiritus sanctus, idest ut alibi dicit idem doctor quia per eum procedit, ideo a Romanis ex filio prodire dicitur. Et Damascenus, ex patre per filium procedit. quę omnia aperte filium etiam significant causam siue principium esse: Et tale principium qualis est pater, Cum nil imperfectum apud filium sit quanquam non principalem

Io. Da.
Max.

nec propriam.ab hoc enim cauentes negant filium causam esse, & quia omnia quęcunq; filius habet a patre habet & ad eum omnia re
Basili. feruntur, Quemadmodum & sanctus Basilius in octauo ad amphi lochium capitulo ait, Ideo inquit dominus ad patrem mea oĩa tua
Nazã. sunt, quia ad eum principium creaturarũ refertur. Et Nazanzenus in sermone ad egiptios. Deus inquit tribus in maximis consistit causa, Creatore, & perficiente, patre uidelicet filio & spiritu sancto. Hęc autem dicebat non quia omnino negabat filium & spiritum sanctũ esse principium siue causam creaturarum, hoc.n.impium est dicere, sed quia patrem solum simpliciter & principaliter causam esse sciebat, & ab eo filium & spiritum sanctũ habere quicquid habent. Quę ergo responsio suffecisset contra quoscunq; qui ex his uerbis doctoris non filium nec spiritum, sed patrem ponentis causam creaturarũ maligne arguere uolentes, totaliter negarent filium & spiritum sanctum causam esse creaturarum, ipsa eadem illis sufficiet, qui filium
Io.Da. non esse causam spiritus ponunt: Eadem enim ratione & Damascenus cum diceret spiritum non esse ex filio addidit. Solus enim pater
Maxi. causa est: Et Maximus dicens de romanis q ex filio assererent spiritum prodire, Non tamen eum causam ponunt ait, cum scirent quidem qualem causam significet, ex, talem autem filium esse minime concederent, quippe qui omnia quę habet a patre accipit, qui solus prima & principalis causa est, qualem ipsa, ex, significat cum ipse quidem a se ipso omnia habeat, filius uero a patre, Et ideo non prima nec principalis causa est, est tamen causa, siue principium spiritus unum & idem cum patre, nec quisq̃ hoc omnino negare poterit, per eum audiens doctores dicentes spiritum sanctũ procedere: si enim per filium procedere prodire & esse, ipsi quoq; aduersarii nõ ualentes aperte ueritati contradicere, concedunt idem significare, ac si diceretur per filium habere subsistentiam, hoc autem dicentes doctores, ne manifestationem spiritus ad hunc sensibilem mundum significant, nec de gratiis & donis spiritus, sed de ipsa ypostasi spiritus & eius ęterna manatione & existentia loquuntur. Nec ista prępositio, per, idẽ quod prępositio cum ut probauimus significat, ad quę refugere solent aduersarii, quid aliud relinquitur nisi ut, per, significet causam siue principiũ? Cũ enim per filium dicat doctores spiritum sanctum esse & existentiam habere, Cumq; ipsa, per, non possit pro, cum, intelligi, suam uim exprimit utiq;, & causam significat cum iam probatum sit causam semper significare in quibus acci/

pitur, ꝙ autem ipsa, per nullum trium prędictorum hic significat, & ex epistola Maximi, ad Marinum prędicta. & ex ipso Damasceno palam probatur, qui ipsam, ex, mutant in, per, & de ipsa persona spiritus & eius ęterna existentia loquuntur. quantū igitur conueniunt ex & cum, tantū: per & cum. conuenire possunt. Quod & per Theodoritum maxime probatur. Cum enim ille diceret spiritum non habere existentiam per filium. Cum filio ne intelligebat. Ergo palā mētiebatur. Nec decet nos niti concilii silentio, Etenim spiritus cum filio simul est, & ex patre simul emanant, An ęquiuocam hanc dictionem, per, ille putans ut aliquando Idem quod, cum aliquando se ipsam, per significaret. per filium negat spiritum esse. At oportuisset uel ipsum uel concilium hanc ęquiuocationem distinguere, & docere de quo significato diceret prout omnes solent doctores, sed nec idem ꝙ cum filio ille putabat posse intelligi, cum diceretur per filium, & per filium negans spiritum habere existentiam causam significare, hanc prępositionem putabat: Palam itaq; his omnibus patet se ipsam in productis autoritatibus, per significare & quod suum est pro se causamq; manifeste significare, & hanc Theodoritum negare, hanc cęteros sanctos doctores audacter profiteri. Sed ne rursus ad illa consueta refugia te recipias, ideo dicens per filium prodire spiritum dictum fuisse, ut coniunctio connexio & identitas substantię eorum significetur, Primo namq; hic prodire, pro procedere capitur, Ipse enim idem Maximus, qui in epistola ad Marinum prodire ait in expositione ad zachariam, procedere inquit, Idem Damascenus, Idem septima Synodus ait, procedere uero subsistentiam habere significat, Et per filium procedere per filium subsistentiam habere proculdubio significat, hoc autem esse non poterit nisi & filius subsistentię spiritus principium sit. Deinde non quia nos dicimus spiritum prodire per filium, ideo aut est, aut manifestatur substantię identitas, non enim per nos neq; per nostrum dicendi modum diuina essentia diuinis unitur, aut identificatur personis, sed quia est essentię identitas, ideo prodire dicitur & prodit per filium spiritus, hoc autem latini etiam dicunt. Quia enim eadem est essentia patri & filio aiunt, & omnia patris filius etiam habet, pręterq̄ ꝙ non sit pater, Ideo etiam hoc eū habere asseuerant ꝙ ex eo uel per eum spiritus procedat, hoc idem quoq; beatus Cyrillus in quinto ad hermiam probat dicens. Cuiusnam proprium esse spiritū dicimus? Vtrū solius Dei & patris? An ēt filii? An & disiunctim uniusq; & fi-

Theo. (margin, beside "ex & cum")
Maxi. Dama. vii. Sy. (margin, beside "stantię eorum … prodire ait")

mul amborum tanq̃ unum ex patre per filium propter identitatem essentie: ad quę respondet hermias. Ita mihi uidetur. At doctor ad eum recte quidem, propter identitatem essentię inquit patris & filii amborum spiritus est, & ex patre procedit per filium. quod quid aliud uult, nisi q̃ propter identitatem essentię filii & patris & per filium spiritus procedit, & eius spiritus est, quemadmodum & patris. Hoc autem latini etiam concedunt. Pręterea identitas essentię patris cum filio & spiritu, ac filii cum patre & spiritu, tum pręcipue probatur cum ad inuicem ut principium & id quod a principio, se habeat. In quantum enim tales & maxime inuicem communicarent, & maxime ad inuicem distinguerentur, Qui modus cum ambo simul possit merito in diuinis, oĩbus aliis distingẽdi, uel uniẽdi modis pręponitur. Quemadmodum enim in illis rebus diuinis, & una cũ unitate distinctio, & cum distinctione summa unitas est, Ita necesse est nos etiam talem unionis modum illic intelligere, qui non minus etiam distinctionem contineat, & talem distinctionem, quę & unionem in se habeat, talis uero sola principii & eius quod a principio, relatio est, Quare si quos audiamus doctores dicentes propter consubstantialitatem dictum fuisse per filium spiritum procedere, propter principii & eius quod a principio relationem eos dixisse putemus per filium dici procedere spiritum sanctum, & ob nullam aliam rationem, cum istam consubstantialitatem potissimum principii & eius quod a principio relatio probet. Cuius una cum aliis magnus quoq̃ Basilius testis est in epistola ad canonicas hęc dicens. Cum.n. pater lumen sine principio est, filius quoq̃ lumen, sed natum, lumen tamen utrunq̃ merito consubstantiale eum dicent, ut naturę identitatem significent. Non enim quę germana sunt ꝯsubstantialia dicuntur, ut quidem putant, sed cum causa & quod a causa subsistẽtiam habet, eiusdem nature sint, tunc consubstantialia dicuntur. Rursus idẽ in sermone ꝯtra Sabellium & arianos de patre dicẽs & filio, Non enim eos inquit germanos dicimus, Sed patrem profitemur & filium, identitas autem essentie in eis est quia filius ex patre. Si igitur propter consubstantialitatem dictus est per filium spiritus, Causa uero & causatum cum eiusdem naturę sunt consubstantialia sunt, ut ait Basilius, manifeste patet propter relationem cause & causati siue principii & eius quod a principio est, per filium procedere spiritum dictum fuisse. Basil.

Autoritates doctorum, in quibus spiritus sanctus ex filio & ex ambobus dicitur esse prodire et profluere, quod non gratia spiritus non subsistens, sed ipsa persona spiritus dicitur, prodire, profluere, emanare et cetera a filio. Cap. VII.

SEd iam ipsa, per sola manifestissime probatum est orientales, doctores filium principium spiritus esse palam profiteri. Probandum autem nonnullos eorum prepositione, quoque, ex, non minus usos fuisse de filio in subsistentia spiritus illos itaque quorum testimonia calumniam patiuntur tanquam non eorum uel non ita per eos edita, sanctum uidelicet Athanasium, Basilium, Gregorium. Nissenum omittendos duxi, nec illorum autoritatibus utendum, qui plerisque in locis ipsam, per/probant equiualere ipsi, ex/in theologia, hi uero quasi omnes aut maior pars sanctorum doctorum est. Cyrillum autem dumtaxat et Epiphanium producendum duxi, qui ceteris apertius & magis ubique operum suorum prepositione, ex/usi sunt, quorum quanta qualisque autoritas in ecclesia Dei sit certaminaque eorum contra infideles & hereses, nemo est quem lateat. producam uero non omnia eorum testimonia, nec.n. facile est, Sed aliqua pauca fugiens uerborum prolixitatem. Beatus itaque Cyrillus in expositione prophete Ioelis supra illa autoritate effundam a spiritu meo, sic ait, inquantum et enim Deus ex Deo secundum naturam filius est, cum natus sit ex Deo & patre, proprius eius & in eo, & ex eo spiritus est, quemadmodum & de ipso Deo & patre intelligitur & ex eo est inquit, Et ita ex eo quemadmodum de ipso deo & patre intelligitur omne dubium querentibus causam tollens, Idem rursus in sermone ad Theodosium Imperatorem baptizantem inquit Iesum in igne & spiritu sancto non alienum baptizandis effudisse spiritum seruiliter, & instrumentaliter, Sed tanquam Deum secundum naturam cum autoritate summa, qui ex eo & propius eius est, Et iterum in thesauris; Legem igitur cum ferat Christus, ita condit eam tanquam in eo, et ex eo sit spiritus eius. et rursus, Nullam igitur nature differentiam filii et spiritus sancti Paulus nouit sed tanquam ex eo, et in eo naturaliter sit dominico nomine eum uocat. Et animaduerte quod ideo dicit paulum appellasse spiritum dominum, quod filii nomen est, quia ex filio est. Causarum enim nomina causatis solemus imponere. Item in expositione noni anathematismi, homo factus inquit unigenitus Dei filius non minus permansit Deus, Omnia habens quecunque & pater

Cyr.

Idē.

Cyr.

Idē.

Cyr.

preterꝗ ꝙ non sit pater, & propriũ habens qui ex eo & in eo insitus est spiritus sanctus. ꝙ siqs rursus opponat, quę a Theodorito in hũc anathematismum dicta sunt, primo quidem sciat quęcumq; Theodoritus contra Cyrillum scripsit omnia reprobata & anathemati tradita ab omnibus sequentibus sanctis conciliis fuisse, Ita ut non decet ex maledictis & iam reprobatis arguere. Deinde satis iam de hoc per nos dictum est, quando & si non in utroq;, In altero tamen eum mẽtitum fuisse probauimus, Cum ipse quidem ꝙ per filium spiritus habeat subsistentiam negaret, Nos autem testimoniis doctoꝶ probauerimus uerum esse. Ita ut non debeamus silentio sacri concilii niti, & inde arguere, ꝙ Theodoritus scripsisset spiritum sanctum nec ex filio, nec per filiũ subsistẽtiam habere, & concilium his auditis tacuerit, nec eum redarguerit. Ideo tacuit, quia eum uera dixisse sciebat. Ecce etenim probatum quidem est spiritum sanctum per filium subsistentiam habere. Synodus uero non solum de altero, uidelicet ꝙ non ex filio habeat subsistentiam tacuit, sed etiam de altera parte. hoc est ꝙ nec per filium procedat, quod tamen palam falsum est. Quemadmodum.n. hoc silentio pretererit, cum tamen falsum sit, Ita etiam reliquum, uidelicet ꝙ nec ex filio subsistentiam habeat, cũ ipsum quoq; falsum sit. Hęc igitur & in superioribus diximus, & nũc illius noni anamathematismi contra quẽ Theodoritus scribens illa dixit, Ipsius Cyrilli expositionem induximus, se ipsum & suam mentem exponentis, & contra maledicta Theodoriti replicantis. Non decet igitur omisso illo alium querere uerboꝶ Cyrilli expositorem, & prę sertim acerrimum illius hostem. Quare autem Cyrillus spiritum dixerat proprium filii in nono anathematismo, quod Theodoritus carpsit, Ipse exponens quia dicit ex eo est, conueniens in hoc occidentalibus patribus. Et illi.n. spiritum dicunt filii, & proprium filii, tamꝗ ex eo procedentem. Pręterea ex responsione Cyrilli ad Theodoritum Idem probare possumus. Si quis sine contentione audiat. procedit quidem inquit spiritus sanctus ex Deo patre secundũ uerba Saluatoris. Non tamen est alienus a filio, omnia nãq; cum patre habet, & hoc ipsemet docuit, dicens de spiritu sancto omnia que cunq; habet pater mea sunt, Ideo dixi uobis ex meo accipiet, & annuntiabit uobis, nam & si a patre inqnit procedere spiritum sanctũ saluator dixit, non minus tamen est, etiam filii. Est autem filii quemadmodum & patris. Superius namq; dixit, Erat namq; & est spiritus eius sicuti & patris, & non magis patris minus filii, sed similiter ambo Cyr

rum. Hoc uero nil aliud est nisi queadmodum est spiritus patris tanq̄ ex eo procedens. Ita .s. etiam filii est tanq̄ ex eo, & per eum procedens. Et hoc significat cum in testimonium huius rei accipiat, q̄ filius oīa habeat quę & pater, & addat q̄ hoc de spiritu dixerat dominus: postremo idem probat per illam auctoritatem, q̄ ex eo .i. filio accipiat spiritus. hoc enim & sanctus Epiphanius ut paulo post ostē detur p̄ eo q̄ ex eo procedat accipit, ipse quoq; beatus Cyrillus in expositione super Ioanne ipsam autoritatem exponens sic inquit, Accipere .n. spiritum dicimus ex patre & filio ea, quę illorum sunt, non tanq̄ aliquando quidem non habentem insitam in eis sapientiā & potentiam. Cum autem intelligatur habere tunc uix habentem semper & enim sapiens & potens est spiritus, Inmo uero ipsa sapientia & potentia est, non participatione, sed naturaliter. Si igitur id; quod spiritus ex filio accipit sapientia, & potentia est, hęc uero non aliquando quidem habet, aliquando uero non. Semper namq; talis est, natura non participatione, semperq; a filio ea accipit, quę cum non habeat participatione, natura eius sunt, quod hinc colligitur qs ignorat? Et merito hęc beatus dicit Cyrillus, q̄ in plerisq; aliis locis manifeste ex filio sicuti ex patre procedere dicit spiritum sanctū. In Epistola namq; ad Nestorium, Et si est inquit spiritus in propria ypostasi prout spiritus est non filius, nō est tamen ab eo alienus, profluit autem ex eo sicuti & ex Deo & patre. Nequis autem hoc uerbum profluere de secunda & temporali processione putet hic fuisse dictum, Primo quidem sciat q̄ non est hic sermo de distributione donorum & charismatum spiritus, Sed de ipsa eius ypostasi: deinde hoc profluere semper reperies apud hunc doctorem pro producere, accipi. Et enim tum in expositione symboli profluit quidem inquit, hoc est procedit, tum in sexto ad hermiam, & spiritum quidem ueritatis eum nominat. Profluere autem ex ipso asserit patre, tum etiam plerisq; aliis in locis idem dicit. Illud quoq; quod dicit, sicuti ex Deo & patre, non superfluit. nil .n. ille superuacaneum, Sed oīa cum magno pondere dicit, & ita uult spiritum esse filii, prout est patris. Et ita profluere, prodire, & emanare a filio, prout a patre, & nullo modo aliter. Ideo in sermone ad Theodosium Imperatorem, de hoc loquens & uolens probare ita esse filii spiritus, prout patris & ita ex filio nobis emanare eum prout ex patre, non ex mensura inquit secundum Ioannem dat spiritum filius, Sed ipse eū ex se ipso emittit, quemadmodum & ipse pater. Quare beatus Paulus omni

Cyr.

Cyr.

Cyr.

in hoc differentia postposita: nunc quidem Deo & patri illũ atribuit. Nunc rursus filio: infert deinde Pauli uerba, quibus ęque filii esse spiritus sicuti & patris probatur. nulla enim differentia est filii spiritum uel patris dici, omnem enim in hoc differentiam Paulus postponit. At patris dicitur spiritus tanq̃ ex eo procedens, ergo eodem modo filii quoq; dicitur spiritus. Prętereain superioribus satis disseruimus, quomodo dicitur spiritus filii secundum doctores. Secundum enim Basilium tanq̃ per filium manifestatus: secuudum Maximum tanq̃ ex filio procedens: Secundum patres occidentales tanq̃ ex filio procedens. nec igitur Cyrillus alia ratione dixisset spiritum filii esse & filii proprium q̃ alii idem cum eo sapientes doctores dixerunt, tanq̃ ex filio. s. siue per filium procedentem. Nil enim interest ex filio uel per filium dicere. Et.n. ipse quoq; nũc ponit ex, nunc eam mutat in, per, tanq̃ ambę uerę dici possint. unde in eis quę ad palladium in forma dialogi scribit. Mutabilis uero, minime inquit est spiritus. Nam si mutabilitati subiaceret, ipsi diuinę naturę iste defectus ascriberetur, Siquidem Dei & patris nec non & filii est: qui essentialiter ex utroq; s. ex patre per filium profluit spiritus. Item in quinto ad hermiã reddens causam cur spiritus filii dicatur spiritus. Cuiusnam inquit proprium dicimus esse spiritum sanctum? Utrum solius Dei & patris? An etiam filii? An & disiunctim? utriusq; & simul amborũ: tanq̃ unũ ex patre per filium propter identitatem essentię? Proprium itaq; filii ipse quoq; spiritum dicit, quia per filium est: per filium autem est propter identitatem essentię, patris, uidelicet, & filii, at propter eandem ipsam omnia etiam patris sunt filii pręterq̃ q; non sit pater. Ita sibi ipsi per omnia consona dicit sanctus hic doctor. Unum &.n. & eundem spiritum ex patre per filium esse una & eadem spiratione siue processione. Et ideo illum eorũ proprium ait esse, quia ex patre per filium est: hoc autem propter identitatẽ essentię? Ut autem clarius oĩs eo℞ arguatur calũnia, qui contra sanam doctoris sententiã autumant eũ ex filio dixisse, dona spiritus mitti, non ipsam eius ypostasim siue personam, ipse rursus adsit, hanc falsam eo℞ arguens opinionem, & se ipsum exponens, quidnam sit quod ait per filium siue ex filio profluere, prodire, emanare, scaturire: & simpliciter q; in sanctificationem in hunc mundum ab eo mittitur. Ait & enim in septimo ad Hermiam. In habitantem enim sibi & insitũ quis haberet eũ, qui natura & uere Deus est, (de filio dicens) cum spiritum accipiat, qui nõ alienus & essentia disiunctus ab eo est, sed qui ex eo, & in eo;

Cyr. (margin, beside "s. ex patre per filium profluit spiritus")

Cyr. (margin, beside "mo ad Hermiam")

et eius proprius est, & eque atq; ille: dñs est: et post pauca, misit autẽ nobis e coelo paraclitũ, p quẽ et in quo nobiscum est, & in nobis inhabitat: non alienum in nobis affluens, sed qui essentię suę & patris sui proprius est Sp̃s, ꝙ aũt hæc de substantia spiritus nõ charismatibus non subsistentibus ait, oĩbus patet. Idẽ rursus in eodẽ. Qui uero nobis diuinã insculpit imaginẽ & similitudinẽ cuiusdã sigilli supernã nobis pulchritudinẽ imponit: nõne spiritus est? Ita inqt Hermias: nõ tñ ut Deus, uerũ ut diuinę gratię minister. Et Cyrillus, Nõ igit ipse spiritus nobis, sed eius per eũ gr̃a nobis imprimit, Hermiæ ita uidetur: Cyrillus ergo necessarium esset imaginem gratię, nõ dei uocatum fuisse hoĩem: post hæc consequenter per oĩa probans ꝙ ypostasis siue persona spiritus, ipse. s. unus in trinitate deus erat, qui diuinam nobis in prima hoĩs plasmatione impressit imaginẽ, nõ gr̃a nõ subsistẽs: secũdam itẽ plasmatis reparationẽ p salutarẽ discipulis insufflationẽ factam, per eũdẽ spiritum sanctum factã fuisse ponit. Dicebat &. n. quo anteaꝗ esset modo factus fuerit homo: per sanctum uidelicet spiritum ypostaticum deum, eodẽ rursus deperdita sanctificatiõe eum reparari. si. n. inqt gr̃a Sp̃s ab eius substantia diuisa esset. Cur beatus qdẽ Moyses hoĩe ad esse producto nõ dixerat: sufflauit creator oĩm gr̃am per Sp̃m uitę? Christus uero nobis accipite gr̃am per misterium spiritus? sed illic qdẽ dictum est, spiritus uitę: uita &. n. uere diuinitatis natura est, hic uero per saluatorem spiritus sanctus ipsum proculdubio Sp̃m credentiũ aĩabus emittẽtẽ. hęc aperta sunt rei ꝓpositę testimonia. Apertius tñ in sequẽtibus dirimit illam opinionẽ, qua qdẽ putant nõ subsistentẽ nobis gr̃am mitti, et per eam nos sanctificari ait. Et. n. tẽpla uero dei necnõ dii et uocamur et sumus, qua de causa quęras ab aduersariis: si gr̃a participamus nuda et nõ subsistente? At nõ ita se ueritas habet. tẽpla namq; existentis, et subsistentis spiritus sumus. Sed ex eis quidem quæ ad Hermiam scribit cũ multa sunt, quę qui uolet illinc sibi eliget, hęc sola sufficiant, cum aperte probent illud qđ nobis propositum erat, ex plurimis aũt, quę in expositiõe sup Ioãnẽ idẽ doctor elegãtissime dixit: illud nos adducemus solũ ꝙ sup illa autoritate dicit, qui nõ ex sanguinibus &c. Ait. n. si Deus ex Deo secũdũ naturã est Sp̃s quo et p fidem in. x. participamus, dii nos etiã efficimur tanꝗ iam in nobis ipsis habentes Deũ: secũdum illud inhabitabo, et inambulabo in eis. Quo nãq; modo tẽpla Dei essemus nisi Sp̃s natura Deus esset? Sed beatissimus quidem Cyrillus hæc et his similia dicit, audiendũ

Cyr.

Cyr.

Cyr.

aũt etiã alios qd de eadẽ re dicãt. Magnus itaq; Basilius cõsona prę/ dicto doctori dicẽs, tũ Spm̃ hoĩ a principio sufflatũ, tum a saluatore discipulis datũ ipam ypostasim Sps fuisse asseuerat cõtra Eunomiũ in caplo, cui titulus. qd Sps diuina natura est, Sps nãq; ingens uiuẽti uerbo ad creãdũ adiũctus uiuẽs potẽtia diuina natura, ineffabilis ex ore ineffabili manifestata ineffabilr p sufflationẽ ad hoĩem missa: & secũdũ corporalẽ a Christo mõstratã figurã, rursus ab eo p sufflatio/ nẽ reddita, cõuenire nãq; decet primę creatiõi nouã repatiõnẽ. Cõ/ ueniẽtiã aũt figurauit sufflans, q nõ est alius pręter illũ, q a principio sufflauit. Sed idẽ per quẽ deus sufflauit. Tũ qdẽ cũ aĩa, nũc uero in aĩam. Ita hic quoq; doctor ipm eũdẽ Spm, ait emisisse discipulis Ie/ sum: q ipsi & pr̃i tanq̃ creator cõnumeratus, & cõiunctus est, hęc au tẽ patet q; ipsa ypostasis Sps est. Igiť ipsa ypostasis Sps & primã plas mationẽ hoĩs p illã diuinã sufflationẽ creauit, & discipulis postea da ta est: & p eos credẽtibus: & hęc est quę a pr̃e p filiũ, & ex filio pfluit, & emanat, queãdmodũ etiã nicęna prima synodus in quodã loco de Spũ dicit. Quod pcedit qdẽ a patre: pprius aũt filii est, & ex eo emanat. Ipsum. n. eundem qui ex patre procedit, ex filio emanare aiunt ii patres, & quod dico patres ipse saluator dicta istoꝝ oĩum ap/ probãs illum eundẽ pollicetur se discipulis missuꝝ, qui a patre pce/ dit, & nõ esse alium, qui a patre pcedit, alium, quẽ ipse mittet, cũ ue/ nerit inquit paraclitus, quẽ ego mittã uobis Sps ueritatis qui a pr̃e procedit. hoc. n. ipsi quoq; grãmatici hoc modo cõstruerent. Cum uenerit Sps, q a patre pcedit, quẽ ego mittã uobis ut manifestũ sit ipsum idẽ filiũ missuꝝ quod & a patre procedit. Si igiť persona spi/ ritus a patre procedit, eadem etiã a filio mittiť: qđ si grãm filius non subsistentẽ mittit. a patre etiã nõ psona, sed grã pcedit. Sed hoc cũ stultũ tũ impiũ est dicere. Cum. n. de uno et eodẽ subiecto uidelicet Sps duo quędã prędicanť: procedere. s. et mitti, eodẽ modo accipiẽ/ dum subiectum de utroq; prędicato. Si igiť ypostasim spiritus pce/ dere intelligimus eandẽ etiã mitti intelligere debemus. Aliter. n. di/ cere absq; rõne nullam pbationẽ adducẽdo, et pcedere qdẽ yposta si ips attribuere, mitti uero grę nõ subsistẽti, hoc ridiculum, in rõna/ bile, et uoluntarium est, et qđ nullus concedet. mittiť igitur ex filio ipsa spiritus ypostasis, quæ et a patre procedit, quemadmodum ab ipsis Euangelii uerbis, et a doctoribus probatum est, quare si mit/ ti si emanarę, si prodire, si profluere, si scaturire, si oriri, Spirtum a filio audiamus, diuinam eius ypostasim intelligere necesse est.

diuinā aūt Sp̄s ypostasim ex filio profluere, uel emanare, & reliqua, quonā alio mō possibile est, nisi filius cā siue principiū ipsius subsistē tię Sp̄s sit. Sed eā quæ Cyrillus de pcessione ipsius personę Sp̄s san cti ex patre & filio dicit hęc & his similia sunt. Cæterū, audiamus san ctum Epiphaniū in eius angiroto sermone ita dicentē, Sp̄s sanctus ex patre & filio tertius nominatione: & rursus, uterq̄ habitat in iu sto hoīe Christus & Sp̄s eius. Quod si Christus ex patre credit deus ex deo, Sp̄s quoq̄ ex ipso, uel ex utroq̄. Quēadmodū ait Christus, qui ex p̄re pcedit, & hic ex meo accipiet. Et patet q̄ hic doctor nō de distributione Charismatū: de diuinis aūt personis & subsistentia eorū loquit, in testimoniū uero & pbationē q̄ Sp̄s ex filio quoq̄ pcē dit illā autoritatē adducit: ex meo accipiet docēs ut cū audiamus in euangeliis dominū dicentem de Spū q̄ ex accipiet, ita intelligamus ac si diceret ex eo procedere Sp̄m sanctū. Idē in eisdem. Sed dicet quispiā ergo duos filios esse dicimus? & quo modo est unigenitus? At quis nam es tu, q cōtradicis deo? s. n. filium nominat, qui ex p̄re est, Sp̄m uero sanctū, q ex utroq̄ & cętera & iterū Sp̄s sanctus, Sp̄s ueritatis est tertiū lumē a p̄re & filio, & rursus. Quēadmodū. n. ne mo nouit patrē nisi filius, nec filiū nisi p̄r: ita dicere audeo nec Sp̄m nisi p̄r & filius. a quo procedit, & a quo accipit, (sed aduerte q̄ in su perioribus accipere p procedere posuit) neq̄ filiū & patrē nisi Sp̄s sanctus, qui uere glorificat, q oīa docet, q ex p̄re & filio. qd his aper tius? qd clarius dici pōt? Nōne palā isti doctores filiū quoq̄ cām si ue principiū Sp̄s ponūt. Nōne docēt ex eo quoq̄ ipsum pcedere? quid igit? claudemus ne aures nostras his autoritatibus. & testimo niis sanctorū tā multis, tam apertis, tā diuinis: tam cōsonis inuicē & ueritati, & obstinato corde cōtra hęc cōtendemus? At hoc non sa pientū non bonorū hoīm proprium est. & eorum, qui dispensatores uerbi, et misteriorum Christi et esse, et uideri uelint.

Epi.

¶ Quod etiam occidētales doctores idē aperte dicūt quod oriētales prout ex eorum autoritatibus nobis perlatinos da tis clare apparet intuentibus. C. VIII.

EGo qdē paucis quoad potui multis ōmmissis qđ pollici tus sum pfecisse puto. Probaui nāq̄ sufficiēter, nullo do ctorū occidētaliū usus, ipsos. s. p̄res nr̄os et doctores oriē tales, filiū quoq̄ causam siue principiū esse Sp̄s, sensisse

et p oīa inuicē cōuenlētes et cōcordes, et pūm ex pre p filiū, parum ex pre & filio pcedere Spm sanctū & sapere & docere. Verū aūt est, ut eis doctoribus & qdē rectis latinis & sacro sancte Ro. Ec. uniam ni cū eadē quę & patres, & doctores nři crediderint. neq putetis aut ipsos, aut pres eoꝝ, & nros, occidentales uidelicet sanctos contraria oriētalibus přibus dixisse: minime minime ita est. & appo suissem uobis autoritates & testimonia etiā illoꝝ ad persuadēdū uobis, et eoꝝ cū oriętalibus cōcordiā probandā, nisi uos oēs scirē & sciuisse & audiuisse eas cū latini pduxerint. Ad hęc cū oro nra prolixior fuerit nō sunt alia adēda. Pręterea licebit cuiq cū uolueritv eas & uidere & legere, cū sint apud nos a latinis datę. Hoc aūt solū ad uestrā reducendū memoriā putaui: q oēs pres occidētales: Hilarius: Hieronymus, Damasus: Augustinus: Ambrosius: magnus Leo: Gregorius: & cęteri multi q̄ clare, q̄ aperte una mēte una uoce ubiq opeꝝ suoꝝ non uno aut duobus mēbris & articulis, sed pluribus uerbis, plixis sermonibus & pbationibus ex pre & filio pcedere Spm sanctū affirmant, & ita ex filio sicut ex patre, & principiū Sps filiū esse, sicuti ipse pater, & unū & idē eius principiū esse patrē & filiū simul nō duo principia: quę oīa mēte uoluentes, & orientaliū doctoꝝ dictis cōparantes, qui ex patre per filium & ex pre & filio pcedere dicunt Spm sanctum, itē ex filio & ex utroq esse, necessario eos cōcordes inuicē reperiemus & eadem de eodem sentientes in oībus. et superiores. n. rōnes, quas de concordia & quidē necessaria doctoꝝ adduximus, cogunt nos credere eos cōsentientes inuicē & eadē de hac diuina pcessione Sps sancti sentientes quēadmodum etiam de aliis dogmatibus fidei. Et nunc ipsi orientales per se ipsos eadem cum orientalibus dicere satis probati sunt. ut nemo negare possit amplius eorum summam cōcordiā, atqui et si nullo modo patres orientales attribuerent filio esse principium Sps, cum tñ nullibi aliquis neget expresse processionem Sps ex filio, nemo esse, qui auderet eos dicere occidentalibus patribus dixisse cōtraria, nunc uero cum nō solum nō negēt, sed apertissime etiam dicant per filium et ex filio procedere Spm, audebimus ne dicere nō eos conuenire et concordare cum occidentalibus? At nemo nos commendauit, immo uero nemo est quin nos audacię, temeritatis, stultitię accuset. Scire autem hoc etiam debetis q aut nullo modo acceptanda sunt, quæ reperiuntur opera sanctorum doctorum occidentalium, aut si hæc acceptabimus ut faciendū est, oportet etiā quę de hoc articulo dicūt et acceptare.

et credere. Tā.n.multis in locis operū eo℞ immo uero in oibus spar sa sunt:tantaq; et talis est continuatio et sequentia precedentiū ad ea, quę secuntur, ut nō possit aliquis de his aliquis suspicari. Siquis enim hanc conclusionem et rationes eam probantes, ex operibus eorum adimat, nil amplius restat: nec sensum aliquem reddunt quę remanent, ita connexa, ita conglutinata & coniuncta cætera oia cū hoc dogmate sunt.

¶ Epilogatio & repetitio prędictorum & solutio friuolę responsionis, qua quidem ad autoritates occidentalium respondent, & exhortatio ad unionem. C.IX.

SEd de dogmate quidem quę breuiter dicenda erant dicta sunt. nec quicq̄ ulterius addendum est. Rogo autem, posco, peto, & supplex oro uos omnes patres optimi, sacer conuentus, animorum pastores: duces cecorum, eruditores insipientium, ut his omnibus consideratis, & bene pensatis, illam feratis sententiam, quæ tantę rei conuenit, quęq; perpetuā uobis famam, gloriam, et salutē pariat. Repetatis enim memoria primo q̄ non erit nobis de cætero excusatio eadem quę prius, cur a talibus fratribus diuidamur et hostes uelimus esse latinis tam multis, tam sapientibus, tam doctis omni uirtutę prędictis, non solum illa quæ animum ornat, sed ętiam ea, quæ ad corpus et temporales res attinet. Quodq; quemadmodum ante generale consilium cōgregatum facilior nostra excusatio erat, ita post hoc grauis nostra excusatio erit, si non habuerimus dicere causam tali diuisione dignam. Deinde non fugiant uos quæ de necessaria doctorum cōcordia dicta sunt: nec aliter nos dicere posse, dum Christiani esse, et principia fidei saluare uelimus: quodq; patres occidentales apertissime ex patre et filio Spiritum sanctum procedere asseuerant: et filiū esse eius principiū prout pater. Orientales quoq; hoc idē dicere, partim ex patre per filiū, partim ex patre et filio, et ex utroq; ꝓcedere, et ex filio esse ipsum dicētes: cūq; hęc dicāt occidentalibus conuenire, et eadē non solum sententia uerum etiā uerbis dicere tanq̄ uno et eodē Spū eos illuminātę locuti. Demū quā solā nobis ad ea, quę latini dicūt relictam re⁊sponsionē, uideo, cum ipsi quoq; nullam esse iudicaueritis immo uero rem puerilem, et omnino ridiculam, consulamus nobis ipsis quæ utilia sunt, et uniri latinis conemur.

si ea quę placita sunt Deo facere uelimus. aut enim non acceptandi sunt sancti doctores, nec dictis eorum acquiescendũ, aut acceptã/di quidẽ & acquiescendũ dictis eorum, nõ tñ oĩbus, cum ipsi quoq; tanq̃ hoĩes in quibusdã errare potuerint, aut quod reliquum & ter/tium est, nec in aliquẽ inciderunt errorẽ, & cunctis eorũ uerbis ac/quiescendũ: hęc tñ quę latini produxerunt tanq̃ illorũ sanctoꝝ testi/monia nõ ex eoꝝ mente procedunt: nec eoꝝ sententię sunt, sed la/tinoꝝ horũ fictiones, additiones, & appositiones manu, mẽteq; alie/na libris sanctorũ inscripta. At primorũ duorũ neutrum certe scio, nec uos approbatis nisi quis omnia fidei nostrę fundamenta eccle/się mysteria: oẽm ueritatẽ euertere uelit. Reliquũ uero & tertiũ mani/festa stultitia, apertissima ignauia est, si tot libros, tot eoꝝ opa doctoꝝ tot eoꝝ labores, tot uolumina, pręsertim antiq̃ssima manu nõ nulla eorũ cõscripta & per totũ orbẽ terraꝝ sparsa & multiplicata, per ip/sum item sequentium ad pręcedentiam connexum & conuenien/tiam ipsam ueritatẽ luce clarius ostendentia, temerario ausu corru/pta, mutata, & superaddita esse dicemus: maxime cum uidemus ip/sos quoq; nostros etiã antiquiores, & q in ipsis principiis huius acer/rimi dissidii fuerunt facientes quidẽ mentionẽ autoritatũ doctorũ occidentaliũ, nil tñ cõtra eas habentes quod dicerent rõne dignum, quo fit, ut nullo modo quis eas putare debeat corruptas fuisse, siqui/dem in ipso etiam cõtentionis principio eodẽ modo inscriptũ libris erat potissimũ, cũ nec extent apud nos alia eoꝝ doctorũ antiqua uo/lumina lingua latina scripta, ad quę facta cõparatione possemus de/prehendere eoꝝ corruptionẽ. Quæ oĩa cũ aĩaduertamus & mente repetamus, nõ eligamus quę peiora sunt, nec cõtra nos ipsos senten/tiã feramus: nolimus nec nos ipsos, nec nationẽ nostram prodere, primo quidem auertentes a ueritate, & oculos ne uideãt lumẽ clau/dentes. Deinde ipsimet propria sponte contra nos ipsos omne ge/nus malorum accumulantes, & multipliciter totã nostram nationẽ offendentes. Quis enim ignorat quæ etiam tẽporalia mala ex hac diuisione nos secutura sunt? quę in fortunia? q̃q; communem ho/stem & inimicum nobis turchorum principem robustiorem cõtra nos ipsos efficiemus? in periculoq; sunt, ut omnino fere pereãt qui cunq; ritum nostrũ secuntur Christiani, nomenq; Christi illic totali/ter deleatur. & enumerassem, & deplorassem omnes particularius quæ futurę sunt nationi nostrę calamitates, quæ cũctis nr̃is hoĩbus, qui in insulis, qui ubiq; terraꝝ, qui orientem, qui septemtrionem,

qui occidentē inhabitant, nobiscumq; in ritu conueniunt, nō dico solum quæ ad corporalia, resq; tēporales attinent, nō.n.tanti essent extimandę, uerumetiam quæ ad animam & integritatem fidei pertinent, cum omnes simpliciter, aut maior eorum pars partim sponte, partim ui periclitentur aberrare a fide, relinquere Deū, & erroribus infidelium cōsentire. Narrassem hæc inquā oīa nisi uos alloquerer, qui oīa melius me nostis. Quis.n.nescit q solū nobis relictū refugiū erat latinorū amicitia & unio cū eis futura hac re sperantibus, & nos ipsos tueri posse, & hostes deuincere, qq; hoc solū hostē deterrebat, & eius cōtra nos furorem refrenabat, quare si nunc priuabimur, quo fugiemus? qui nā nostrę calamitatis finis erit? Quis malorū exitus? Et si errare quidē latinos & a ueritate auertere deprę hendissemus, nec ipse pro fecto uobis cōsuluissem, eis ita se habentibus uniri, tēporaliū ammissiōe deterritos, & maioris pręsentia q̄ futura, corporū q̄ aīaꝝ liberationē, facere hortatus fuissem: immo uero & ipse oīa quęcunq; acerba potius substinuissem, & uobis ut passi fuissetis consuluissem q̄ cū eis uniri non recte sapientibus: nunc uero timendū est, & quidē uehementer, ne corporis quoq; exitium una cū animi interitu etiam eligamus, siquidē quę uera, quę pia sunt, & nil erroneū latinis sapientibus queadmodū patres eoꝝ & nostri, occidētales uidelicet doctores ac oriētalibus cōibus patribus eadē & cōsentanea dicentibus, nos proprio nostro malo absq; ulla rōne ab eis diuidi uellemus. Quod enim ipsi occidentales patres secuntur, uos quoq; dicetis. quod autem illi eadem cum orientalibus sapiant, hac in oratione breuiter & sufficienter probatū est, ita ut oibus manifestum sit, latinos omnes tum occidentales, tum orientales patres seq. cōmunes utrisq; doctores & patres sunt. qua igitur ratione a talibus uiris dissidebimus? quā excusationē afferre poterimus? cur eis cōuenire nolimus? quę nobis relinquetur apud Deū, responsio? quare a fratribus diuisi fuerimus, quos ut uniret & ad unum ouile rediģeret ipse descendit de cœlis incarnatus & crucifixus est, quę nostra defensio erit apud posteros nostros, immo uero apud pręsentes homines nostros. Nescio.n.an aliqua nostra posteritas erit de tam magna tā graui calamitate, tot periculis, quę eis inferimus. Non patiamur hæc patres optimi. Nō habeamus hanc sententiam, non ita male nobis ipsis consulamus & nostris. Nolimus lupi pro pastoribus illis fieri, qui ad nos respiciunt: nō eos prodamus hostibus in aīaꝝ & corporum simul interitum. Ego enim & sint mihi hęc uerba in per/

Bessa. prudētia.

petuum testimonium toti nationi cunctisq; Christianis nunq̄ huius sentētię ero, nec unq̄ prodam corpora, animas, fidē, ciuitates, patrū sepulchra, libertatē, & oīa simul, quę oia inuenio secutura schisma/ & nostram a latinis absq; aliqua ratione diuisionem. Quę nam di/ gna causa est, ob quam tot & tam horrenda eligamus pericula? oro autem & rogo ut etiam uos uel omnes, uel maior pars uestrum eadē quæ ego de his rebus sentiat, & bene cōi utilitati cōsulat. quod si no/ lueritis, ego quidem summū Deum, & uos omnes pręsentes, & cū/ ctos posteros nostros testor, quod sine passione & fraude quæ uera, quę iusta, quę utilia, quę conducentia nobis & nostrę saluti mihi ui/ sa sunt, a principio usq; ad hunc diem non cessaui dicere, non omisi consulere, nec timore deterritus ne quis me latinis affectum putet tacui, nec propriam securitatem cōmuni utilitati pręposui, sed me & mea omnia Deo commendans, & eius diuinę uoluntati subiiciēs, qui totam mihi uitā ab ineunte etate meliusq̄ optassem direxit, atq; rexit, commune bonum mihi, ut finem proposui, & ad hoc solū re/ spiciens & feci, et dixi, quęcunq; uel feci, uel dixi: simul & fidei ue/ ritatem quo ad potui, & corporalem salutem ut nostri adipiscantur conatus. Vos uero cum libera sit uobis uoluntas quodcunq; agen/ dū uideatur id agatis. Vincant autem nutu diuino etiam apud uos quę meliora & saniora sunt. Quod si (quod absit) peior sententia superabit, hoc tamē omne genus humanum, omnis ętas, oīs ordo, atq; conditio sciat (protestandum enim rursus est) q; innocens ego sum ab hoc malo, hoc acerbo schismate: nec huius unq̄ sententię fui, nec sum pręter omnē rationē a latinis diuidi. nec. n. mihi persua/ deo nō recte et uere de fide eos sapere, et eadē quę sanctos doctores tū orientales, tum occidētales nō credere eos. Nec ignoro quę hinc nos, & nostram rē publicā sequentur pericula, quę calamitates, quæ excidia. Sed pręuidi, pręDixi, et ne fiāt quoadpotui prouidi, q; si profi cere non potui, non mei dicentis, sed audientium culpa est.

Bes. excu satio.

¶ Bessariōis eiusdē declaratio aliquorū, quę in dicta oratiōe dogma tica cōtinentur, quę græcis notissima latinis ignota sunt.

Notandum primo q; sancti doctores orientales etiā in diuinis utunt nomine causæ, & causati largo modo. Nō quidem ut limitationem et dependētiam importat, sed prout productionem & emanationem a principio eius

quod est a principio, significat: et ideo me etiam ad grecos loquentem his nominibus usum fuisse. Ceterum quia ad quasdam oppositiones grecorum respondeo breuiter, tamen non declaratis primo eorum oppositionibus, sed ad tacitam questionem respondẽs eo quia ad grecos loquebar, quibus illa nota erant, sciendum ꝙ cũ doctores dicant spiritum sanctum ex patre per filiũ procedere, uel ꝓfluere et cætera similia: et ex hoc appareat filiũ quoq; spiritus principium esse: quod contra eos facit: his quatuor euasionibns hãc ueritatem euadere conantur: primo namq; cum rarissime dicant doctores spiritum sanctum ex patre per filium procedere, sępissime uero mitti, profluere, prodire, emanare, scaturire oriri, et huiusmodi, fecerunt sibi hãc uoluntariam distinctionem, quod uidelicet uerbũ procedere dumtaxat significaret yꝑostaticam et personalem Spiritus sancti emanationem, cætera uero uocabula Charismatũ, et donorum eiusdem in nos distributionem, et temporalem in mundum eius missionem, quam etiam per filium fieri concedunt. Secundo dicunt ꝙ ideo dicitur ex patre per filium non quia filius est principiũ Spiritus sancti, sed quia pater et filius sunt nomina relatiua. Alterũ uero relatiuorũ non potest dici quin intelligatur alterum: Ideo dicẽdo ex pr̃e, necesse est, etiã filiũ nominare ꝑpter uim ipsius relatiõis. Tertio consubstantialitatem patris et filii causam esse aiunt, ut ex patre per filium Spiritus esse dicatur. Cum enim eiusdẽ substãtię sint, pater et filius necessario cũ dicitur ex patre, oportet ꝙ dicatur etiã ex filio. quarto quia nonnunq̃, rarissime tamen et apud poetas, quibus ob angustiam metri licet metaphorice et abusiue uocabulis uti. prępositionem per, aliquando repererunt idẽ significare quod prępositio, cum, dicunt Spiritum sanctum ideo dici ex patre per filium procedere, quia ex patre cum filio simul procedit, et his modis oẽs illas autoritates exponunt siue peruertunt: hęc nos ex ipsa met autoritatum sententia, et rationibus uerissimis confutauimus probantes hęc non posse consistere, nec opinionibus et uerbis sanctorũ doctorum cõuenire prout ex ipsis uerbis clarius uidetur. Preterea sciẽdum est ꝙ in tertio oecumenico concilio sanctus Cyrillus cõtra Nestoriũ et eius heresim inter alia multa, quę sapiẽtissime scripsit, duodecim etiam capitula edidit contra hereticos Nestorii articulos, quę anathematismos appellauit, eo ꝙ in eis errores illius anathematizat. quorum in nono contra Nestorii errorem, qui blasfemabat filiũ Dei purum hominem esse, Spiritus sancti gratia per participationẽ san/

dificatum, idem sanctus Cyrillus spiritum sanctum spiritum filii, & proprium filii esse dicit. Post hęc quidam Theodoritus Cyri Epus uir quidē literatissimus, humanę tamen fragilitati subiectus superueniens in synodum sero cum Patriarcha Antiocheno Ioāne cum reperissent iam Nestorium condēnatum, & pro demeritis suis sede patriarchali Cōstantinopolitana priuatū, indignati ꝙ eis nō expectatis conclusum fuerit, defensionē Nestorii susceperunt. Theodoritus igitur tanq̄ uir doctissimus cōtra duodecim anathematismos Cyrilli alia. xii. Capitula ędidit. quorum in nono, ubi sanctus Cyrillus Spiritum sanctum filii & propriū filii dicit esse, his uerbis ait. quod si Cyrillus Spiritum sanctum proprium filii dicit tanq̄ consubstantialem ei, hoc uerum acceptamus: ꝙ si tanq̄ ex filio uel per filium esse, & existentiam habentem, hoc ut blasfemiam eiicimus. Ad hęc totum œcumenicum consilium tertiū tacuit, nec increpauit Theodoritum tanq̄ male dicentem. Cyrillus tamen ad ea respondit, omniaq; sua capitula aliis duodecim nouis capitulis ita denuo exponit ut sententia eius, & si non nimis apertis uerbis, clare tamē pro nobis esse appareat. hoc maxime græcos oblectat: in hoc potissimum confidunt: hoc pro maximo et insolubili argumento putant ꝙ Theodorito negante Spiritum ex filio, uel per filium habere esse & subsistentiam, concilium totum tacuerit, nec eum mendacii & erroris redarguerit, Cyrillus quoq; non ita aperte ut putant respōderit, cum tamen sciant Theodoritum propterea condemnatum, & ab ecclesia multis annis eiectum fuisse. Ad hęc igitur tanq̄ notissima grecis non ea latius explicando, ut in oratione uidetur, respōdetur. Sed nemo de Theodorito uiro doctissimo doleat. suum.n. recognouit errorem, & in quarto Chalcedoneñ. generali concilio (superuixit namq; ad illud usq; tempus palam eum confessus, a sancta synodo tamq̄ honorabile membrum ecclesię susceptus, & restitutus fuit.

FINIS.

Bessarionis patriarche Constantinopolitani Episcopi Thusculani. S.R.E. Cardinalis Niceni de successu synodi Florentine, et de processione Spiritus sancti primum grece editus liber: deinde ab eodem latinis literis donatus.

BEssarion Cardinalis Nicenus Magnifico et clarissimo uiro Alexio Lascari Philantropino. S.D. tu qdē nō humanis solum rebus, uerum etiam diuinis summopere studēs, meditationeq; scripturarū te ipsum oblectans, non cessas & ipse per te fidei ueritatem inquirere & nos adhortari ut pro posse opem tibi feramus ad eam inuestigandam atq; inueniendam. Ego uero, tum pigritia quadam, tum uel maxime quia libenter similes labores deposui. propterea q sepius de hac re sermonē habui cum nostris hominibus: qui pluris suam superstitionem & ignorantiam faciunt q̄ ueritatem: inuitus hoc rursus subeo certamen. q̄q̄ ad te scripturus: qui sapientia & humilitate ornatus, nō magis temptandi q̄ ueri inuestigandi gratia hec a me petis: ipsam item autoritatē sancti concilii simpliciter satis esse puto, ad persuadēdū quemq̄, & inducendum ad eius conclusionē humili corde capescēdam atq; credendam sine quacunq; contradictione, uel ambiguitate: cum tot hoim conuentū qui sapientia, scia & omni uirtute preditu sunt, quorum in medio affuisse Spiritum sanctum ut credamus necesse est: ueritatem latuisse minime credendum sit. Preterea memini lōgam ad te alias dedisse Epistolam, omniaq; satis tetigisse, que nunc queris. Et ipsam et enim questionem per se ipsam probaui, quod scilicet Spiritus sanctus a patre filioq; procedit, Et que uidebantur sequi inconuenientia solui: et de aliis omnibus et que tunc etiam petisti reddidi rationem, ita ut non sit opus pluribus uerbis presertim tibi qui tantam in huiuscemodi habes experientiam, ut paruis etiam principiis habitis multa magnaq; possis ex te ipso percipere. Cum uero aliquid plus a nobis expostules non propter te ipsum fortassis: cum ipse idem nobiscum sapias; sed propter contentiosos et ueritatis aduersarios, nos tum quia parati ad satisfactionē esse debemus, omni poscenti nos rationem de ea que in nobis est, spe secundum Apostolum: tū ut amicitie nostre satisfaciamus, spe etiam ducti aliquorum utilitatis qui hec legerent, morem tibi gerere proposuimus. Primo itaq; autoritates sanctorum patrum, et doctorum occidentalium tibi mittimus: quibus apertissime ex patre et fi-

lio Spiritum sanctum procedere affirmant: et patrem ad filium sui ipsius habere principiũ: & ambos unum eius esse principium. Quę cum plurimę sint, & cunctis eorum in libris sparsę, paucas numero nos tibi mittimus, quibus tamẽ similes alias etiam omnes esse scias. Deinde quemdam nostrum sermonẽ, cui dogmaticus, aut de unione titulum imposuimus tibi mittendum iudicauimus: quem paulo ante sacram unionem tanq̃ ultimam meę opinionis atq̧ sententię declarationem edidimus: quemq̧ mitissimo nostro Imperatori, & Patriarchę Reuerendissimo omnibus nostris pręsentibus legendũ dedi: cum inter nos ultimatim cõsideraremus quid faciẽdum esset: & sententias aliorum de re unionis scrutaremur: in quo ex ipsis meis orientalibus patribus, & doctoribus nostris, ommissis omnino occidentalibus, pro posse quęstionem propositam declaraui, atq̧ probaui: quem tanq̃ & tibi potissimum: & siquis alius sine contentione audiet & perleget, maxime profuturum tuę nobilitati mitto Clarissime ac splendidissime uir. Cum uero in his nihil laboris ad pręsens adhibuerimus (iam enim erant edita) tuo ante amore, nũc quoq̧ aliquid lucubrationis proposuerim suscipere: ultra hęc etiam aliq̃d plus tui gratia tibi scribemus. Quare q̃ breuiter omnem sancti concilii processum unionisq̧ sacrę modum tibi narrabo: ac aliquas rationes, quibus dogma propositum probabitur afferam: & sic finem imponam. Sed ante q̃ de his dicam, paruum quoddam non tamen parui immo uero maximi ęstimandum, his prohemiis addam: supleboq̧ quod predicto sermoni dogmatico deest, uerborum multitudinem futura utilitate compensans. In illo itaq̧ dogmatico sermone ex orientalibus dumtaxat doctoribus uolens huius quęstionis ueritatem probare, unã quandam autoritatem beati Basilii quę sola omnibus aliis quo ad propositũ ostendendum antecellit, omisi: propterea q̧ ab aliquibus dubitabatur, an esset beati Basilii, nõ quia ego quoq̧ aliq̃d dubii de eã habuerim: minime: sed quia apud alios dubitabatur, nolui dubio uti. Hęc autem est, qua in tertio contra Eunomium suorum librorum beatus ille usus est: Cur. n. necesse est inquit si ordine, ac dignitate tertius est spiritus natura quoq̧ ipsum tertium esse: dignitate námq̧ ipsum secundum esse a filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat pietatis ratio tradit. Hoc igitur omisimus in dogmatico nostro sermone ponere. Ita uero ego certo teneo sancti Basilii hanc esse autoritatem: quemadmodum & alios eius contra

Eunomium libros: quibus autem rationibus, tu quoque audias. Cum in hac synodo nostra, sex inter nos uolumina huius operis contra Eunomium haberemus, quatuor in membranis antiquissima, quorum tria quidem Mitylenen. Archiepiscopi erant: quartum latinorum: duo uero in papyro: quorum unum serenissimi erat Imperatoris, aliud Reuerendissimi Patriarchę: quod a monasterio xanthopulorum commodo accipiens secum portauerat: horum inquam sex uoluminum, quinque ita habebant hanc autoritatem uti ego nunc allegaui, uidelicet quod ab ipso, hoc est filio habeat esse uidelicet Spiritus: et ab eo tanquam a causa dependeat: unum uero dumtaxat quod uidelicet apud Patriarcham erat, hac autoritate carebat, in quibusdam partibus eius diminutum, in quibusdam superabundans prout corruptoris, quicunque ille fuerit, mens et manus uoluit: deinde post celebratum sanctum concilium et nostram ad urbem constantinopolitanam reditum: cum proposuissem omnes illorum sacrorum locorum bybliothecas: tum huius libri sancti Basilii: tum aliorum gratia inquirere: quęcunque noua uolumina repperi, post hanc contentionem scripta, omnia manca prædicta autoritate repperi. Quæcunque uero antiquiora erant et antequam hoc bellum oriretnr scripta, hęc uero sana et integra cum autoritate prędicta manent: quę non pauciora sunt: quam illa, quæ passa fuerant corruptionem. In quibus etiam aliquid repperi, quod et plangendum simul et mirandum est. Mirandum quidem siquis uolens adheret falso ipse aliud fingens, et pręsertim ueritatem celando, cum intellectus naturaliter ueritatem habeat pro obiecto. Plangendum uero quod aliqui sint ita fidei ueritatem paruifacientes sine qua est impossibile hominem saluum fieri, ut non solum eius inuestigationem contennant, uerum etiam cum clare appareat, eam celare, operire, atque peruertere conentur. Hoc autem tale quod erat, una cum aliis duos etiam quosdam libros beati Basilii offendi apud monasterium Christi saluatoris pandepopti: unum in pergameno antiquissimum ut uidebatur, quanti uero temporis ignoro: non enim erat annus inscriptus. Aliud in papyro ante tercentos annos scriptum: erat enim in fine tempus notatum: ex quo certe habetur tantum temporis pręteriisse ab eius initio. Et libri ad huc estant: nisi postquam eos publicauerim e medio sublati fuerint ab illis, qui omnia contra suam ipsorum salutem machinantur. Hęc ambo uti nos allegauimus habebant sancti doctores autoritatem inscriptam. Quidam autem animi audacis, audacioris etiam manus a men/

brantis quidem ueritatem deleuit: quanq̄ nihil ei temeritas pro/ fuit. cum et locus uacuus manens et sillabarum medietates ad huc existentes, et illius audaciam accusent et ueritatem nihilomi/ nus ostendant. In papyreo uero uolumine atramento perfuso totā illam partem operuit: qua dicitur ab eo.s.filio Spiritū habere esse, et ab eo tāq̄ a causa dependere. At post aliquot annos cum hic liber in manus incidisset illius sapientissimi uiri Demetrii Cydonii, auto/ ritas predicta reintegrata est. ille enim eam propria manu in margi/ ne illius libri ascripsit, et audaciam corruptoris digne reprehendit. in tantam insaniam tenebras et ignorantiam nostros homines pepu lit eorum contentio. Deinde dicere audent, ꝙ latini, nostrorumq; ueccus et alii, qui latinos secuti fuerunt, libros corruperint: prȩser tim, cum hȩc autoritas tantum ornatum, tantam gratiam et elo/ quentiam athicam prȩseferat, ut nō modo latinos aliquid simile cū tanta gratia in lingua peregrina, et grȩca non posse componere, sed neq; grȩcos quidem prȩter ipsum Basilium. latinis et enim lingua propria, genera dicendi a nostris diuersa impedimento sunt, ne aliquid ita ornate in nostra lingua conscribant, quēadmodum etiā nostris impossibile est, aliquid æquali gratia et ornatu atq; latini in lingua latina scribere: quantuncunq; uel grȩci in latina, uel latini in grȩca lingua profecerint, cuius rei tum ego, tum alii de nostris di/ gni sumus testes: qui latinam ultraq; mediocriter intelligimus lin/ guam: nil tamen quod ornatum latineq; compositum sit scribere possumus. Clare itaq; patet his qui modum dicendi, stilum eloquē tiam et alia iudicare sciunt, ipsius Basilii et eius limatȩ linguȩ hāc au toritatem et nullius alterius esse. Prȩterea cum ueccus paucis ante annis fuerit, libri uero multo eo antiquiores sint, falsam hanc accu sationem esse, et uanum refugium probant. Item hoc idem aliun/

Vgo. de probatur. uir quidam apud latinos maxime reputationis, Vgo noīe antiquus et longe ante tēpora nostra (prȩteriti nāq; sunt fere tercenti anni ex quo fuit,) Is cum de processione Spūs sancti scri/ beret, hanc etiam autoritatem beati Basilii ad hanc conclusionem probandam inducit: hoc autem non latine scriptum uidens dico, uerum grȩce apud Constantinopolim in quodam libro grȩco non ipsius, Vgonis, sed cuiusdam Nicetȩ Archiepiscopi thesalonicen̄. qui ipsi Vgoni contradicit: quanq̄ ipse Thesalonicen̄. idem cum latinis sapiebat, ꝙ enim Spiritus sanctus ex patre filioq; procederet, credebat, Contendebat uero ut uulgo dicitur, de umbra asini, neq;

ipsum uerum asserens licere symbolo addi: rē magne profecto de/uotionis, & sapientię: ac si diceret non oportere ueritatem publice prędicare. Hęc autem longius enarraui uolens probare fuisse quidē corruptionem in libris: fuisse uero non a latinis & illorum sequacibus, uerum e, contra a contendentibus cum latinis: corruptionēq; non per additionem solum, sed interdum per minutionem factam fuisse, ita ut nullus amplius possit Veccum & similes accusare: cū libri multo ante q̄ fuerit, Veccus ueritatem clare probarēt. Et hęc q/dem a tempore ita in dubia & uera sunt signa, ab ipso etiam genere dicendi & suauissimo & ornatissimo stilo patet. nullius alterius q̄ Basilii debere credi istam autoritatem esse. Attamen ab ipsa etiam sen/tentia & sequentium ad pręcedentia connexu, id ipsum clare patebit: si quis attente consideret. Cum Eunomius ex eo q; Spiritus sanctus tertius ordine dignitateq; diceretur a quibusdam doctoribus: tertium etiam eum natura colligeret: sanctus Basilius conclusionē hanc ęgreferens, media tamen nō negat: q;. s. sanctus Spiritus ter/tius esset dignitate, & ordine. Nā et si contra Eunomiū clamans ait, qui uero hi sancti fuerint, et in quibus eorum sermonibus hoc do/cuerint, dicere non audet. Non ideo hoc dicit, quia negat Spiritum sanctum tertiū ordine esse, uel dici a sanctis, quēadmodū nostri nō recte putant, sic. n. sibi ipsi etiā & ueritati contraria diceret, sed illius temeritatem egre ferens, & conclusionē hanc repellens q;. s. Spiri/tus sanctus tertius etiā esset natura, exclamauit, dicens q uero hi sancti fuerint, & in quibus eorū sermonibus hoc docuerint, dicere non audet. Nō quia uō fuerint, qui hoc dixerunt, sed quia si eorū autoritatē expresse allegasset, manifeste aperuisset, nō potuisse hāc ab/surdam sequi cōclusionē ex dictis eorū. Scimus &. n. q; ex uno etiā uocabulo, uel dictione ablata, superaddita, uel postposita tota intē/tio atq; sentētia scriptoris mutatur: & e cōuerso cū fideliter allegatur clare mens eius probatur, ita ut nō liceat malignantibus conclusio/nem inferre: quæ pręcedentibus non conueniat, quare si Eunomius etiam allegasset autoritates sanctorum non licuisset ei con/cludere, quod concluserat: nam et si tertium esse Spiritum sanctum doctores concedunt, tertium tamen eū esse natura negant expresse. quare malignitatem eius detestans infert. fuit ne unq̄ ita temerarius aliquis, qui diuina dogmata peruerteret, atq; innouaret. Et patet quod nouitatem hic nominat tertium esse natura

Spiritum sanctum non autem ordine & dignitate: nempe.n. se ipsum appellasset nouarum rerum autorem,& sibi ipsi contraria diceret. Ipse enim est qui pręcipue nobis credere tradidit Spiritum sanctum tertium esse ordine & dignitate: & hanc aureā ordinis cathenam nos docuit. In his enim contra Eunomium sermonibus suis: dignitate namq; ait secundum esse a filio uidelicet Spiritum sanctū, cū ab ipso esse habeat,& ab ipso accipiat,& annuntiet nobis:& oīno ab illa causa dependeat pietatis ratio tradit. Huius enim autoritatis etsi non totam partem, tamen admittunt nostri cętera abscindentes, ac ita eam allegantes. Dignitate etenim secundū esse a filio tradit fortassis ratio pietatis addētes fortassis, ut orationem dubiā reddāt, quę dubietas omnino aliena a mēte sancti Basilii per nos ꝑbabitur. Hæc enim non per impossibile sanctus ille doctor infert, quemadmodum aliquibus ignoranter uisum est, sed ut ueram sanctę scripturę suamq; opinionem exponens considerat, quod sequens est tertium ordine clare ponens Spiritum esse: tertium uero natura tanq̄ impium repellens. Audi & enim quæ ad eiusdē probationem dicit: quemadmodum enim inquit filius ordine quidem a patre secundus est: quoniam ab illo: & dignitate quoniam origo & causa essendi ei: cum eius pater sit: natura uero nullo modo secūdus quoniam in utroq; una est deitas: ita uidelicet & Spiritus sanctus & si dignitate & ordine secundus a filio est: nō tamen alienę ipsum naturę esse inde consequetur. His etiam uerbis aliqui addiderunt: quanq̄ concedendum non sit: quo nil magis contrariū est intētionis beati Basilii: qui in Epistola ad canonicas clarissime Sp̄s sanctus inquit patri quidē & filio cōnumeratur, cū supra omnem creaturam sit: ordine uero tertius est, ut Euangelista nos docet dn̄o dicente. Euntes in uniuersum mundum baptizantes in nomine patris & filii,& Spiritus sancti. Qui aūt eum pręposuit filio, aut superiore prędicit, hic contradicit dei traditioni: alienus uero a sana fide est: quam accepit: laudationis formam non seruans. Et post pauca. Quare siquis hunc ordinē peruertit, ipsam personarum existētiam totamq; fidem negat: si igitur hęc uerba hęsitantis & dubitantis circa ordinem sint, & eius qui suam sententiam sub dubiis,& cū fortassis,& quanq̄ concedendum non sit: proferat: tuum sit iudicium & aliorū, qui recti iudices sunt: & aliquatenus intelligant uim rationū & dogmatū ueritatē. Deinde nō pudet eos tātę cōtrarietatis

sanctum doctorem accusare, immo uero ingnorantię, si modo quidem tertium ordine Spiritum esse efferat: & ita tertium ut non liceret absq; crimine impietatis & potius fidei peruersione hunc ordinem mutare: modo uero fortassis eum esse secundum a filio dicat, & alia huiuscemodi. Ego uero teste Deo uicem eorum qui hęc au/tumant doleo, & pro eis me pudet. Si uero ipsi non sentiunt, mirũ est profecto. quod autem omnem eorum impudentiam eneruat, hoc est ꝙ in his contra Eunomium rationibus suis post multa cõcludens hic doctor infert: ita & Spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus post filium est. Accepimus enim eum tertium a patre & filio numeratum: ipso Domino in traditione baptismatis salutaris hunc ordinem docente. Cum dixerit euntes baptizantes &c. Animaduerte igitur ꝙ quibus argumentis in Epistola ad canonicas ordinem in trinitate probat salutaris scilicet baptismatis traditione, eisdem etiam hic eundem ordinem demonstrat. At in Epistola ad canonicas tanta cum certitudine hunc asserit ordinem: ut eum, qui aliter diceret impium asseueret. Quo igitur modo hic ubi eisdem argumentis utitur cum hesitatione & dubitatione loquęretur: uerum hæc prauorum hominum & impiorum non illius sanctissimi uiri sunt. Nulli itaq; dubitandum est sancti patris nostri Basilii hanc esse autoritatem, Spiritum scilicet sanctum ordine & dignitate secundum a filio esse: ipsumq; esse ab eo habere: & ab eo tanq̃ a causa dependere. Quod cum ita sit: quis amplius aliquid aliud quęret: nonne solus Basilius sufficiens est, omnem nos docere ueritatem? Nonne tantum & humanę & diuinę sapientię participauit, ut etiam solus sufficiens sit totius Ecclesię doctor, atq; magister? Et quanq̃ hæc ueritas ꝙ Spiritus sanctus uidelicet etiam ex filio procedit, ex his etiã nudis huius doctoris uerbis manifeste appareat, non tamen ab re esse iudicaui ipsis eius uerbis pręsuppositis, syllogismum quemdam ad eã ueritatem probandam inferre: dicit igitur filium secundum a patre ordine dignitateq;: hoc autem nostri etiam concedunt. Sed animaduerte quonam modo secundus a patre sit filius ordine & dignitate. Idem enim infert. propterea ꝙ ab eo est: & quia principium & causa eius est pater. quare quod in diuinis personis secundum ordine & dignitate ab aliquo est: ideo secũdum ab illo est: quia est ab illo. Hoc uero in naturalibus etiã rebus manifestũ est. Omne .n. quod ab aliquo natura secundum est, etiam ab eo est. At Spm quoq; sanctum Bas.

ordine,& dignitate ſecundum a filio idem ait : ꝙ autem non quaſi dubitans : ut quidam ſonniant : immo uero certo tenens in Epi/ ſtola ad canonicas clare uidetur. Ex his igitur tale fit argumen/ tum. Omne, quod in diuinis perſonis alio ſecundum eſt, ab eo eſt: Spiritus uero ſanctus ſecundus a filio eſt : igitur a filio eſt : quod ſi uolueris magis generaliter argumentari, in hunc modum tibi di cendum eſt: omne quod natura ſecundum aliquo eſt, ab eo eſt. Spiritus uero natura ſecundus eſt a filio dignitate & ordine, Igi/ tur Spiritus a filio eſt. Quod autem Spiritus natura eſt ordine ſe/ cundus a filio, patet. Nil enim eſt in ſancta trinitate prꝫter naturam neqꝫ per accidens. Et caue ne te ſcandelizet hæc dictio, natura cum Spiritum natura ſecundum a filio audias. Non enim ſecun dum naturam ſecundum illum dicimus, ut alterius naturꝫ illum eſſe oſtendamus prout Eunomius faciebat: Sed naturam dicimus excludentes accidens & quod prꝫter naturam eſt. Hoc autē ſan/ ctus quoqꝫ Athanaſius teſtatur, qualem ordinem & naturam ha/ bet filius ad patrem, talem ordinem & naturam Spiritum quoqꝫ

Ath ſanctum ad filium habere docens. duo enim hꝫc per hanc auto/ toritatem probantur : & quod tertius a patre Spiritus ſanctus eſt or dine & ſecundus a filio : ꝙꝙ natura eſt hic ordo. Sed hæc qui/ dem ex autoritatibus beati Baſilii luce clarius probata ſunt: quꝫ longo ſermone data opera expoſui : cum enim non parua nos in/ de ſequatur utilitas : immo uero totum hæc ſola uerba poſſint: ſi/ quidem ſolus Baſilius ſufficiens eſt, ad docendum nos fidei ue/ ritatem. Iam uero ad promiſſa me transferam : & omnem tibi pro/ ceſſum ſacri concilii breuiter narrabo. Deinde aliquas demon/ ſtrationes huius ueritatis in medium afferam, & ſic finem faciam.

¶ Narratio eorum quæ in concilio facta fuerunt.

Illa igitur de qbus ferrariꝫ ubi ut notum uobis eſt, pri/ mo appulimus: ante incoationē cōcilii priuatim diſpu/ tauimus, tanq̄ nō neceſſaria omittā:cū etiā nobis illa te/ rendi tēporis gratia potius & illos expectandi, qui uētu ri erant, ad conciliū propoſita fuerint, q̄ꝙ neceſſaria eſſent: tēpore uero aduenìente uiſum eſt noſtris, in duas partes propoſitam quꝫ/ ſtionem diuidere : unam ꝙ nec ipſam etiam ueritatem liceret ad/ dere ſymbolo patrum:alteram ꝙ nec ſit uerū Spm ſanctū ex patre

filioque procedere: & cum hoc placuisset: demum querebatur a quo nam incipiendum esset: & cõi aliorum sñia uisum fuit inde incipere: quod nil sit addendũ symbolo patrũ: quãque ipse manifeste cõtradicebam. Aiebã.n.aut probabilius hoc altero esse, aut e cõtra: & siquidẽ minus probabile esset, non decere a debiliori incipere: ita ut uictos & profligatos nos in primo certamine, deterritos deinde secundũ subire: ne fortassis istec profligatio etiam ut secundam partem perderemus, causa fieret. Quod si probabiliorem illam partem putaremus oportere eam posteriorẽ seruare: si.n.in prima questione uinceremus etiam secundam fortiori animo aggrederemur. Quod si primam perderemus, illam uidelicet que Spm sanctũ etiã a filio procedere ponit, tunc saltem in secũda uinceremus, neque ipsam ueritatem licere addere ostendentes. Preterea cum in natura etiam quod fieri per pauciora põt, nõ fit per plura: frustra enim esset. frustra uero nec Deus, nec natura facit: illud proponẽdum dicebam & de illo primum disputandum, post quod alteri nõ relinquitur locus. Si igitur ipsum dogma falsum esse probaremus: illud addere non licere, manifestum esset. nec probandum esset non licere illud addere. Quare uno certamine totum perficiemus, aiebam; si incipiemus a dogmate, et illud falsum esse probare potuerimus. Quod autem nec ipsam ueritatem liceret addere probato; restabit adhuc ipsum dogma uerum ne, an falsum sit probare. Hec autẽ cum dicens persuadere nostris non potuissem: sed de illo primo uellent omnino disputare, propterea quod putabant hanc probabiliorem partem, uolens eos dehortari dixi in contrarium quatuor rationes dũtaxat presente sapientissimo Imperatore nostro: quas etiam latini postea adduxerunt. quasque inter rationes per latinos inductas audies. Quibus probabam & huius rei falsitatem, & quod ridiculũ sit putare ueritatẽ non licere addere: quas & si nullus presentium soluere potuerit: quod tamen uolebant, hoc statuerunt, & ego sequebar dicere quidem quæ expedirent nationi & honori eius putans me debere Deo & ipsi nationi, deinde uero maiorem partem sequi, & una cum eis certamen subire. sequebatur etiam serenissimus Imperator: licet ei non placeret hoc cõsilium: Veritus tñ nequis ignorãtiũ eum putaret uim aliquã eis inferre. Incepimus igitur cum latinis disputare: probare uolẽtes nihil nec ipsam ueritatẽ licere symbolo patrũ addere. tota uero uis nr̃a in decretis sanctorum & œcumenicorum cõciliorum consistebat, in quibus circa finem aiunt: nõ licere preter hæc

aliā fidem conscribere, aut sapere, aut docere, & cætera huiuscemo/
di: quando ridiculosum quid & magni uituperii dignum passa fuis/
set tota natio, & nos omnes per prudentiā boni Ephesini: nisi ego
sentiens impediuissem. una enim cum decretis patrum illud quoq
Apostoli ad galatas allegare uolebat, dicētis, si quis uobis aliud prę/
terq̄ tradidi uobis Euāgelizatus fuerit anathema sit, itē sancti Dio/
nysii Ariopagitę inde diuinis nominibus auctoritatem dicētis. oīno
itaq nil est audendum, uel dicere, uel cogitare prçter illa, quę diui
nitus ex sacris oraculis nobis tradita sunt, uolebat itaq per ista etiā
probare non licere, nec ipsam etiam ueritatē addere symbolo. Hoc
autem quantam nobis derisionē fecisset, & q in ipso ingressu con/
uicti & profligati fuissemus, hinc senties. Tota ratio nostra, qua cre
debamus hanc rē posse ꝓbari in dictis tertii œcumenici cōcilii Ephe
sini consistebat: cum asseueraremus illam primam in fine sui decre/
ti hāc illam inhibitionem de quacunq uidelicet additione edidisse.
Nam etsi non sit uerum talem inhibitionem illud concilium fecis/
se, qui tamen contendere uolunt, possunt aliquid adiumenti hinc
habere propter ęquiuocationem & ambiguitatem uerborū. Cau/
sa uero cur tertium concilium primum hanc inhibitionē fecisse di/
cimus est, primo, q acta primi concilii nusq̄ reperiuntur. Secūdo
cum sciremus, secundum œcumenicum concilium symbolum ni/
cęnum in plurimis mutasse partim auferendo, partim addendo, nō
licebat dicere ante secundum concilium hanc inhibitionem factam
fuisse: ipsos etenim sanctos p̄res secundi concilii anathematis reos
fecissemus, qui partim diminuerunt, partim addiderunt nicęno sym
bolo. His igitur ita declaratis cōsidera quę ex his quę Ephesinus ꝓ/
positurus erat inconuenientia sequebantur. Cū enim sanctus Apo
stolus, beatus quoq Dionysius, multo ante non solum secundam
sed etiam primam synodum fuerint, si hę autoritates ipsam etiā ue/
ritatem inhibent, ne quis eā uel doceat uel addat symbolo, sub ana
themate etiam secundi concilii patres essent, qui tot additionibus &
minutionibus nicęni cōcilii symbolum plerisq in partibus eius mu
taret. Si autem hęc opinio nec cogitanda quidem tanq̄ impia sit: pa
tet q illa inhibuit, & Apostolus & Dionysius docere, sapere, Euan/
gelizare, & cogitare, quę falsa fideiq catholicę cōtraria sunt. quod
si falsa inhibent, nos autem eorum autoritates tanq̄ ęquiualētes de/
cretis conciliorum producebamus: patet q etiam decreta patrū fal
sa inhibent, ne symbolo addantur: non autem quę uera sunt. Itaq

in ipso primo congressu & primo die conuicti & profligati fuisse/mus. Cum autē hæc ego sensissem, rationibus prędictis uix ei per/suasi, ut illas autoritates non proponeret. Ex his itaq; licet illius hominis & ingenii eius subtilitatem iudicare: & quale eius iudiciū in sublimioribus sit, si hęc res eum tam manifesta latebat. Hęc autem dico non eius repręhendendi causa, lōge.n. ab hoc absum, sed ut auditores admoneam: ut sibi ab eius sermonibus caueant. Discutientes igitur hanc quęstionem & de ea publice cum latinis disputantes, dum in principiis & circa prohemia essemus nos uidebamur supera re. Nondum enim aliquid dignum, quod ad propositam rem face/ret, dictum a latinis fuit, quando & sit absq; arrogantia dictum, po/tiores ad hanc rem ex parte nostra productę rationes a me & inuen/tę & dictę fuerunt, testes sunt qui adfuerunt: cum autem scuccesse/rit in sermone optimus ille uir Iulianus .S.R. Ec. Cardinalis sancti Angeli dignissimus multa & quidem potissima in medium adduxit: quibus propositam quęstionem ita clare & sufficiēter probauit, de/monstrando licere ueritatem semper addere fidei symbolo: pręser/tim cum necessitas cogat: & autoritas summi Pontificis accedat: ut nihil nos quanq̄ diu multumq; cogitauerimus contradicere potuerimus: quę cum multa fuerint, illa tamen, quę memoria teneo hic exponam: ut etiam huius rei ueritatē intelligas, Sed ante hęc, summam nostrarum rationum et potissi mam audi. In fine decretorū cuiuslibet sancti œcumenici cōcilii a tertio inchoādo de uerbo ad uer/bum sic habetur. His lectis determinat sancta synodus nulli licere aliam fidem proferre, aut componere, aut sapere, aut docere aliter. Qui uero hoc audeant facere, clerici priuentur: laici anathemati/zentur. Huius sententię et horum fere uerborum omnes alię inhi/bitiones sunt. His nos autoritatibus tanq̄ inrefragabilibus niteba/mur, dicentes nec ipsam ueritatem licere addere: cum ex dictis sanctorum prędictis inhibitū sit, ne liceat, cōtra nostrā positionē inter multas rationes ex parte latinorum introductas, hæ quoq; fuerunt. Iul. Cęsa.

Rationes latinorum quibus probat̄ q̄ licet ueritatē addere symbolo.

Pria ratio. QVodlibet concilium non solum proferre aliam fidē inhibet, sed etiam componere. Si igitur per hoc quod di/cit aliam fidem intelligit aliis uerbis eidē tamen sentētię compositam fidem, seu symbolum, accidet, q̄ oēs qui

idem symbolum diuersis quidem uerbis, sententia tamen eadẽ cõ/
posuerunt, quod quasi omnes doctores sancti cum fidem catholi/
cam profiterentur fecerunt, sub anathemate erunt: at hoc non so/
lum falsum, sed etiam blasphemia est dicere. Igitur non prohibe/
tur aliis uerbis consonis ueritati eandem exponere fidem: sed cõtra/
rõ .ii. ria & diuersam componere hoc propositum est. Item quartum cõ/
cilium: ipsum etiam sapere & docere aliter anathemati subiicit. Si
igitur sapere, uel docere uocabulis quidem diuersis consonis tamẽ
ueritati prohibet: sub anathemate sunt omnes, qui fidẽ ortodoxã,
quibus potui unusquisq; uerbis docuerũt. Vnusquisq; enim sancto
rum diuersis uocabulis eandem fidem prędicauit. At cum hoc in/
conueniens sit dicere: non diuersitatem uocabulorum, sed senten/
tiarum contrarietatem prohibet. pręsertim cũ ipsum sapere ad sen/
tentias non ad uocabula referatur. Pręterea sextum concilium ea/
rõ.iii. dem ipsa quæ & quartum dicit: & insuper inhibet, nequam uocem
inanem, aut uanam alicuius dictionis inuẽtionem quis introducat,
ad peruertendum quę a se determinata sunt. Ex quibus manifeste
apparet illa uocabula inhibita esse, quę ad peruertendum dogmata
rõ.iiii patrum introducuntur, non quę ad corroborandum. Amplius ter/
tium concilium statuit non decere aliam fidem proferre pręter eam
quæ in nicęno concilio edita fuit: & eos, qui hoc auderent anathe/
mati subiecit: de symbolo uero per secundũ concilium edito, quo
tota ecclesia utitur nullam fecit mentionem. Si igitur ideo non fece
rant de eo mentionem, quia aliud & diuersum a fide nicęni conci/
lii illud putarunt: peccamus nos & quidem mortaliter qui ommisso
totaliter symbolo Nicęno: pręter quod nullam aliã fidem proferre
statuerunt Patres, secundi concilii utimur symbolo, illud legentes,
illud docentes, illud & priuatim & publice proferentes: & hac ra/
tione sub anathemate sumus. Quod si ideo silentio illud pręterie/
runt quoniam idem est per omnia symbolo nicęni concilii, eadẽq;
fides in utroq; continetur. manifeste apparet uerbis non esse idem
(His enim maxime differt plures additiones, plures etiam diminu/
tiones habens) est igitur idem sententiis; qua de causa & primi, &
secundi concilii symbolum tanq̃ unum putarunt tertii concilii pa
tres. quare omne etiam symbolum quibuscunq; compositum uer
bis, eandem sententiam, quam & nicęnum continens, idem est il/
li. Nihilq; cõtra hoc facit cũ dicat nõ audere tradere aliud symbolũ.
Aliud enim intelligendum est, quod contrariam ueritati sententiã

continet: siquidem secundi concilii symbolum tantũ a nicęno differens quo ad uerba: idem tamen cum primo non aliud iudicatum est a patribus. Item unumquodq; concilium post lectionem totius sui decreti: non symboli solius, sed totius decreti ait. His lectis determinauit sancta synodus nulli licere aliam fidem proferre. patet autem ꝙ cum dicat, his lectis, totum decretum intelligit: igitur & qđ sequitur, aliam fidem non licere proferre, ad totum decretũ ipsum quoq; refertur. uidelicet non licere proferre aliam fidem pręter eam, quę in toto decreto non solũ in symbolo continetur. At quo ad uerba quartum concilium aliud q̃ tertium, quintũ aliudq̃ quartum, & ita cætera conscripserunt. de tota igitur fide & sententiis nõ uerbis hic ratio est. Item septimum concilium nec omnino facit aliquam symboli uel primi uel secundi mentionẽ: sed simpliciter decreto eius edito in fine addit. His nil est addendum nil ab eis auferẽdum: quod si quis uel addat, uel auferat quicq̃ ab hac fide, anathema sit. Manifestum igitur est, ꝙ de fide contraria & falsa inhibet, non enim prohibet ne ecclesia decreta, cum res exigit, ędere possit. Preterea quę corde credimus in iustitiam eadem quoq; ore confiteri ad salutem debemus, Aliter imperfecta in nobis fides esset: cõfitẽda enim est coram hominibus fides, si desideramus promissa pręmia. At uerum necesse est sapere. Igitur & confiteri idẽ necesse est. Amplius in actis quarti concilii in prima sessione primo quidem legit Entyches nicęnum symbolum, deinde idem hęreticus infert, qđ de hac fide, nicęna uidelicet decreuit ephesina synodus eũ qui pręter hanc quicq̃ addat, cogitet, aut doceat, reum esse pęnis, quę ibidem continentur: at Eusebius Episcopus dorileensis, qui se zelo fidei accusatorem huius hęretici constituerat: cũ hæc audisset exclamauit dicens. Non est tale decretum, non est canon, qui hoc iubeat, mentitus est, patres uero concilii sexcenti & triginta numero his auditis Eutichen condemnarunt nolentem sapere atq; credere aliqua alia: etiam quæ in nicęno symbolo non contineantur explicite. Alia uero dico numero: non ut contradictoria uel contraria, quo fit ut illas additiones putauerint inhibendas esse: quę cõtrarię & oppositę ueritati sunt: nõ illas sunt quę cõsentaneę. Quod. n. Christus ex duabus & in duabus naturis absq; confusione permanserit post carnis assumptionem, quod Eutyches negabat, quanq̃ aliud esset a nicęno symbolo: aliud uero non sententia, sed uerbis, tamen cogebant Eutychen, tu hoc crederet: Igitur manifeste ap/

Marginal notes: rõ. vi. (beside line 4); rõ. vii. (beside line 13); rõ. viii. (beside line 19); rõ. viii. (beside line 24)

paret, non simpliciter aliud, sed contrarium inhibuisse sanctos doctores: animaduerte namque quod ipsa met uerba tertii concilii quę nos proferimus, nulli uidelicet licere aliam fidem proferre, hæc eadē Eutyches pro se producebat. Episcopus uero dorileensis & totum concilium, non est talis canon exclamarunt, qui hoc iubeat, & illū condēnarunt, tanq̄ non recte intelligentem hunc canonem. Exponebat enim eum quemadmodum & nostri omne aliud simpliciter etiam si uerbalis esset differentia putans inhibitum esse. quam expositionem synodus refellit nōnegans hæc uerba in canone Ephesino contineri, aliā tamē fidē putans quæ cōtraria ueritati non quę uerbis differens sententiis concors & consentanea sit. Item in libro canonum conciliorum quos noster zonaras exponit, est hæc inhibitio tertii cōcilii: his uidelicet dictis, determinauit Sācta synodus &c. & est inter eiusdē cōcilii canones, septimus numero: ante hæc aūt est alius eiusdē concilii canon numero sextus, qui cōmunione priuat eos, qui auderent aliquid eorum permutare quæ a synodo acta sunt. In septimo autem canone uidelicet inhibitionis anatematizatur, qui transgrediatur canonem, & aliam prædicet fidem. quęrit igitur zonaras quare sancti patres in sexto canone communione dūtaxat priuant transgressores: in septimo uero anathemati eos subiiciūt. hāc uero quęstionē uerbis soluit. multū interest inquit inter contradicere & dubitare de aliqua re, ideo q̄ dubitat de his, quæ iā recte a patribus statuta sunt excōicatione innodatur, & cōmunione priuatur: qui uero eis contradicit tanq̄ contraria sapiens, anathematizatur. quare iste etiā comētator aliā fidē hic cōtradictoria, cōtrariamque apertissime & manifeste nominat. Itē cōciliū in trullo celebratū in primo suo canone dicit. Statuimus immutabilē & absque aliqua nouitate seruare traditam nobis ab ipsis ministris uerbi, q eū oculis uiderunt, apostolis uidelicet sanctis, & a tercentis decem & octo sanctis patribus in nicęna congregatis. Et consequenter enumerat oīa cōcilia, & iubet fidē ab omnibus illis traditam immutabilē seruari: deinde infert. qđ si qs prędicta pietatis dogmata nō teneat, & eis acqescat, & ita sapiat, & prędicet: sed eis cōtrarie conetur, anathema sit secūdū canones a prædictis sanctis patribus iā ęditos, & a Christiano cōsortio tanq̄ alienus pellat, & proiiciatur. Nos n. nec addere, nec auferre quicq̄ omnino uel cogitamus uel possumus canones prædictas sequentes: hic canon manifeste declarat tertii cōcilii decretum, & aliorum quæ inhibent, nequis aliam proferat fidē:

cum dicat q siquis contraire patrũ dogmatibus conetur, anathema sit secundũ canones iam ab eis ęditos. hos uidelicet qui inhibẽt aliã fidem: hæc igitur decreta contrariam fidem prohibent: & qui inserunt, nos enim nec addimus, nec auferimus aliquid i fide uidelicet, intelligunt, non in symbolo. Symbolum enim hæc synodus non inseruit in suo decreto: sed fidem exponens & dogmata sanctorum patrum & omnium conciliorum infert. Hęc addere, nec auferre quicq̃ cogitamus: & ratio quia canones prędictos sequimur, ita ut clare pateat cum dicant patres: nec addere, nec auferre licere: non uerbales additiones & ablationes, sed contrariarum sententiarum, & falsi sensus inhibere. per hunc igitur unum canonem solum quem non ratio nostra inducit: non aliquis priuatus homo commentatur simpliciter sed quem una tota synodus tot patrum conuentus composuit: qui suam & aliorum sibi similium patrum mentem exponũt, apertissime ac manifestissime soluitur quęstio non contendere uolentibus: uoluissem liceret longius euagari. uidisses profecto multas similes rationes & quidem potissimas. Cum uero et quæ dictę sunt ita clare hanc quęstionem decidant: ut illi quidem qui ueritatem diligat, et abq contentione, quæ dicta sunt audiat, satis superq sint: Contendere uero uolenti nec multo plures satisfaciant. uno dumtaxat argumento latinorum ad huc addito, cessabo de hac re plura dicere. Est autem hoc potissimum, et quod solum sufficiat ad arguendum errorem nostrorum. Nos asserimus q primum tertium concilium hanc inhibitionem decreuit, ut pauloante dixi: quando etiam causam quare hoc dicimus manifestauimus: quę est q cum secunda synodus plura addiderit, pluraq abstulerit a symbolo niceno, si asseueraremus ante secundum concilium hanc inhibitionem fuisse, ex duobus unum sequeretur necesse esset: aut transgressionis canonum sanctos secundi concilii patres accusare, et sub anathemate fuisse, aut cum hoc non solum absurdum, sed etiam blasphemia sit dicere: non omnem uerbalem additionem, sed sententias falsas atq contrarias ne addantur inhibuisse. quare cogimur dicere post secundam symbolum hanc inhibitionem factam fuisse, non antea. igitur siquis e conuerso ostendat q ante secundam synodum hæc inhibitio fuerit: et iisdem fere uerbis, quibus tertium concilium usum est: colligetur duorum supradictorum alterum: et cum secundi concilii patres transgressores ca rõ.xi.

nonum dicere blasphemia sit: restat ut secundum sit uerum: uidelicet non id intelligere illam inhibitionem, quod nostri putant, sed contrariam fidem inhibere. Hoc igitur nobis ostenderunt latini. probatum est & enim ab eis primam nicęnam synodum hanc inhibitionem fecisse: eisdem ipsis uerbis & tertium & alia concilia scripserunt: probarunt autem hoc modo: ita studiosi & diligentes in omnibus actibus suis sunt latini, prout & tua nobilitas scit, experta in multis eorum sapientiam, ut non solum in diuinis, uerum etiam in humanis, & in ciuilibus rebus nihil eos de priscis gestis, uel scriptis lateat. Quare in unaquaque etiam ciuitate reperies in eorum archiuis multa de antiquissimis gestis eorum scripta. Hoc etiam in catholica ecclesia aliisque piis locis seruatur. Multa enim acta Pontificum, multęque conciliorum Epistolę & canones extant. Produxerunt igitur nobis in antiquissimo libro membrano Epistolam liberii Papę ad beatum Athanasium Alexandrinum patriarcham, quae incipit. Iam a principio tantam accepimus a beatissimo Petro primo. Apostolorum, in qua post pauca dicit, accepisse Epistolam sancti Athanasii & eam legisse. Deinde addit. Cum autem fidem nicęni concilii in ea recitam reperissemus magnas gratias uobis retulimus: pro qua non solum compati uobiscum, & persecutionem pati parati sumus, sed cum necessitas exigat, etiam mori pro nomine Christi non postponemus, quamtumcunque sumus imbecilles: praedicta namque ut legimus, sancta decreuit nicęna synodus aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, aut componere, aut sapere, aut aliter docere: nec aliquid in fide uel intelligere, uel proferre, quod horum patrum decretis contrarium sit. Qui uero audeat aliam fidem proferre, aut docere, aut aliud symbolum tradere illis, qui ad uiam ueritatis ex quacumque hęresi desiderant conuerti, aut ut ex Iudaismo, aut ex gētilitate, si Episcopus uel clericus sit priuetur, Episcopus Episcopali dignitate: & Clericus clero: si uero Monacus, aut laicus anathematizetur. Haec nunc quidem ex actis primi concilii quae ignota nobis sunt: uero cum adhuc extarent, sciebant & Papa liberius & sanctus Athanasius. Haec autem similia sunt omnino tertii concilii uerbis. quid igitur de secunda synodo, & beato Gregorio Nazanzeno dicemus: qui cum huic concilio pręsideret tanq̄ alios sapientia excellens hoc symbolum, quo nunc tota Ecclesia utitur conscripsisse dicitur in plu

Liber Papa

Gre. Naz.

rimis nicenum mutans. Si hęc inhibitio illam mentem, quam no/stri dicunt, habet, pro sanctis patribus & doctoribus Heu seducto/res, & deceptores sancti sunt, & secundi concilii patres & beatus Gregorius Nazanzenus cui per excellentiam Theologus cogno/men fuit. Sed absit hanc blasphemiam etiam cogitare. Non igitur nec prima, nec tertia, nec aliqua alia synodus hoc intelligit, cum hanc inhibitionem decernit, sed manifeste contrariam fidē inhibet.

Conclusio quod urgente necessitate & iudicio ec/clesię, & autoritate summi Pontificis accedente, licet & necessarium est addere ue/rum symbolo.

PEr hęc itaq; omnia Clarissime, luceq; clarius probatum est, non esse prohibitum ueritatem addere fidei symbo/lo, immo uero declarare. Nullum enim ueritatis dog/ma est, quod uel explicite uel implicite non conti/neatur symbolo, & simplici apostolorum traditioni: Declarare autem & explicare, ac symbolo addere non semper. uidelicet. nec omnem uolentem: sed magna necessitate cogente, & cum ec/clesię iudicium, & autoritas summi Pontificis accesserit, non mo/do non esse prohibitum, sed etiam necessarium esse.

Continuatio narrationis eorum, quę in concilio facta fuerunt, & secundę quęstionis deci/sio, & unionis conclusio.

HIs igitur aliisq; similibus per latinos dictis clarissime uir nos cum nil ad hęc respondere haberemus. quid namq; poterat aliquis contra talem ueritatem impu/denter dicere, tacebamus. Latini uero probato q; li/ceret addere symbolo ueritatem: Consequenter pollicebantur se probaturos etiam dogma symbolo additum, uerum esse: uide/licet q; spiritus sanctus ex patre, filioq; procedit. At nostri in pri/mo conuicti formidabant secundum certamen subire: illudq; eis euenit, quod ego iam a principio preuidebam futurum: cum impe

DD

diebam ne ab hac questione inciperemus. Timebant igitur, & nullo modo uolebant amplius permanere, Sed quisq; desiderabat discere, & reuerti ad propria: nilq; aliud nisi redeundum ad patriam clamabant, Et cum causam cur nam ita uellent interrogarentur reddere non ualebant. Quid igitur dicemus latinis interrogati? qua ratione in medio certamine, Immo uero ad huc in principio (quę enim huc usq; de non licere addere dicta sunt, nil ad rem sunt) Qua igitur ratione nondum facto initio redeundum esset? Dicere non habeant? Verum absq; ulla ratione uociferabant, redeamus redeamus. Dicebant autem etiam inter se quod ad eorum aures peruenisset latinos posse in medium afferre plurimas multorum sanctorum occidentalium autoritates: quibus palam probatur spiritum sanctum ex patre filioq; procedere. Quid igitur ad has respondebimus? Discedamus, redeamus, abeamus. Audis ne patrum & doctorum sententias? Quoniam inquiunt multas autoritates sanctorum latini afferre habent, ad quę nos respondere non habemus, discedamus ab eis. uix tamen sentientes absurditatem sententię suę, & a Serenissimo Imperatore persuasi, cesserunt, & manere decreuerunt: Interim pestis de Ferraria in Florentiam accessum summi Pontificis coegit & illuc translationem concilii fecit, Abierunt igitur latini, recessimus etiam nos, & cum omnes iam appulissemus Florentiam, decreta fuit dies in qua incipiendum, atq; continuandum erat Concilium. Et termino adueniente rursus nos accusare latinos incepimus: quemadmodum enim in illa questione, An liceat addere quicq̄, nos accusatorum, latini uero respondentium tenuerunt locum: & ita responderunt, ut nil nos ad illa replicare potuerimus: Ita etiam in ipso dogmate, Nos quidem tanq̄ accusantes proposuimus: Illi uero respondebant: In omnibus enim ad libitum nostrum, & pro ut uolebamus ita facere nobis licebat. Et tamen non pudet aliquos dicere uim

Libtas conc. nobis illatam fuisse: Quod nunq̄ fuit teste ueritate, qui Deus est. Proposuimus igitur ab ipsis Apostolis & sanctis synodis incipientes, eorumq; atq; omnium orientalium doctorum autoritatibus usi, quibus probatur spiritum sanctum non quidem non procedere ex filio, talem namq; nullam autoritatem habemus pro ut tu etiam scis, preter illam Ioannis Damasceni,

Ioā. Dam. quæ dicit spiritum filii dicimus, ex filio uero non dicimus, Aliæ

uero autoritates omnes hoc probant dumtaxat, quod spiritus sanctus ex patre procedit, non quod ex filio non procedit. Has igitur nos in medium afferentes putabamus probasse falsum esse, quod ex filio etiam procedat spiritus sanctus. Latini uero ad has quidem omnes autoritates unam hanc responsionem communem dederunt. Quod omnes uidelicet uerę sunt: & ita etiam eis uideri: se etiam hoc idem credere, spiritum sanctum, scilicet ex patre procedere. Hoc tamen non ut contrarium, nec ut contradictoriorum opponi autoritatibus dicentibus et eũ ex filio procedere: Si enim altero illorum modorum illis opponeretur, tunc uno posito, Alterum perimeretur omnino: Nunc uero nil prohibet utrunque uerum esse, uidelicet quod ex patre procedat, & quod ex filio. Quemadmodum si dicamus spiritum sanctum mitti ex patre: Alius uero dicat eum ex patre & filio mitti utrumque uerum dicetur, Et alterum non repugnat alteri. Si igitur sancti patres dicerent, uel quod spiritus sanctus ex solo patre procedit: uel quod ex filio non procedit: tunc falsa nostra esset fides. Cum autem neutrum horum nondum aliquis sanctus dixerit, istud quod dicunt ex patre eum procedere, non perimit, quod nos dicimus ex filio etiam eum procedere, Et hęc quidem ad nostras responderunt autoritates. Ad illam uero Ioannis Damasceni autoritatem nil responderunt, cum nec nos eam proposuerimus, in fine tamen huius operis illius quoque solutionem tua gratia his apponam: Deinde latini tamquam a principio incipientes plura ac uaria pluribus in sessionibus argumenta dixerunt, a sancta scriptura & ecclesię doctoribus, minores ut plurimum propositiones habentes, quibus probarunt spiritum sanctum ex patre filioque procedere, & tandem autoritates patrum attulerunt, quibus clare & palam huius dogmatis ueritas apparet, Attulerunt uero non solum occidentalium, uerum etiam orientalium patrum testimonia: quorum aliqua, quę mihi uisa fuerunt magis ad nostrum propositum facere tibi cum his ad presens mitto: ut intelligas quid de hac re ipsi etiam occidentales doctores sapiunt. ad quę nos nil respondere habebamus nisi quod corrupta sint, & a latinis corrupta fuerint. Produxerunt nostrum Epiphanium multis in locis ex patre & filio clare dicentem esse spiritum sanctum, corruptum fuisse dicebamus. Allegarunt Cyrilli non nulla & aliorum idem aiebamus. adduxerunt occidentalium doctorum auctoritates. Omnis nostra responsio eadem, & nulla alia erat. Cum igitur multis diebus inter nos ipsos cõsideremus quid nã ad hęc rñ Epip.

dendum esset, nullam aliam reperiebamus responsionem preter predictam: illam uero tamq̄ leuem, & a cunctis deridendam in medium afferre non uidebatur. Primo quia ex antecedentibus & sequentibus hec opinio uidebatur de mente esse sanctorum: Deinde plurimis libris & antiquissimis idem habentibus non erat facile ea calumniare, presertim cum nullum nos librum alium haberemus non latine, non grece scriptum, qui aliter auctoritates predictas scriptas haberet, q̄ latini dicebant. Preterea nos alios doctores contrarium dicentes producere non habebamus. Eosdem occidentales aliter alibi dicentes probare minime poteramus. Naturalibus rationibus eos ostendere falsa dicere, minime erat possibile: Cum igitur nullam nobis responsionem, que digna esset relictam uideremus, tacuimus, per multosq; dies non conuenimus cum latinis. Verum fuerūt qui subtilitatem ingenii aliam inuenerunt responsione: Non esse mirum. s. si in aliquo sancti tamq̄ homines errassent: & ideo occidentales etiam doctores in hoc articulo de processione spiritus sancti errasse, mentitosq; fuisse. Hoc autem ꝙ totam fidem nostram euertat, clare patet. Si enim fides nostra a dictis & a doctrina sanctorum pendet: hi uero circa ueritatem errant, tota nostra fides euertitur. propter hec omnia merito secuta est unio: & omnes absq; quacunq; uiolentia sponte & uoluntarie huic rei concesserunt. Qui uero concedere noluerunt (fuerunt autem duo & non plures) cum omni libertate sine aliqua oppressione in suo arbitrio relicti, cum honore & charitate sumptibus ecclesie romane ad propria remearunt. Si uero iuste & recte secuta fuerit unio cum uideris & perlegeris autoritates sanctorum, quas tibi nunc mitto, ipse iudicabis. Quis namq; christiano insignitus nomine non sequeretur eos & dictis eorum tanq̄ a spiritu sancto editis non crederet? dico tam occidentalium q̄ orientalium patrum, Quos consona dicere eandemq; ueritatem exprimere uerbis differentibus firmiter tenendum est, prout in dogmatico satis probaui. Ipse igitur autoritates sole per se ipsas satis tibi & aliis erunt clarissime uir, ad omnem ambiguitatem tollendam, & omne dubium auferendum a quacunq; anima non contentiosa. Etenim me etiam non syllogismi, non demonstrationum necessitas, non argumentationum uis, Sed ipse nude autoritates doctorum ad credendum hanc ueritatem induxerunt. Cum enim uidissem, & audiuissem eas, subito omni contentione postposita acquieui autoritati dicentium. Iudicaui namq; sanctos patres spiritu sancto

loquentes, non potuisse a ueritate discessisse, Quare non solum acquieui, uerum etiam gratias egi Saluatori nostro, qui mihi donauit & audisse & intellexisse, quę nunq̄ ante audiui. Nullus enim nostrum unq̄ credidit tot autoritatibus doctorum propositam quęstionem posse probari: Et tibi igitur, cui cor humile, & anima ueri appetens est, aliis quoq; omnibus christianis tibi similibus hę solę autoritates ut paulo ante dixi satis erunt: Cum uero & aliquas rationes & probationes a me petieris, tua gratia hoc quoq; quoad potero, breuiter faciam, a sacra scriptura & doctorum autoritatibus arguens, q̄ & si in sermone, quem de unione ędidimus factum sit satis, tamen hic etiam idem faciam aliquasq; rationes in medium afferam. sed ante q̄ ad eas descendam, necesse est, puto aliqua pręsupponere, ut ea quę sequentur clarius intelligantur.

¶ Pręsupposita ad argumenta probantia spiritum sanctum etiam ex filio procedere: & primo quid sit paterne personę constitutiuum.

CVm unicuiq; enti sit quędam forma cōmunis: sit itē alia propria qua constituitur & est hoc aliquid quemadmodum huius hominis, ut puta Petri una cum forma communi, quę est humanitas: secundum quam dicitur homo est etiam alia propria forma, per quam dicitur hic homo Petrus, uidelicet uel Paulus: quod & incōmunicabile alteri est. Hęc autem est anima eius uel corpus, aut aliquid aliud, quod est ei principium indiuiduationis. Quęrendum est etiam de Deo & patre quę nam sit propriam eius forma personam eius constituens. Est enim ei communis ad filium & spiritum diuina ac essentialis forma: quę una & eadem numero in eis est. Deitas uidelicet secundum quam unus est cum eis deus: habet nihilominus aliam etiam propriam formam aliis personis incōmunicabilem, secūdum quam hoc aliquid & persona in sancta trinitate est. Quid nam igitur hoc sit quęrendum est, & primo an sit, ipsum ingenitum esse, At non uidetur. Hoc enim est negatio. Nihil autem existentium secundum negationem hoc aliquid est: Sed est eius proprietas, quæ sequitur iam constitutam eius personam. Secundo an sit hoc quod dicitur causa siue principium. Nec tamen hoc uerum est, nam si hęc esset constitutiua eius forma, Causa siue principium potiusq̄ pater diceretur. At ab omnibus doctoribus communiter pater nominatur.

Item cum causa siue principium uniuersale quiddam sit: & tam de patre q̄ de spirante predicetur, intentio quędam est, non res. Q d au tem est tale, est non ens: Non ens autem non est constitutiuum eius, qui super omne ens est: Restat igitur aut paternitatem solam, aut spi rationem solam, aut ambas cōstitutiuas esse personę paternę. At am bas impossibile est esse his rationibus. Si enim ambę constituerent patris personam: aut ita ambę, ut & utraq; per se constitueret, aut ita ut ambę simul. Et siquidem utraq; per se constitueret, duas formas pater haberet, & consequenter duę psonę essent: tamq̄ duas personales formas habens: quemadmodum siquis homo duas habe ret animas, quod absurdum est. Q d si non ut utraq; per se, sed am/ bę simul, neq; qui diceret patrem solum, significaret personam pa/ ternam, neq; qui diceret spirantem: Huius tamen totum cōtrarium est in usu. Omnes enim doctores, & omnis scriptura cum dicunt pa trem, diuinam omnes personam significant. Nostri etiam cum dicūt spirantem ipsum patrem solum putant significare. Igitur nec ita am bę simul sunt constitutiuę personę ut utraq; nullo modo: Sed ambę simul constituant, nec ut utraq; per se constituat: sed necessario alte rum quidem solum cōstituit personam: Alterum uero sequitur iam constitutam personam. Restat igitur aut paternitatem esse constituti uam & propriam patris formam: Spirationem uero sequi cum iam constitutum, aut e conuerso, spirationem esse constitutiuam personę paternę, paternitatem sequi personam iam constitutam. At si spirare quidem constituit, paternitas uero & ipsum generare sequitur, ab/ surdum quid, & quod preter cōmunem doctorum traditionem est, sequetur. Q uod tale quid est. Prima & immediata cuiusq; operatio ab eius constitutiua forma prodit. omnes autem alię operationes per hanc primam uidelicet operationem: utputa ex anima, quę est con/ stitutiua Petri forma, prima & imediata eius operatio prodit, quod est uiuere: Deinde per eam omnes alię operationes prodeunt: specu lari uidelicet, docere, texere, & cętera. Per uiuere namq; quę est pri ma & immediata operatio, omnes alię efficiuntur. Si igitur & perso nę paternę ipsum spirare esset constitutiua forma, esset spiratio qui/ dem prima eius & immediata operatio, Per hanc autem generare/ tur filius, quo fieret ut non spiritus per filium procederet, ut Theolo gi asserunt, Sed filius per spiritum generaretur: quę cuncta ueritati contraria & patrum traditionibus, & cōmuni eorum usui sunt, Et cū hęc absurda sint, restat paternitatem constituere personam paternā:

& hanc eius esse incõmunicabilem formam: spirationem uero sequi iam constitutam eius personam: non quidem ut accidens, cum nihil in trinitate sit accidens: uerum secundum naturam & essentialiter & ipsum quidem generare primam & immediatam operationme per sonę paternę esse: Ipsum uero spirare fieri pergenerare. Et hęc quidem prędicta sint, tanq̃ ad ea, quę secuntur necessaria. Item hęc etiã tamq̃ cõmunia pręsupponãtur. Eorum quę de Deo dicuntur, quedam sunt cõmunia omnibus personis, ut bonus, sapiens, & omnia ab soluta. Similiter omnes negationes, quę per excellentiam respectu ad creaturam de eo dicuntur: ut inuisibile, incomprehensibile, & huiuscemodi, Item quęcunq; relatione ad creaturam significãt, ut creator, Iudex, & similia. Hęc itaq; cõmunia sunt omnibus psonis. Quę dã uero sunt ppria, Et hoꝝ quędã sunt ppria duabus psonis compa ratione ad reliquam, quemadmodum filio & spiritui a principio eẽ, patri & filio emittere spiritũ: aut q̃ spiritus dicatur patris & filii. Quędam propria unius personę: & horum rursus quędam ita propria p sonalia sunt: ut etiam constitutiua sint, ut paternitas filiatio, spiratio passiua, quędam & si uni soli insunt, non tamen constitutiua personarum sunt, sed quędem notiones; quemadmodum patri notionale est ingenitum esse: nec igitur trium personarum cõmunia personalia sunt, nec illa, quę duabus comparatione ad tertiam propria sunt, nec illa quę uni quidem propria sunt, Sed ita propria ut notionalia, & sequentia, Illa uero sola sunt personalia, & personarum constitutiua propria, paternitas. s. filiatio, & passiua spiratio. Quę uero duabus propria comparatione ad tertiam sunt: hęc notionalia sunt duarum personarum. His pręsuppositis probabimus spiritum sanctum ex patre per filium, ipso iuuante, & ex patre filioq; procedere.

¶ Argumenta probantia sanctum spiritum ex patre per filium, & ex patre filioq; procedere numero uiginti.

PEr primam & immediatam uniuscuiusq; operationẽ omnes alię operationes eius fiunt, prima uero & immediata patris operatio est generare, per generare igitur spirandi actio fit, & ex patre per filium spiritus sanctus procedit. Quid autem uelit hoc quod dicimus per filium, & q̃ ipsum per causam siue principium medians significet, sufficienter in sermone de unione probauimus, Item spiritus sanctus aut ex solo patre procedit primũ arg. Scdm arg.

aut non ex ſolo patre. Inter cõtradictoria namq̧ nil eſt medium. At nõ põt dici ꝙ ex ſolo patre ꝓcedat, Igr̃ nõ ex ſolo patre, ꝙ ſi nõ ex ſolo patre, igit̃ etiam ex filio. Quod aũt non ex ſolo patre ꝓcedat ꝓbatur. primo quidem nuſq̃ reperitur hoc dictum neq̧ apud ſcripturam canonicam, neq̧ apud doctores: Q̃d uero non fuit ab aliquo iſtorum dictum non eſt audendum dicere. Deinde cum ſpirare, non prima, nec immediata ſit eſſentialis actio patris, ſit per primam ut dictum eſt: quę eſt ipſum generare & generatio, Quare neceſſe eſt uti filius etiam hac operatione participet: & per eũ ſpiritus ſanctus procedat. Cum enim omnia ſint cõmunia patri & filio preter conſtitutiuas perſonarum proprietates, cõmunis ei erit etiam uis ſpirandi: quę naturalis quidem patri, non tamen cõſtitutiua perſonę eius eſt, ut dictum eſt. Quare ſpiritus ex patre & filio, uel ex patre per filium procedit. In theologia namq̧ per, ab, ex, nil differt. Q̃d ſiquis dicat

Oppõ cõmunem igitur licet ſpiritui etiam ſancto hanc uim ſpirandi eſſe tã q̃ eſſentialem & naturalem, Omnia enim eſſentialia ipſi quoq̧ communia ſunt, Diſcat is hoc impoſſibile eſſe, eo ꝙ opponitur eius pro

Solõ. prietati, non enim poteſt idem ſui ipſius eſſe principium. Vnaquęq̧ enim diuinarum perſonarum manens in eo quod eſt, & ſuam proprietatem perſonalem ſeruans, cõmunia etiam inuicem habet oĩa eſſentialia: Manens enim filius in eo quod filius eſt: ut beatus Baſilius ait, habet omnia quęcunq̧ & pater. Igitur ſpiritus etiam manens in eo quod ſpiritus eſt, habet omnia quęcunq̧ & pater & filius: proprietati itaq̧ eius oppugnat, ſui ipſius principium eſſe, & ideo ſpira-

Oppõ tionem actiuã habere non poteſt. Sed dicet aliquis fortaſſis ꝙ ſi non ſit ei cõmunis ſpirandi uis, erit ei ſaltem cõmunis generatiua poten-

Solõ. tia quemadmodum filio ſpiratiua. At non lateat eum hoc etiam impoſſibile eſſe, primo ꝙ cum generandi potentia conſtitutiua ſit perſonę paternę: & incõmunicabilis alteri, ut probatum eſt: impoſſibile eſt alteri perſonę eam eſſe cõmunem, Deinde quia implicat contradictionem. Si enim idem generaret filium: & procederet ex eo: eſſet ad idem & principium, & quod eſt a principio: quod eſt cõtradictio. At ideo dicet quiſpiam: hoc inconueniens ſequitur, quia preſuppo

Oppõ nitur filium ſpirare ſpiritum, quod ſi non prę ſupponeretur, ſed ſolũ ꝙ ſpiritus cum patre generet filium, non relinquetur huic inconuenienti locus. Cur enim non potius ſpiritus cum patre generet filium

Solõ. q̃ filius cum patre ſpiret ſpiritum. Siquis hęc dicit, primo quidem ſciat quęrere quę nemo unq̃ nec cogitare quidem auſus eſt. Deinde

potentia quidem generatiua procedit spirandi potentiam tanq̃ prima & immediata patris operatio ut probatum est:& ideo non potest esse cõmunis spiritui,spirandi uero potentia cum se quatur filii generationem:& per eius generationem ut probatum est, fiat,non impossibile immo necessarium est,ut sit ei cõmunis cum patre. Q đ si quis rursus propter hęc dicat,igitur minorem est spiritus sanctus & patre & filio:siquidem pater generat filium,& spirat spiritum:filius & ipse cum patre spirat spiritum: Spiritus uero nec filium generat,nec seipsum,nec alium spiritum spirat. Vana ratio eius est:& contra se ipsum qui hęc dicit concludit, Si enim nullius personę principium esse,imperfectionis & minuitionis signum in trinitate putandum esset,pauciorum quoq; personarum causam esse,imperfectionis esset. Filius igitur cum unius personę dumtaxat uidelicet spiritus principium sit: minor esset hac ratione patre,qui ambarum personarum est principium. At hoc inconueniens est, etiam solum cogitare. Igitur illud quoq; similiter absurdum est,Principium enim uel a principio esse, cum de personalibus proprietatibus sit,neq; maius,neq; minus alterum altero uel esse,uel dici facit. Item si uis generandi atq; spirandi ita esset propria personę paternę ut utraq; per se constitueret eius personam:uniuscuiusq; uero operationis principium est forma,duę formę harum duarum operationem essent principia. Sed unaquęq; forma constitutiua personam constituit,& sic pater essent duę personę. Hoc autem inconueniens est. Vis igitur spirandi non constituit personam patris. Q đ si non constituit:cõmunis igitur est etiam uel aliis personis,uel alicui earum:non utriq; simul:neq; spiritui soli,cũ ipse se ipsum spirare non possit. Esto igitur communis filio, Spiritus igitur ex patre filioq; procedit. Item cõmuniter omnes doctores fatentur spiritum sanctum prodire ex filio,hoc autem naturaliter intelligendum est: nil enim est in Deo preter naturam, neq; per accidens. Si igitur naturaliter & secundum naturam spiritus ex filio prodit, In diuinis uero dupliciter aliquid potest secundum naturam prodire,aut per generationem,aut per spirationem:per generationem uero non prodit ex eo:esset enim spiritus filius filii:prodit igitur per spirationem & ex eo procedit. q; si qꝑs dicat, dicere eum prodire a filio:gratiam & operationem eius in nos significat,uanum hoc refugium est, Nam & si gratia quadam nos participamus & non substantia spiritus, Substantia,namq; Dei inparticipabilis est, non tamẽ prodit ex filio non subsistens gratia,sed ipsa diuina spiritus persona. Q đ

Oppõ

Solo.

tertiũ arg.

iiii ar.

Oppõ

Solo.

patet ex aliis clarioribus & apertioribus doctorum uerbis cum eum dicunt emanare, oriri, ſcaturire, eluceſcere a filio, quę cuicunq; non excęcato ipſam ſubſiſtentiam ſpiritus non participationem, nec temporalem dumtaxat miſſionem ſignificant. Talis igitur perſonalis ſpiritus ex filio progreſſus, aut naturalis, aut ſeruilis eſt, Et cum nō ſit ſeruilis, neceſſario naturalis eſt, Naturalis uero ex filio ſubſiſtentię ſpiritus ſancti progreſſus quidnam aliud ſit, preter eius proceſſionē

y,arg. neq; fingere facile eſt. Item ſpiritum ſanctum ex ſubſtantia patris & filii eſſe, & ex ſubſtantia eorum eſſe, cōmuniter omnes orientales, occidentaleſq; patres clamant: At in ſancta trinitate, quod ex ſubſtantia alicuius eſt, ex perſona quoq; eius ſit, neceſſe eſt. Igitur ſpiritus cum ex ſubſtantia filii eſſe dicatur, ab omnibus doctoribus, ex eius quoq; perſona eſt, Quod autem id quod eſt in trinitate, ex alicuius ſubſtantia eſt, etiam ex eius hypoſtaſi ſiue perſona, hinc patet. Subſtantia uel eſſentia & hypoſtaſis, ſiue perſona ī unaquaq; diuinarum perſonarum unum ſunt realiter, & ita unum ut rationem tantum diſtinguantur. Si enim realiter ſubſtantia & perſona diſtinguerentur, eſſent profecto ſicuti tres perſonę realiter. Ita tres eſſentię uel ſubſtātię: uel poneretur in trinitate quaternitas rerum. Tres uidelicet, perſonę realiter diſtinctę: & tres in Deo res & eſſentia, quę quarta res eſſet a perſonis realiter diſtincta. Horum autem utrumq; contra fidem eſt, Quare diſtinctio quidem hypoſtaſis & eſſentię rationis eſt: Vnitas uero realis, contra quam in nobis omnibus eſt. In nobis & enim unitas quidem naturę, ſiue humanitatis cum uniuſcuiuſq; perſona, rationis eſt, diſtinctio uero realis eſt: Alia namq; res eſt humanitas ipſa, Alia huius perſonę indiuiduatio. Quare quemadmodum ſumus multę perſonę, Ita etiam multi homines. Quo fit, ut quod ſit ex natura alicuius hominum: nō neceſſario etiam ſit ex eius perſona. In ſancta uero trinitate e conuerſo eſt, ut dictum eſt. Vnitas eſſentię & perſonę eſt realis, diſtinctio uero rationis: Quare quod ex eſſentia alicuius perſonarum eſt, ex pſona quoq; eius neceſſe eſt eſſe, Si igitur ſpiritus ex natura & eſſentia filii eſt, ut in pleriſq; locis

Oppō tum alii doctores, tum uel maxime. Cyrillus ꝓbat: ex perſona quoq; eius eſt. At noſtri aiunt. Ideo hęc dicuntur a doctoribus, ut conſubſtantialitas eorum comprobetur, & ut oſtendatur ſpiritus eiuſdem eſſe ſubſtantię cum filio. Hoc autem quanto uerius eſt: tanto magis pro latinis facit. Tum enim magis eiuſdem ſubſtantię ſpiritus cū patre & filio eſt: cum ex eorum ſubſtantia perſoniſq; eorum procedat,

Dicatur enim clarius propter eos, qui uim uerborum ignorant, Nā si hoc solum consubstantialitatem significaret, ut nostr. homines pu tant, diceretur etiam pater ex substantia filii & spiritus sancti: uel fi/ lius ex substantia spiritus. Sed hoc nec ausus est, nec audebit aliquis dicere. Preterea cum essentia nec generet, nec spiret secundū Theo logos: Item etiam secundum philosophos: & ipsi.n. ubiq; dicūt ope rationes indiuiduorum esse: non uniuersalium & generum. Me.n. non homo simpliciter, Sed quidam homo genuit. Si igitur opera/ tiones indiuiduorum non uniuersalium sunt, nec substantię simplici ter, quid aliud intelligendum est, cum essentiam filii aud mus: & ex ea spiritum prodire, nisi diuinam eius personam? Amplius nec hoc nos lateat: Qđ qui hęc dicebant sancti doctores contra Arrianos & Eunomianos se opponentes hęc dicebent. Qui filium ex patre, spiri tum ex patre & filio esse dicentes, ex substantia tamen eorum esse ne gabant, Cum dicerent filium & si ex patre, Non tamen ex eius essen tia, siue natura, Sed uoluntate natum fuisse: Spiritum uero ipsum ēt & filio non tamen essentialiter siue naturaliter sed uoluntarie. Qua re filium minorem patre, & alterius substantię: spiritum minorem fi lio & alterius essentie asserebant: tresq; in diuinitate ponebant essen tias. Patres igitur & sancti doctores opinionem eorum tamq̄ falsam refellentes non ex filio solum, Sed etiam ex eius substantia conaban tur spiritum sanctum esse probare, Similiter filium non ex patre so/ lum, uerum etiam ex eius essentia, Considera igitur quomodo ad hoc, quod heretici dicebant ex uoluntate non essentia filii spiritum esse, se opponebant doctores ex essentia filii illum esse asseuerantes. Ad hoc autem quod illi dicebant ex filio esse nullus contradixit, nec dixit non esse illum ex filio, tamq̄ & ipsi hoc idem sentientes & dicē tes esse ex essentia filii, Idem & ipsi intelligates, ac si dicerent & essen

Basil. tia & persona eius: & nos hoc idem dicētes, Item beatus quidem Ba filius in primo contra Eunomium filium ait ordinem habere natura lem ad patrem: & qualem illud habet ad ignem quod ex eo est, & causatum ad causam, idem etiam spiritum similem ordinem ad filiū habere asseuerat. Magnus uero Athanasius & apertius ait, qualem ordinem & naturam habet filius ad patrem, talem ordinem & natu ram habet spiritus ad filium, Ex his talis fit syllogismus. Talem ordi/ nem & naturam habet spiritus ad filium, qualem filius ad patrem, Sed filius ad patrem naturalem ordinem habet, qualem causatum ad causam. Igitur & spiritus sanctus naturalem ordinem habet ad fi/ yi.ar

yii.ar. filium, qui est causatum ad causam: Igitur filius etiam causa siue principium est personę spiritus sancti. Item cum in naturalibus rebus omnis causa precedat causatum tempore, Causatum uero posterius sit sua causa: Ideo quidam audientes causam & causatum in trinitate, & presertim Arriani & Eunomiani ex humanis & naturalibus exemplis arguebant contra coęternitatem trinitatis: filium posteriorem patre tamq̄ causatum ab eo: Et spiritum filio posteriorem
Greg. Nisse. tamq̄ causatum ab eo probare uolentes. Gregorius Nyssenus eis cō tradicens: & coęternitatem trium personarum probare propositiones in primo suorum contra Eunomium librorum proportionem quamdam filii ad patrem & spiritus ad filium facit, patrem quidem dicens causalitatis ratione solum pręintelligi ante filium, non autem tempore, & ideo non posse sequi, ꝙ non sint coeterni, filium autem & ipsum pręintelligi ante spiritus ratione causalitatis, & non aliter, ita ut clare pateat per hunc sanctum doctorem filium causam esse spiritus. Quemadmodum enim inquit coniungitur patri filius, ita & spiritus coniungitur filio, Et rursus quemadmodum pater pręintelligitur ante filium non aliqua temporali distantia nec realiter, sed intentione ratione causalitatis, ita & filius pręintelligitur ante spiritū similiter intentione ratione causalitatis. Item & si in rebus humanis
yiii.ar. sensibilibus non omne exemplar alicuius causa etiam eius est, in artificiatis enim exempla eorum non sunt etiam effectiuę causę eorum, Attamen quod naturaliter est alicuius exemplar etiam in ipsis rebus humanis causa est imaginis, cuius exemplar est, multo igitur magis in diuinis, ubi & omnia alia & ipsum exemplar naturaliter accipitur. Nihil.n. ibi pręter naturā est: hęc ꝓpositio uerificaẗ, uidelicet qđ in
Greg. diuinis psonis alicuius exēplar est, & cā eius est cuius est exēplar. At il
Bas. le magnus Gregorius miraculoꝝ autor & inde noīatus, filiū exēplar spiritus dicit. Patet igitur ꝙ ēt causam eius eum putabat. Hoc idem a simili etiam probari potest, Magnus enim Basilius exemplar filii patrem ponit in quarto contra Eunomium: Gregorius uero prędictus in oratione, quę incipit, hostes & alieni a catholica fide sunt, qui filiū ex non ente dicunt. filium exemplar spiritus docet. At Basilius patrem, tamq̄ causam filii eius exemplar ponit. Igitur Gregorius etiam filium tamq̄ causam spiritus eius exemplar asseuerat. Item sanctus
ix.arg. Basilius & plurimi alii doctores filium imaginem patris, spiritū imaginem filii dicunt filium, item operationem patris, spiritum operationem filii, filium uerbum patris, spiritum uerbum filii, filium flagrātia

patris, spiritum flagrantia filii, sed secundũ illa oĩa dicitur filius esse patris tanq̃ ex patre, igitur & Sp̃s sanctus secũdũ eadem dicitur esse filii tanq̃ ex filio. Itẽ si Sp̃s non esset ex filio, nõ distingueretur ab eo personaliter: quod cum falsum & absurdum sit, restat ut ex filio sit: quod aũt nõ distingueretur ab eo personaliter si nõ esset ex eo, hinc patet: unaquęq; causa uel principium alicuius rei dupliciter dicitur principium eius & causa, uno modo, ut quod, alio ut quo, puta forma quę est in anima facientis, qua similem facit effectũ id quod facit: quare omne agens simile sibi agit secundum formam, qua facit, uerbi gratia huius imaginis causa est & ipse pictor tanq̃ quod, & forma in anima pictoris tanq̃ quo, cui similem pictor facit imaginem: simili modo etiam in diuinis personis, pater quidem, hoc est diuina eius persona est causa tanq̃ quod, diuina uero eius essentia tanq̃ quo. Nec enim est forma, cui similia fiunt, quę ex eo prodeũt. Quare filius quoq; & spiritus sanctus consubstantiales ei sunt, eo q; omne quidem producens simile producit formę, qua producit Deus uero & pater producit filiũ & Sp̃m diuina essentia: & ideo cõsubstantialia sibi producit. si igitur pater solus produceret Spiritum secundum eos, qui ita asserunt, tunc nulla distinctio esset filii a spiritu sancto: cũ nulla sit differentia nec in producente, idẽ.n. est pater, nec in forma qua producit: est.n. eadẽ diuina essentia, nec in ipsis productis, sunt.n. eiusdem formę: unius uidelicet & communis diuinitatis, pręsertim cum nulla illic materia sit, ex qua distinctio fieret: ex quibus sequeretur nullam esse eorum distinctionem ad inuicem. Restat igitur aut Spiritum esse filii causam, aut filiũ Spiritus, ad hoc ut sit distinctio. At primum non est, igitur secũdũ est uerum. Item mitti in diuinis a causa esse significat: cuius testis est beatus Ioannes Chrisostomus ad Arrianos quęrentes quomodo eiusdem esset essentię qui mittit, & qui mittitur in .xxxviii. homilia supra Ioannem hoc modo respondens. Rursus ad res humanas sermones tuos adaptas, nec consideras quod hæc ideo dicta sunt, ut & causam sciamus, & non incidamus in Sabellii heresim: sed Spiritus mittitur ex filio, igitur etiam ex eo est. Item ista mittendi potentia cum sit & in patre & in filio, secundũ quam ambo mittunt Spiritum sanctum, quam etiam nostri concedunt, aut eadem est in patre & filio, aut alia & alia: sed si alia & alia erit, & maior & minor, & consequenter missiones diuinę. quare nec una potentia, nec una eorum operatio erit: & cum quorũ po/

[Right margin: x.arg. (beside "filii tanq̃ ex filio"); xi.arg. (beside "est uerum. Item mitti"); xii.arg. (beside "quam ambo mittunt")]
[Left margin: Ioan. Chri. (beside "est beatus Ioannes Chrisostomus")]

tentię diuersę, essentię quoq; eorum diuerse sint, alterius & alterius essentię erunt pater & filius: sed hęc omnia absurda & contra catholicam fidem sunt: non igitur est alia & alia. igitur eadem: sed in patre potentia mittendi spiritum sanctum, est eadē cum potentia spirandi illum: semper enim spirat pater Spiritum sanctum, & spirans illum mittit, igitur etiam filius simul cum potentia spirandi, & spirās illum mittit: Ergo & filius sancti spiritus est productiuus. Illa uero

Oppositio. quam quidam aiunt secundam & temporalē missionem tū nihil est, tum etiam per prędictam soluitur rationē: quanq̄ etenim nusq̄ hęc

Solo. duplicitas processionum reperiatur, tamen dato etiā q̄ sit aliqua secunda missio, quę cōis sit patri & filio, secundū patrem eam & simi lem ei habebit. nil. n. eorum quę communia sunt patri & filio dissimile in altero eorum est: Sed pater mittendi potētiam habet una cū

xiii. argum. potentia spirandi. Igitur & filius cum spirandi potentia habebit potentiam mittendi. Item quod natura alicuius est, etiam ex eo est secundū quod dicitur esse illius. Spiritus uero sanctus est filii, & pater q̄ natura, nō. n. pręter naturam, nec ut seruus: est igitur spiritus sanctus ut spiritus sanctus, uidelicet ut diuina persona in trinitate ex

xiiii. argum. filio. Ite Sp̄s sanctus est nomē relatiuum: dicitur. n. Sp̄s patris Sp̄s filii, si. n. esset absolutū nō diceretur alicuius: nullū. n. absolutū secundū quod significatur a nomine dicitur alterius, sed secundū aliquem aliū respectū: queadmodū hō cū sit absolutū nō dicit᷑ alicuius homo secūdū qđ homo, sed seruus uel filius. Sed Sp̄s secundum significatū huius nois Sp̄s dicitur Sp̄s filii, queadmodū & patris. est igitur relatiuū, & cōsequenter refertur ad spirantē. Est igit᷑ Sp̄s patris & filii tamq̄ a spirantibus, & producentibus illū. Quod si qs di

Oppositio. cat, ideo dicit᷑ Sp̄s filii quia ex eo mittit᷑, fal sa rō est. E conuerso nāq;

Solo. quia eius est, mittitur ex eo. Priora. n. causa sunt posteriorū. prius autem est q̄ Sp̄s sit Sp̄s filii, posterius uero q̄ mittat᷑ ab eo: siue. n. istā tēporaneā missionē dicas, posterior est absq; dubio, quamq̄ sit eius Sp̄s siquidē hoc ęternū est, siue ęternā missionē intelligas, hoc etiā modo mente pręintelligit᷑ q̄ Sp̄s sit Sp̄s filii, quia esse quidē Sp̄m filii Spiritum intelligitur ut habere, mittere uero ut dare, habere uero pręintelligitur priusq̄ dare. Quare pro nobis hæc ratio facit. quia enim natura est eius spiritus, natura illum mittit. Processio uero naturalis in diuinis, cū aut per generationem, aut per spirationē sit, hęc aūt nō sit per generationē, relinquitur quod est per spiratio

xv. ar. nē: missio igitur ex filio Sp̄us est eius ab eo spiratio. Item Spiritus

sanctus accipit a filio: ille enim ait ex meo accipiet: quod autem accipit, est eius essentia, nec. n. est aliud ipse, aliud eius essentia, esset enim cõpositũ. cũ igit summe simplex sit, essentiam suã & esse accipit, ex filio: hoc. n. quod dicit ex meo accipiet, nõ queadmodũ aliq putant ex meo patre intelligendũ est: primo, quia hæc locutio nec græca nec latina est: Nam si cum dicitur ex meo subintelligendum esset pře, hoc meo esset pronomẽ gñis masculini: nullus aũt uel in græca uel in latina lingua edoctus aut masculini, aut fœminini generis pronomẽ proferret, nisi cum additione, meus frater, uel meus amicus, aut mea ciuitas, uel domus dicens: meus &. n. simpliciter absq; additione nõ magis patrem q̃ hostem significat: deinde ab ipsa intentione saluatoris hæc rõ uana probatur. Omnia enim inquit quęcunq; habet pater, mea sunt. Ideo dixi de meo accipiet, & annũtiabit uobis, ita ut tale ex his fiat argumentũ. Sps accipit ex eis, quæ patris sunt, sed omnia patris mea sunt, igitur Sps accipit ex meis uel ex meo: & cum ipse & sua unũ & idem sint, propter summam simplicitatem, accipiendo de suis, accipit ex eo. Huius autem sententię sanctus quoq; Athanasius est. Ait etenim non uerbum a spiritu accipit, sed Spiritus a uerbo: quid igitur accipiat a filio considerandum est: patet q̃ sapientiam & scientiã. Ex meo. n. inquit accipiet, & annuntiabit uobis: annuntiare. n. nil aliud est nisi docere & illuminare apostolos. hoc autem est sapientię opus, igitur sapientiam a filio accipit Sps. Quid igitur, absq; sapientia spiratus fuit a patre, & ideo oportuit eum a filio accipere sapientiã? aut aliud est eius esse? aliud sapientiam? At hæc absurda sunt, idem. n. est sapiẽtia: & esse eius: & a quo accipit esse, ab eodem etiam accipit sapientiam. & cum spiratur & accipit esse & subsistere, accipit etiam sapientiam: cum igitur sapientiam a filio quoq; accipit, ipsum esse et subsistere simul ab eo accipit. Igitur filius etiam est ei causa essendi: queadmodũ & pater. Itẽ si Sps accipit a filio, ergo filius dat ei, sed ipm dare in diuinis personis significat idem quod producere: Chrisostomus etenim illud euãgelicũ exponẽs: omne iudiciũ dedit filio, ait, & ut discas q̃d dedit idem esse, atq; generauit, audi alias autoritates, ex quibus hoc significatur, Quemadmodũ. n. pater habet uitam in semet ipso ita dedit filio uitã habere in semetipso. Quid igitur primo genuit eũ & deinde dedit ei uitam? Ergo absq; uita genitus est. Sed hoc nec demones quidem dicerent: una. n. cũ impietate magna etiã ignorantia esset hoc dicere: quemadmodum igitur dedit ei uitam pro eo q̃

Atha. (margin, beside "Huius autem sententię")

Ioan. Chri. xv. ar. (margin, beside "personis significat")

genuerit, eum uitam, intelligendum est, ita & illud dedit ei iudicium pro eo q iudicem eum genuit capiendum est. Similiter igitur cum filius det ipsi sapientiã, pducit illum sapientiã, esse. s. et subsistentiam ei dans, quam accipit cum spiratur ab eo: igit spirationis spiritus, et
xvii. filius cã sive principium est. Item filius de se quidem ipso dicit, quę
arg. audiui a patre meo anuntiaui uobis. de spiritu uero, non. n. loquetur a semetipso, sed quęcũq audiet loquetur. quod igitur significat de filio, hoc quod audit a patre, idem & de spiritu significat ipsum audire sed de filio ipsum audire significat esse a cã, et ipsum generari. Audire. n. nil aliud est, nisi sapientiam et scientiam accipere. filius aũt non primo natus, deinde postea accepit scientiã uel sapientiã: sed natus ẽ sapientia in ipso generari accipiens scientiam et sapientiam, et cętera oĩa, quę idem sunt cum eis essentia. hanc igitur accipit a patre cũ audit ab eo, et audire eius generari est. Igitur et audire spiritus sancti non significat, nisi q a cã est, et spirationem eius: quare a quo audit, ab eo ẽt pcedit. sed non solum a patre audit, sed ẽt ex filio: quod ex ipsis uerbis Saluatoris apparet, ubi dicit, ex meo accipiet et annũciabit uobis. annuntiandi namq cã est ipsum audire. At eiusdem annũtiandi hoc quoq cã est, q ex filio accipit. quare ex filio accipere uel audire unius eiusdemq rei, uidelicet annuntiandi cã est. Igitur in diuinis idem est audire et accipere, Et cum accipiat ex filio, igit audit ẽt ex eo, Eiusdẽ sententię sanctus ẽt Basilius est in regula monastica de spũ scto dicẽs. q docet et suggerit oĩa quecũq audit a filio. Cũ igi
xviii. tur a filio, ẽt pcedit ex eo: eo q eius audire idem est qđ procedere ut
arg. dictum est. Item esse patrem, aut generare, non continet in se rationem spirandi: Esset etenim spiritus filius, sed filius oĩa simpliciter hẽt
Cyr. quę ẽt pater, preterq̃ q generet, uel q sit pater. dicit. n. sanctus Cyrillus in secundo ad Hermiam. Coeternum credimus filium patri: et oĩa quęcunq ęquali mensura habẽtem preter ipsum generare. hoc namq soli Deo et patri tribuit. Idem in sermone de trinitate in filio unigenito p oĩa simili et ęquali patri preter paternitatem, habet igit spirandi potentiam filius, cum hoc preter rõnem paternitatis sit: oĩa uero patris preter paternitatẽ, uel preter uim generandi ipse quoq
xix. hẽt, ut Cyrillo placet. Itẽ spũs sanctus dr donũ ut pris ita et filii: ergo
arg. est ex utroq. Antecedens oĩbus doctoribus placet Consequens probatur. donum etenim est dantis aliquod uero alicuius est, aut secũdũ idẽtitatem, aut ut possessio eius, uel seruus, aut secundum originem et cum nullus prior modorum cõueniat: cum dicimus spiritum sanctũ

donum esse filii. Restat ut secundum tertium modum originis uidelicet dicatur Spiritus sanctus filii donum. Ergo filius est eius origo & causa. Item Gregorius Nissenus in homilia super, pater noster, quæ incipit. Quando Moyses populũ Isdraeliticum ad montem discedi causa adducebat. distinctionẽ diuinę trinitatis tradẽs patrem quidẽ a filio & Spiritu sancto distinguit, eo ꝙ ipse quidẽ absq; causa est, ille uero a causa. Filiũ uero & Spiritum sanctum quibus commune est, ꝙ a cã sint, distinguit ab inuicem, eo quod ille quidẽ ex patre est, hic uero ex patre & filio: ita.n. in antiquioribus codicibus scribitur. Quare manifeste etiam secundum istum doctorẽ spiritus est ex filio. qđ siquis secundum moderniores libros spiritũ filii dicant esse scriptum nõ ex filio, nec hoc modo tñ aliquid plus habent, idẽ.n. concludetur etiam ex hoc: patet namq; ꝙ cum filio & spiritui sancto cõmune sit, principiata siue causata esse, quęrit quomodo distinguerentur ad inuicem, & asserit: quod quamq commune habeant hoc, ꝙ ambo sint causata siue principiata, tamen filius ex patre dicitur, & ultra non procedit eius proprietas, Spiritus uero ex patre dicitur; & una cum hoc etiã filii eum esse testantur scripturę. Quare Spiritus Christi quoq; spiritus est. filius uero spiritus nec est, nec dicitur: & hoc putat hic sanctus doctor satis esse ad distinguendum, ꝙ spiritus dicatur spiritus filii, filius uero non dicatur filius spiritus. Si igitur ꝙ Spiritus dicatur spiritus filii distinguit illũ a filio, secundum autem nostros nil aliud illum a filio distinguit, nisi diuersus processionis modus, ipsum uidelicet spirari, idem ergo est, Spiritum esse filii spiritum, atq; ex filio procedere. Cuius igitur dicitur Sps, ex eo etiã procedit. dicitur aũt etiã filii Sps tanq̃ & patris. igitur etiã ex filio, quẽadmodum ex patre procedit. Et notandũ qđ uana est quorumdam expositio dicentium propter consubstantialitatem dici Spiritum filii Spiritum, cum hic sanctus doctor tanq̃ distinctiuũ hoc accipiat: quę uero propter cõsubstantialitatem dicuntur, uniant, nõ distinguant, si igitur non propter consubstantialitatẽ dicitur Spiritus filii omnes demonstrationes latinoꝝ potissime & absq; aliqua contradictione remanent. Quibus ex eo ꝙ Spiritus dicatur Spiritus filii, Spiritus filii etiam ex filio eum procedere probant. per hanc enim falsam expositionem aliqui eas euertere conãtur, propter consubstantialitatem putantes dici Spiritum filii. Hãc autem sententiam Gregorius Nissenus ut falsam manifeste reprobat, accipiens illud tanq̃ distinctiuum. Sed cum ad ostendendam

quidem huius conclusionis ueritatem, Spiritum sanctum ex patre & filio procedere, multa alia argumenta, multę autoritates, multę rationes sint, satis tamen ex prędictis tibi puto fecisse.

¶ Solutiones inconuenientium, quę a grecis opponuntur, latinis & cęteris recte sentientibus.

CVm uero quędam inconuenientia nobis qui ueritatem confitemur, ab illis inferuntur, qui nec quid dicant sciunt, nec de quibus asserunt, illa quidem, quæ contra argumenta probantia ueritatem, opponuntur, in his met argumentis breuiter soluimus, ut uidisti. Eorum uero, quæ contra ipsam met conclusionem inferuntur, eligens potiora, & quę magis uerisimilia uidentur, solutiones, pro posse paucis & sufficienter hic inferam, ut tibi oratio ista q̄ fieri potest completa sit, & ad omnia sufficiens: q̄q̄ hęc inconuenientia non contra nos inferuntur, nec nos tenemur reddere rationem, sed contra sanctos doctores, qui nobis huius dogmatis, huiusq; conclusionis principes & autores fuerunt: & non solum cōtra occidentales, qui apertissime hanc docent conclusionem sed non minus contra orientales: ab ipsis igitur etiam solutiones quęrendę sunt, non a nobis, quod & fecerunt Spiritu sancto pręuidētes omnes insurrecturas hęreses. Attamen nos etiam ab illis illuminati & ab aliis uiris beatis, qui amplissima de hac re opera sua nobis reliquerunt, ad ea nos met ipsos opponemus. Putant igitur patrem & filium, aut in unam confundi personam si quis ex utroq; procedere Spiritum sanctum dicat, aut duas causas, duoq; principia necesse esse ponere. utrumq; uero horum absurdissimum est. Nos uero ad conclusionem quidem personarum hæc dicimus, ꝙ si operationem spirandi constitutiuam personę paternę poneremus, tunc sequeretur hoc inconueniens & filius esset una eademq; persona cum patre. Cum uero constitutiua quidem paternalis personę proprietas paternitas & ipsum generare probatum fuerit, Spirare uero proprietas quędam sequens eius personam iam constitutā, cur ille cui communis est cū patre non constitutiua proprietas, una eademq; persona cum ipso esset? Quemadmodum enim commune habens filius cum patre, ꝙ Spiritus dicatur Spiritus eius prout patris, item ꝙ ab eo mittatur prout a patre, tamen non est eadem

persona cum patre, eo q non est constitutiuum, nec q Spiritus dicatur Spiritus patris, nec q a patre mittatur, ita et si communē habeat cum patre spirandi potentiam, non ideo in eandem cū eo cōfunditur personam, cum spirare non sit paternalis personę constitutiuum. quare donec non probetur spirandi potētia paternalis personę constitutiua esse: neq confusio personarum inde probari poterit. Sed spirandi potentia constitutiua esse probari non potest, tum quia sequereretur q pater haberet duas personas, & duas hypostases ut in principio probatum est: hoc autem inconueniens est: tū quia hæc petitio principii esset: ponere namq potentiam spirandi constitutiuam esse personę patris & ex patre solo Spiritū procedere unū et idem est. quare qui hoc dicit, petit principium. Cum autem hoc non probetur, neq confusio personarum sequitur, quanq sint qui credant. dictum est autem in superioribus, quę nam eorū quæ de deo dicunt cōia sunt, quæ ppria & ppriorū, quæ uero uni soli eorum quę uni soli, quæ nā ita propria sunt, ut et psonalia, siue hipostatica, sint, quæ uero ita propria ut notiones non ut hypostatica, quale ipsum quoq spirare dictum est esse. Igitur ex his quę nunc dicta sunt, & ex iis quæ in superioribus præsupposita fuerunt, huius inconuenientis solutio patet, nec habet quiq amplius accusare latinos qd confusionem introducant personarum. De diebus uero causis, siue duobus principiis, quæ in theologia latinos introducere quidā autumant, hocq inconueniens magis eos sequi, q umbram corpora putant, quid dicemus? Nempe hoc in primis dicendum est, quod ipsa sola autoritas sanctorum, sufficiat fidelibus necesse est, q utrūq dixerunt, & quod Spiritus a patre pcedit, & filio, & qd tanq ab uno principio, Nō.n. duo principia Spiritus sunt pater & filius inquit Augustinus: sed unum eius ambo principium sunt: quemadmodum creaturę non tria principia, sed unum sunt pater & filius & Spiritus sanctus, ipsa trinitas deus: quam igitur aliquis hac apertiorem quęrat solutionem, quam Spiritus sanctus per hos huius sanctissimi patris & doctoris loquutus est? non enim lateat nos qd idem inconueniens multorum uidelicet principiorum & multorum deorum in productione etiam creaturę sequeretur, si quis non pie consideraret quod a fide Chriana est alienum, & conueniens gētilibus. hoc enim est de quo maxime nos gentiles accusamus, quod multos uidelicet introducebant deos, multosq creatores. Cū igit nos ēt tres diuinas personas creaturę causam & principium credamus, nos etiā

hoc inconueniens sequeretur: & multa uideremur ponere princi pia multasq; diuinitates, siquis non recte intelligat. Sed audi quo/ modo hoc sancti doctores sapientissimi soluunt: nam etsi patrem & filium & spiritum sanctum creaturę causam esse credamus: quoniã tamen ad patrem omnia referuntur, & quia ab eo habent, & filius & Spiritus sanctus & ipsum esse, & creandi potentiam, si enim pa/ ter nõ esset, filius & Spũs sanctus nec creandi potentiã haberẽt: nec omnino essent. Item quoniam una & eadem numero potẽtia cre/ ant cum patre filius & Spiritus sanctus ex una & eadem numero & cõmuni diuinitate, siue diuina essentia prodeũte, ideo merito unus Deus & unus creator sunt. Hoc idem igitur de processione Spiri/ tus ex patre & filio sufficiens sit, illis, qui de hoc quęrunt. quoniam etenim una & eadem spirandi potẽtia ex una & eadẽ essentia pdeũ te pater & filius Spiritum sanctum spirant, & quoniã a patre hanc spirandi potentiam filius habet, ideo unus spirator una causa & unũ principium processionis Spiritus ambo sunt. Hæc igitur ut di/ ctum est sufficerent non contendentibus propter doctorum autori tates: idem tamen ratione quoq; probatur, cum enim duo sint, ad quæ omne productum refertur: forma uidelicet secundum quam producitur & suppositum aut persona, ex qua: si pater & filius quẽ/ admodum duo secundũ personas sunt, ita & forma secundũ quam producunt duo essent, tunc necessario duo essent principia Spiri/ tus: cum uero & si personis duos eos esse fateamur, forma tamen qua producunt unum numero sint & omnino indistincta, est.n. ipsa diuina essentia una & eadem numero communis ambobus, secun/ dum quam ambo Spiritum producunt, non est necesse, immo im/ possibile est duo principia dicere: est etenim una numero essentia lis & communis eis spirandi potentia, quæ & si essentialis eis sit, nõ potest tamen esse communis spiritui sancto, eo q; ut sępius dictum est, opponitur eius proprietati. Omnia enim essentialia communia filio & spiritui sancto cum patre sunt, saluis tamen eorum proprie tatibus. Omnia enim est filius quæcumq; & pater, Basilius & cęte/ ri doctores aiunt, manẽs in eo quod est filius, uidelicet in eius pro/ prietate: quanq̃ etenim ęqualis et similis sit patri, generare tamẽ se ipsum non potest, cum sit eius proprietati oppugnans: eodem mõ do Spiritus quoq; et si omnia communia habet cum patre et filio, seruet tamen suam proprietatem necesse est. quare spirare se ipsum non potest, cum hoc oppugnet eius proprietati. Ex his igitur cla/

rissime patet falso latinos accusari quod duo ponant in diuinitate principia.

¶ Item aut perfecta est aiūt ex patre processio et superfluit illa quę ex filio est, aut si hæc necessaria est, imperfecte ex patre procedit. hoc uero incōueniens est imperfectam operationem dicere patris et ad suam perfectionem filio indigere.

¶ Ad quæ respondemus illos qui hæc dicunt, ideo errare, quia oīno duos esse putant patrem et filium, et eorum operationes, humanis exemplis inhęrentes, quia uident duorum hominum operationes duas esse numero, et si ad unum effectum tendant, et distinctas ab inuicem, putant idem contingere etiam in deo: quod absurdissimum est. Pater namq; & filius personis solummodo distincti, in cęteris unum & idem sunt: quo fit, ut etiam spirandi potentiam unam & eamdem numero habeant, & simul non seorsum, nec hic prius alter posterius, nec hic alia, alter alia spiratione spiret spiritum, ut hi, qui corporales in omnibus sunt, putant. Sed simul & absq; tempore una eademq; numero spiratione perfecte ambo, & supra omnem perfectionem eum spirent, necesse enim est eadem toties ad eos dici, qui toties audientes non intelligunt. Aut quid isti dicent, Siquis eos econtra interroget? si perfectam credunt mundi ex patre creationem. An non? Si enim perfectam, quare filium quoq; & spiritum creatores nominant? Si uero imperfectam & ideo filium & spiritum patri associant, Considerent quid dicant. At perfecta quidem ex patre mundi creatio: Vna uero eademq; numero filii & spiritus operatio ad eius creationem est, & non alia patris, alia horum: Tunc etenim haberent locum hec puerilia dubia: Ita igitur & in proposito, perfecta quidem & supra omnem perfectionem spiritus ex patre processio: Eadem uero & una numero ex filioquoq; eiusdem spiritus spiratio est, non alia & alia, nec aliter & aliter, nec prior & posterior, sed simul & eadem & similiter, Cum una & eadem numero spirandi potentia spiritum ambo spirent: & nullus rursus blasfemię hanc rationem accuset, audiens nos excreatura arguentes. Et ideo putent latinos spiritum sanctum inter creaturas ponere fuerunt etenim & sunt, qui in hanc etiam proteruiam & insaniam deuenerunt, ut hoc quoq; latinis imputare auderent. hęc enim aut stultorum, aut iocari uolentium sunt, aut illorum qui ignorent, sanctos patres & doctores sępius a crea-

tura & sensibilibus exemplis manu ducentes nos ad credendum res intellectuales & inuisibiles atq; diuinas ab eis, quę & exile uestigium diuinę similitudinis habent, illa probantes pro posse. Trinitatem et enim personarum orientales quidem, intellectu, uerbo, & spiritu, Item occulto fonte & fluuio, Rursus soli radio & luci: Occidentales uero aliis similibus ostendere conantur, quamuis unum quoq; horum exemplorum, & si ratione tria sint, una tamen hypostasis, siue subsistentia realiter est, Patres tamen non putarent propterea propositam ueritatem offendere, Sed quantum intentioni eorum conueniebat, ex his exemplis accipientes, reliquum tamq̃ alienum a ueritate repellebant, & nemo eos nec accusauit, nec accusabit, donec mentis compos est, q; talibus usi fuerint exemplis. Quomodo igitur latinos recte quis accusabit, si ad ostendendam unam eãdemq; numero esse spiratiuam in patre & filio potentiam, utantur exemplo ab omnibus concesso una eademq; numero a trinitate entium creatione? aut quomodo propterea calumniari eos aliquis audebit, q; spiritum sanctum cum creaturis connumerent presertim cum nullus eorum, qui nunc uiuunt latini: nec qui post diuisionem & infaustum infelixq; illud schisma fuerunt, hoc primo dixerit? Sed illi prisci sancti, illi antiqui doctores, illa luminaria magna, quorum sonus in omnem terram exiuit, & uerba in fines orbis terrę quiq; a nobis & nostris ut precipui doctores & sancti merito celebrantur, hęc exempla & inuenerint, & dixerint? Augustinus etenim qui profunditate scientię omnes antecellit, sanctitate & feruore charitatis in Deum nulli cedit, Augustinus est

Aug. inq̃, qui hęc eisdem uerbis dicit patrem & filium, scilicet unum principium esse spiritus sancti, quemadmodum patrem & filium, & spiritum sanctum unum principium creaturę credendum est. accusent hi qui facile cuncta audent, Et beatum Athanasium, qui in

Ath. dialogo orthodoxi cum Arriano dissimilem filium patri, Et spiritum filio & patri ponente ita dicit. Dei natura tum filii & spiritus sancti causa est: tum omnis creaturę. Et simili audacia, aut filium & spiritum cum creatura ponant, aut creaturam cum filio & spiritu sancto, ut Deum colant cum eandem eorum causam esse, Dei uidelicet naturam, sanctus doctor docuerit. Sed hęc impudentium, & ignorantium hominum sunt: Et cum inconuenientia, quę quidam contra ueram nostram conclusionem suis rationi-

bus inferre solent, hæc potissimum sint, & ad hæc siqua alia sunt, referantur, patet quod illis deo fauente sufficiẽter solutis cætera etiã simul corruunt, & quæ ad hæc dicta sunt, ad omnia etiam illa sufficiunt.

Expositio autoritatum doctorum quorumdam quę latinis contrarię esse uidentur.

Cæterum restat considerare, quæ a quibusdam autoritatibus doctorum, oppositis ut arbitrentur latinis, & huius dogmatis ueritati, arguunt, putantes contradictionem ex eis concludere. quarum una quidem est illa, quam in theologicis suis beatus Ioannes Damascenus ait: Spiritum filii dicimus, ex filio uero non dicimus, altera uero sanctissimi Dionysii areopagitę inde diuinis nominibus dicentis, solus fons diuinitatis, qui supra omnem substantiã est, pater est. Nam & si aliquę alię reperiantur, eiusdem tamen sententię sunt, & ad hæc tamq̃ potissima & quæ uidentur expresse latinis esse contraria, referuntur. de his ergo duabus dumtaxat considerandum est. Ad illud ergo quod Ioannes Damascenus ait, Audi q̃ simpliciter, q̃ iuste q̃q; sufficienter ad persuadendum pro latinis & eorum opinione confirmanda respondebimus. Nullum dicimus nomen ita sufficiens esse, ut unum solum possit pręcise significare, quod in diuinis exprimere uolumus. quo fit ut multis & diuersis altero unam, altero aliam rem, nec tunc complete significemus. Cum enim hæc nomina et uerba a nobis inuenta sint, & qui natura regimur, & qui naturalibus rebus ea significandis imponimus, nec inuentoris, nec eorum quibus impununtur, naturam excedere possunt, ideoq; diuinas res complete significare minime possunt. quare imperfectionem nominum non attribuendã esse rebus diuinis, omnis qui recte sapit, affirmat; sed cum aliis nominibus diuinas res exprimere non possimus, utendum quidẽ his consuetis nominibus est: utendum tamen in quantum rebus significatis conueniunt, imperfectionem eorum & si quid inconuenientię secum portant refellendo, & per aliud nomen defectum alterius supplendo. In quæstione itaq; proposita: uidelicet in processione Spiritus ex patre & filio, duo hæc necessario exiguntur, unum q; pater & filius ęqualiter atq; similiter Spiritum sanctum spirent, nõ Ioan. Dam.

unus perfecte, alter imperfecte: hoc enim contrarium est fidei ue/ritati. Alterũ ꝙ filius ut in aliis, ita etiã in spirando relationẽ & ordi/nẽ habeat ad patrẽ: utrũq; enim horũ insunt patri & filio: summa etenim est in eis & potentię ęqualitass: immo idẽtitas & summus ordo. Quęcunq;.n. filius habet, ipsum etiam spirare spiritũ habet a patre. Si igitur unũ nomẽ esset sufficiens & summę potentię eorũ indentitatẽ & summũ ad inuicem ordinẽ simul significare, illo ꝑfe/cto oĩbus aliis postpositis utendum esset: nunc uero nõ solũ impos/sibile est unum tale reperire nomẽ, & ideo necessario uno nomine alterum horũ, altero uero alterum exprimendum est, uerumetiam hæc diuersa nomina ad hoc ꝙ utrumq; pro se unum tamen signifi/catorum prędictorum significant, etiã imperfecte illud unum signi/ficant. Quare nos recte q̃dẽ & pie, q̃d rei significandę cõueniat re/cipientes, reliquũ & quod imperfectionis est, repellimus. tales sunt hę prępositiones ex, uidelicet & per: prępositio namq; ex, ęquali/tatem quidem cum de aliquibus duobus uel pluribus accipitur, si/gnificat: ordinem uero unius ad alterũ minime. Siq̃d.n. ex duobus fieri dicimus, puta si quod pondus ex duobus trahitur, similiter q̃dẽ & ęqualiter ex utroq; trahi quo ad uim prępositionis significamus. Ordo uero unius ad alterum nõ inde apparet. At prępositio per, e conuerso ordinẽ quidẽ significat, ęqualitatẽ uero minime. Siquid enim ex aliquo per aliquẽ esse, aut fieri dicatur, manifeste appare/bit illũ de quo dicitur, per, ordinẽ quẽdã ad illũ de quo prępositio ex, prędicatur, habere, & hoc ab eo accepisse id, q̃d per eũ fit. ęqua/litas uero hoꝝ adinuicẽ minime significatur: minoris namq; poten/tię semper & autoritatis est ille de quo prępositio, per, prędicatur. Unde sancti patres & doctores. tum oriẽtales, tũ occidẽtales, cũ ad potentię ęqualitatẽ immo idẽtitatẽ patris & filii respiciũt, ex patre & filio dicũt Spm sanctũ procedere & esse. Cũ uero ordinẽ eoꝝ ad inuicẽ ostẽdere uolũt, ex patre per filiũ eũ ꝓcedere, & ex patre per filiũ, siue ex deo per filiũ eũ esse docẽt. sunt tñ nõnulli sanctorum, quorum aliqui maioris fecerunt ordinem, ut maior pars orienta/lium: aliqui ęqualitatem siue identitatem, ut plurimi occidenta/lium: & quemadmodum occidentales pluris facientes ęqualita/tem sępius utuntur, ex, ita orientales qui ordinem maioris ęsti/mant, cum quibus & beatus Ioannes Damascenus connumera/tur, per, ut plurimũ utuntur, raro admittentes prępositionem ex,

nisi sibi, non inuicem contradicentes, sed diuersa significata di/uersis nominibus exprimentes. Quare de mundi creatione, & si absq; ulla ambiguitate, Ex filio etiam omnia producta sunt prout ex patre, rarissime tamen reperiens apud doctores presertim orientales q mundus sit productus ex filio: Sed semper per filium ob il/lud Ioannis. Omnia per ipsum facta sunt. Ita magis ordini adhęse/runt patres orientales, & ideo utuntur, per, quę sola ordinem signi/ficat. Preterea lingua gręca per hanc propositionem, ex, principa/lem significat causam, qualem filium esse, uel spiritus uel mundi nullus omnino concedet. Quare fugiunt doctores de filio ipsa, ex, uti, nequis eum principalem causam putaret, & non solum ipsa, ex, uerum etiam nomen causę fugiunt de filio dicere respectu ad creaturam, quanq̃ & filius & spiritus passim ab omnibus fidelibus causa mundi esse credantur, & una cum patre causa, timentes ne/quis propterea principalem causam eum esse putet, a quo ut falso sibi cauent. Vnam enim principalem & diuinitatis & creaturę cau/sam sciunt, Patrem uidelicet solum. Si igitur latini cum sanctis occi dentalibus & aliquibus orientalibus ex patre & filio spiritum san/ctum dicentes, non principalem causam filium ponunt, sed eorum potentię identitatem & ęqualitatem per hoc profitentur, Damasce nus uero principalem causam negans quę, per, ex, significari solet, habuit respectum ad ordinem, & ideo utitur, per, ex, patre per fi/lium procedere spiritum asserens, per quem filii ad patrem ordo manifestatur, ęqualitatem, siue identitatem eorum potentię nec ip se negans, quomodo magis inuicem consona dicantur? Ipse est enim qui de patre inquit. Ipse quidem est intellectus: uerbi abis/sus: uerbi genitor & per uerbum spirator declaratiui spiritus: Et rursus spiritus uero sanctus declaratiua absconsę diuinitatis poten/tia patris ex patre per filium est procedens. Quod autem per hanc prępositionem, per, tum per hunc tum per alios doctores filius quo q cum patre causa subsistentię spiritus ostenditur, satis in oratione de unione a nobis probatum est. Presertim cum addatur hoc uer/bum procedere, quod etiam secundum nostros nil aliud q̃ ipsum esse personale spiritus sancti significat. Et ad autoritatem quidem Damasceni hęc sufficiant. At illam uero sancti Dionysii solum fon tem diuinitatis patrem dicentis ut clarius appareat, illam autorita/tem non habere illum intellectum, quem nostri putant, Audien/dum est primo illos doctores qui etiam filium dicunt fontem spiri/

Ios.

Ioan. Dama

Diony

Atha. tus sancti. non dico gratiarum spiritus non subsistentium. Hac.n. abutuntur ad omnia huiusmodi responsione, sed ipsius personę spiritus sancti. Primo itaq; Athanasius in sua contra arrianos oratione illud psalmi. Quoniam apud te est fons uitę exponens, sciebat, & enim inquit pater uidelicet apud se habens filium fontem spiritus sancti. Patet igitur ꝙ ipsam personam spiritus hic dicit, non gratiam non subsistentem: habemus enim a sancto Basilio traditam regulam, ꝙ cum audimus spiritum cum additione sanctum, nil aliud ꝙ personam spiritus intelligere debeamus. Cum igitur hic filius fons spiritus cum additione sancti dictus sit, patet ꝙ personę eius fons dictus est. Deinde quoq; ipse magnus Basilius, qui hanc nobis tradidit regulam fontem spiritus sancti filium nominat dicens, fons uitę filius: ait enim Dauid ad patrem, Quoniam apud te est fons uitę. Et rursus alius propheta dicit de iudeis. me dereliquerunt fontem aquę uiuentis, Aqua uero uiuens dicitur spiritus sanctus. Et notandum ꝙ spiritum sanctum dicit significans ipsam eius personam: persona uero spiritus sancti Deus est: filius igitur cum sit fons spiritus sancti, fons est diuinitatis manifestissime. Quare cum sancti Dionysii illa autoritas solum fontem diuinitatis patrem inquientis, predictis sanctorum autoritatibus non contradicat (Nefas est enim etiam cogitare ꝙ sancti doctores inuicem cōtradicant) aliud ꝙ uulgus putat intelligit. Nec ideo dicit hęc ille doctor quasi negans filium esse fontem spiritus sancti. Sed ipse quoq; una cum prędictis doctoribus eum fontem esse spiritus sancti dicit, hoc est eius personę. his igitur declaratis respondemus ꝙ non omnimodam diuinarum personarum distinctionem ab inuicem hic, ut nostri falso arbitrantur, sanctus doctor tradere proposuit: & pater, quia nullam filii & spiritus sancti distinctionem tradidit. Non igitur omnium trium personarum ab inuicem distinctionem, sed patris dumtaxat ad reliquas tradit. Patrem igitur in parte ad filium comparans, & eorum ab inuicem distinctionem tradens solum fontem patrem ait. At si diceret patrem quidem fontem filii esse, filium uero fontem patris minime esse: & ꝙ de patre & filio dumtaxat hic speculetur a sequentibus manifestatur. Ea etenim inquit quę sunt ge-

Dion. nerationis diuinę quę supra omnem substantiam est, non conuertuntur ad inuicem. hoc enim nomen generationis diuinę patrem & filium dumtaxat respicit, cum ille generet, hic generetur. hoc autem manifestius apparet, cum subiungit: Cum pater non sit fi-

lius nec filius pater: patet igitur q̄ generare, & ipsam paternitatem soli patri tribuens, solum fontē eum ait diuinitatis, ac si diceret solus p̄r solus generans est, nec ipse generat, nec filius generans, cum ea quę sunt generationis diuinę non conuertantur ad inuicē, & hęc quidem uera eius autoritatis expositio simul & solutio est. quod si quis etiam diceret patrem solum fontem generationis diuinę quę supra omnem substantiam est, tamq̄ solum filii simul & spiritus principiū non ab re diceret: solus enim ille amborum principium est, & solus fons, non ex fonte: filius uero est quidem fons doctoribus ita docentibus, sed fons ex fonte: huius autem sententię & Beatus Augustinus in quarto de trinitate Dei est: ait etenim cum dixisset quem mittet pater addidit in nomine meo: non tamen dixit quem mittet pater a me quemadmodum dixit quem ego mittam uobis a patre, ostēdens uidelicet q̄ totius diuinitatis, uel ut melius dicatur deitatis pater est principium. Hoc beatissimo doctore, quem digniorem quęremus mentis Dionysii expositorem? quis hoc melius eum intellexit? in quo ut i illo spiritus sanctus locutus est, quod, n. ille dixit solū fontē diuinitatis quē supra oēm substantiā est, hic totius deitatis principium inquit: cum pater scilicet a nullo principio sit, sed ipse sit filii & spiritus sancti principium. filius uero principium habens patrem, ipse etiam principium sit spiritus sancti: sed ne te offendat rursus nomē totius deitatis: nec opponas toti partem tamq̄ si filius partis esset principium. Deitas enim non est partibilis. hic uero defectus imbecillitatis nominum est, quem qui ad res significatas transfert, nec recte, nec pie agit. Ad exponendam igitur autoritatem predictam & oppositionem inde sumptam soluēdam, Et si multi alii modi essent, tamen quę dicta sunt, ita manifesta & clarissima sunt ut sola sufficiant. Probato enim q̄ filius sit etiam fons deitatis, siquidem fons spiritus sancti est, sanctorum patrum sentētia, spiritus sanctus uero Deus est, quibus beatum Dionysium contradicere nullus fidelium dicet, Restat ut hoc, quod dicit Dionysius solum fontem deitatis patrem esse, secundum prędictos modos: aut alterum illorum & non aliter dixerit. Ego quidem tua gratia clarissime uir quod petiisti pro posse compleui, quę enim acta in concilio fuerunt, ex parte narraui: utriusq̄ quęstionis rationes breuiter reddidi. quę inferuntur incōuenientia contra ueritatem conclusionis, siue ex rationibus aduersariorum, siue ex autoritatibbs doctorum solui: & quidem ut puto sufficienter, ex quibus (ni fallor) fidei nostrę ueritas clarissime proba/

ta est tuum uero erit & aliorum quorum in manus hoc opus legen dũ peruenerit, attente absq; passione, & sępius eadem legere, & be/ne quę in eo dicta sunt contemplari. fortassis & enim nõ inutilis, nec labori nostro incouenlens uos fructus sequetur, sed qualis maximi ęstimandus est, siquidẽ ueri nec inquirendi fructuosior labor est, nec inuenti preciosior fructus. Sed ante omnia sanctorũ patrũ & docto rum occidentalium autoritates, quas cũ his simul ad te mitto legen/tes attente, ex his colligetis problematis huius clarissimam ueritatẽ: siqui uero non ueritatis, sed contentionis amici, aut meis rationibus, aut dogmati latinorum instantias inferant, eos deridentes & per pa/trum autoritates facillime arguentes. Omnis etenim ratio his con/tradicens reprobanda est, tamq̃ ueritati contraria, siquidem patres ueritatem locuti sunt. tu uero una cum occidentalium patrum testi/moniis etiam aliquas orientalium autoritates a nobis accipe, ut etiã istos eadem illis dicentes intelligas, & non solum sententia, uerumẽt ipsis uerbis eos plerumq; esse concordes.

FINIS.

Impressum Romę apud Antonium Bladum de Asula. Anno Dñi M.D.XXVI. Die. xxiii. mensis Maii.



Lector castigationes errorum, qui in impressione contracti sunt, hic annotauimus: eorum dumtaxat, qui sensum peruertere possent.

Folio.2.oriundus Pro ortus.7.cognominato Pro cognomento.& balsamon Pro ba
samorum.& equiparare Pro equiperare,& quis uos Pro qui suos,& atqꝫ deum Pro sed
deum,& cientur Pro ciantur.10.xiii.mensis Pro.xiiii.mensis,& etsi uobis Pro etsi nobis
17.majorum nostrum Pro maiorum nostrorum.19.colligerunt Pro collegerunt.22
spiritum habebit pro spiritum habet.23.tum autem Pro cum autem,& fuisse cõstat Pro
fuisse constet.28.uoces sunt eorum Pro earum.35.fuisse uidetur Pro fuisse uidentur,&
preterq̃ quod tradidi vobis anathema sit Pro preterq̃ quod tradidi vobis euangelizatus
fuerit,anathema sit.39.mũdum Pro mundam.42.qui de ipsis pro quid de ipsis.50.nisi
tu ita Pro nisi tu non ita.55.saltem singula Pro saltem ter singula.63 princeps ralio Pro
princeps ratio.65.constare videre Pro cõstare viderere,& asseretis Pro asseritis,& por
ro licet Pro porro liceat.74.num omnino Pro nõ omnino.79.ita ratiocinabitur Pro
ita ratiocinabatur.80.Basilius approbabit Pro Basilius approbabat.89.ad personam sin
gula Pro singulam.90.mortalibus apparet Pro appareat.96.ea ratione consubstantiale
Pro ea ratione consubstantialitatem,& gratum fecerimus Pro gratum faceremus.98.
hic inde Pro hinc inde.99.ecclesia vt vnam Pro ecclesia vnam.100.quolibet in mente
Pro quolibet in mẽse.101.diuisibilitatem eorum Pro indiuisibilitatem eorum.102.sim
plissima Pro simplicissima.104.dicito Pro dicite.105.ad pacemqꝫ Pro pacemqꝫ.106.
vana essem Pro vana essent.108.esse cõcedere Pro esse cõcedo. Et vtraqꝫ ex parte Pro
vtrqꝫ ex parte.109.represententibus Pro representantibus.110.Imperator ac potentissi
mus Romanorum Pro Rex & Imperator Romanorum, absqꝫ ac potentissimus.113.hic
eligeretis Pro hic eligatis.116.cretũ Pro creatum.117.autoritate deuiare Pro a veritate
deuiare.121.sed non ex aliquibus Pro sed cum ex aliquibus.122.& causam,pro sed cãm
125.ac ratione, pro hac ratione.127.originam,pro originem,& distingua,pro distin/
guat,& non afferunt,pro non differunt,& velleqꝫ,pro velle,& prediceret,pro predice
rent.129.pro se,pro per se.132.in.x,pro in christo.133.quod ex accipiet,pro quod ex eo
accipiet,& vtrum autem,pro vestrum autem,& comendauit,pro comẽdabit.134.pre
dictis,pro preditis.139.aut superiore,pro aut superiorem.142.quibus potui,pro quibus
potuit.143.tu hoc,pro vt hoc,& hic contradictoria,pro hic cõtradictoriam.144.hec
addere,pro nec addere,& abqꝫ,pro absqꝫ,& post secumdam symbolum,pro post secun
dam synodum.145.desiderabat discere,pro desiderabat discedere.146.ipsos considere
mus,pro ipsos consideraremus.147.propriam eius,pro propria eius.148.patri notona
le,pro patri notionale.149.generatiua procedit,pro generatiua precedit,& igitur mi/
norem,pro igitur minor,& duarum operationẽ,pro duarum operationũ.150.quiaem
causatum,pro qualem causatum,& ante spiritus,pro ante spiritũ.152.cum igitur a filio,
pro cum igitur audit a filio 153.quod quamq̃,pro quod quamq̃,& ad conclusionẽ qui/
dem,pro ad confusionem quidem.154.& propriorum que vero,pro & propriorũ que
nam duabus personis propria, que vero:& de diebus vero causis,pro de duabus vero
causis.

Et scitu dignũ e,
qꝫ greci cõi greco
vocabulo dicun
tur romei, Cũ ro
mani ꝓprio gre/
co noie romei di
cant, vnde vsu ve
nit, vt cõstantino
politani Impato
res, qui romano/
rũ Impatores vo
cabant, post trãs/
latũ imperiũ ro/
meorꝫ Imperato
res ambiguo vi/
delicet vocabulo
a romanis appel
larentur.

CLEMENS PAPA VII

Venerabilis frater salutem & apostolicam benedictionẽ. Quod acta generalis octaui concilii Florentię celebrati e gręco in latinum abs te uersa imprimere, & ad latinorũ utilitatem edere statueris, non possumus laborem istum tuum non adiuuare, cauereq́, ut qui ex illis fructus percipientur, ad alienos ne deferantur. Mandamus igitur nequis per decem annos acta ipsa imprimere, aut imprimi facere, aut impressa uenundare, uendenda ue tradere ullis in locis audeat sine ꝯsensu tuo: Qui ꝯtra mãdatũ hoc nr̃m fecerit q̃buscũq; i locis id fecerit, Is excõicationis pęnã incurrat: Qui aũt in huius sanctę sedis ditione id admiserit, Is pręterea quinq; aureorũ in singulos codices, quos impresserit, aut uenundederit, camerę apostolicę applicandorum, & librorum omniũ amissione pęna multetur. Datum Romę apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die .xxii. Aprilis .M. D. XXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Be. El. Rauenñ.

In auersa parte diplomatis.
Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Arieñ.